CODEX
DE MOSAICO, ET
VETERE IVRE
ENVCLEANDO.

Ad Perilluſtrem, ac admodum Reuer. D. LAVRENTIVM *Campegium I.V.D. Archidiac. Bononienſem, & ſacri Conciſtorii Aduocatum, Com, Palatinum Apoſtolicum & Imperialem, necnon &* DVCIAE COMITEM.

R.D. Nicolao Mongeorgio I.V.D. Centenſe Autore.

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. Inscripto. B.S.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BONONIAE, *Apud Ioannem Roſsium.* 1573.
Curiæ Epiſc. & S. Inquiſit. conceſſu.

AD PERILLVSTREM, AC ADMODVM REVERENDVM D. LAVRENTIVM CAMPEGIVM, I. V. DOCTOREM.

Archidiaconum Bononienſem, & Sacri Conciſtorij Aduocatum, Comitem Palatinum Apoſtolicum & Imperialem, Necnon &

DVCIAE COMITEM.

NON dubitat agricola (ut ex Cicerone ſcriptum legitur) quamuis ſenex, quærenti cui ſerat, reſpondere ſe Dijs immortalibus, qui non accipere eum tantummodo à maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris tradere; idemquè laborat in eis, quæ ſcit nihil omnino ad ſe pertinere; ſeritq; arbores, quæ alteri ſeculo proſunt. Subdit Paulus Apoſtolus ad Romanos, ſe omni

nationi , Græcis ac Barbaris , Sapientibus & Inſipientibus debitorem eſſe . Hæc cum mihi venerint in mentem ſæpe , multumquè cogitanti , atque ea vera eſſe diiudicanti ; inſuperquè tibi , præſertimquè maioribus tuis quamplurimum me debere , tum ob illorum in me ſingularem & veterem beneuolentiam , quorum tanta eſt magnitudo liberalitatis , vt me ſæpius etiam recuſantem & pudentem , nouis beneficijs ornare nunquam intermittant ; tum etiam quia cum cognouerim te hominem renatum ad perilluſtrem Campegiorum Familiam tuam propagandam , ſi quo tempore debitores mei quid à me repetant , quod perſoluere nequeam ; perpetuum iſtud monumentum tibi interim condono ; ad quem , cuius factus ſum arrogatione & qui nullius ſpem fallere ſoles , tanquam ad tutisſimam arcem , ſumma cum fiducia , confugiendum eſſe putaui . Et cum ſis publicæ vtilitatis amantisſimus , lætabere opinor , te in ea cauſa fuiſſe , ut ego ea in re elaborauerim ,

borauerim, quæ non parum commodi literarum diuinarum amatoribus allatura videatur. Hæc enim ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, atque ruſticantur. Tametſi ſummularum copia magna in hanc rem à diuerſis fuerit iamdiu prodita ſcriptoribus, adeoq; , vt nihil addi poſſe videatur. Duo hæc, præter ea, opto ac efficio. Primum exordior à primo homine, cuius, noſtrique, qui ex eo prouenimus, ſtatum commemoror, quò calamitatis & miſeriæ, demum fœliciſsimi ſtatus noſtri dignoſcatur ſeries, quem adhuc nullibi legi obſeruatum, raptim ac diligenter multa colligens; plura autem conſultò omittens, ne vtriuſq; legis volumen potius tranſcripſiſſe, quàm ex præcipuis, quæ præcipua eſſent, ſelegiſſe viderer. Alterum eſt, ex quo aliquam, vti reor, vtilitatem ac delectationem percipies;

nam

nam cum ferè omnes nationes hos Quinque Moyſi libros, Geneſim. Exodum. Leuiticum. Numerum. & Deuteronomium recipiant, quos, Græci dixere πεντατευχον; necnon & Prophetarum dicta, quibus rebus uniuerſus fuit mundus illuſtratus; profiteor nihil affirmare, quod ex ipſa veteri, ac noua lege munitum non ſit; tam quòd ad ritus, quàm quod ad ſacramenta, & cuncta ea, quæ per ſanctos patres & canonicos ſcriptores inde fuere deducta. Idem enim, de natura Deorum, Cicero dixerat, id ratum habent homines; quod ab eo quem probant vident iudicatum; & memini me legiſſe ſcientiam fore neceſſariam earum rerum, quæ ſtatuit iuris antiqua prouidentia & diuinarum rerum notitia, in argumentum & declarationem iuris noui, vt quod veteris vel tollitur, vel reformatur non ſit incognitum, & ſciatur quale tollitur; nempè in exemplum veritatis quotidie fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci poteſt cum voluptate legimus.

Audient

Audient igitur mortales omnium generum iniuſti, mendaces, peruerſi, atque hæretica labe deprauati, totam, ſola regnandi cupiditate, Chriſtianam Rempublicam labefactantes, hæc veterum dicta cooperante ſpiritu ſancto, tum ex tacita, tum etiam ex expreſſa Domini noſtri Ieſu Chriſti lege, ad imponendam ædificationem pœnitus cuſtodienda & obſeruanda eſſe. Silebunt propterea, ſurgent, & conuertentur, atque ea imaginis pulchritudine docebuntur inſtaurari, qua, ante lapſum, primus homo fuerat decoratus. Hæc & alia id genus ad piam, rectamquè vitæ inſtitutionem noua ac vetera recepta, abiectaquè perleges in hoc volumine; quod propterea inſcribitur CODEX de Moſaico & Vetere Iure Enucleando. Quem tua ſingulari etiam ab vniuerſis prædicata religione vòlui tibi dicatum; & ſi attento animo ſpectaueris, tantumquè ſtudium in eligendis optimis quibuſcunque ſententijs adhibuerint cæteri, quantum eos decet, profectò tutiſsimam ſpem

ſpem habeo fore, ut neque nos; neque eos huius laboris, atque induſtriæ pœniteat. Vale.

Nicolaus Mongeorgius

Salutem.

CODEX DE MOSAICO, ET VETERE IVRE ENVCLEANDO.

I.V.D. Reuerendo D. Nicolao Mongeorgio Centenſe Autore.

IN principio, antea, & ab æterno exiſtens Deus pater omnipotēs, creauit cœlum, terram, & mare; pecudes; & reliquas beſtias ex materia confecit; quæ nihil ſentiunt, niſi voluptatem, ad quam feruntur toto impetu; inſuper, ut Angelorum lapſu, ex euentuum rerum præſcientia uacantes in cœlo replerentur ſedes, omnium animantium formam uincentem, immortalem & innocentem hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſecumq; rationis habentem ſocietatem, poſtremò voluit conditum de limo terræ; in cuius faciem inſpirauit, vt à cæteris animantibus hominis animam diſtari ſignificaretur; quem nomine Adam, quaſi ruborem, ex terra rubra conditum appellauit; & conſtituit in voluptatis, ac terreſtri vitæ paradiſo, cuius haberet cuſtodiam vnà cum muliere; quam, ut ſciremus vnam eſſe naturam & fontem, ex eiuſdem latere viri in terreſtri paradiſo deduxit; permittens eidem, vt ex omni paradiſi ligno

(præter lignum ſcientiæ boni & mali) ſub æternæ mortis comminatione, ederet. At ſerpens cunctis calidior animã tibus, auidus humano generi nocendi continuò, præſertim his, qui in ſalutis & gratiæ ſtatu degunt uitam; virgineum habens vultum, quia ſimilia ſimilibus applaudent, falsò mulieri perſuaſit, dicens nequaquam eos morituros, ſed nempè fore ſicut Dij vetitum lignum comedentes; Deus enim ſcientiarum, ut ait primus Regum*, dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes. Cuius euentus, atque rebellionis autore ſerpente. muliere nomine Heua. eiuſdemq; Serpentis ſuggeſtioni Adamo ſucceſsiuè præbente aſſenſum, in unumquemque ordine ſuo cõdigna eſt prolata ſententia. Serpens qui ad rebellionis & ſuperbiæ graue facinus mendax induxit innocentem, quamuis, iuxta magnum Prophetam Iſaiam*, uno ictu tã to inferius eodem crimine antea de cœlo deiectus fuiſſet, quantò altius credula mulier extolli ſe exoptauerat, adhuc tamen maledictionis ſententiam patitur; inſimulquè humanæ carnis perpetuus detegitur hoſtis, atque nomine ſerpens, quaſi occultis inſidietur acceſsibus; utquè terram comedat, quia peccato conueniunt terrena; inſidiabitur autem calcaneo mulieris, hoc eſt fini eccleſiæ, quia in fine ſæculi antichriſtus veniet multas tribulationes, ac mala ſemina mittens in eccleſia; quæ tamen eius caput conteret, hoc eſt ſuggeſtionis*. In Heuam quaſi viuentium gentium matrem, vnicãmq; in viro ſociam atque naturam, eidem fore ſubditam, & cum dolore filios parituram flectitur ſententia; cui nempè in dominum rebellionem, ac ſuperbiam ſuggerens, obnoxia fuit; & qui propterea extra paradiſi portas fuerat creatus, modo longè nobilior inuenitur, quàm ea, quæ ex eo ipſo intra eundem locum fuerat deducta*; uir autem Adamus nomine, quia vxoris uocem audiuerat, cuiquè ſoli eſus ligni fuerat interdictus, quod alij vuam, alij ficum, Theologi autem pomum dixere*, perpetuus paradiſi factus cuſtos, originaliquè iuſtitia per horas ſeptem duntaxat poſitus*, inde deijcitur in eam ſententiam, ut ſudore proprio

* ca. 2. Arch. in ca. ſerpens. diſt. 1. de pœni. & in c. Adam diſt. 5. de pœ. & 33. q. 5. c. ſi 3 q. 1. c. nulli.

* cap. 14. & c. principiũ diſ. 2. de pę & de confec diſt. 1. c. hi duo & c. 1. de ſum. tri.

* 16. q. 1. ca. ſi cupis, ubi Archi.

* 40. diſt. c. illud autem.

* gl iu l. qui fundum. ff. de uerb ſig.

* Archi. in d. c. Adam.

prio victum sibi quæritaret, & toto uitæ ſuæ tempore eſuriens comederet herbas: poſtremoque in flagitij uindictam moriturus, reuerteretur in puluerem unde exiuerat. Qui quidem commiſit in creatorem ſuum quantum potuit, potuit autem illud dumtaxat amittere, quod ad Dei ſimilitudinem conditus fuerat; quia diuinę bonitatis imitatio, per quam Dei ſimilitudo retinetur, creaturæ quoque uoluntatem exigit, cuius eſt ad placitum abdicare à ſe ſpiritum ſanctum dum committat in legem domini; qui propterea, iuxta primum Pentateuchi*, in hunc modum ad Cain dixerat, non ne ſi benè egeris recipies, ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuũ aderit? ſed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius & reliqua. Non potuit autem amittere id quod ad Dei imaginem fuerat conditus, quia rationalis creatura, quæ humanæ Dei imaginis impreſsione inſculpta eſt, à ſola creatoris arte procedit, propterea minimè commutari, minuſq; diſſolui facto noſtro poteſt; cuius rei Cicero in primo de legibus rationem adduxit, ita fatus, Nam cum natura cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cœli quaſi cognitionis, domicilijquè priſtini conſpectum excitauit, tum ſpetiem ita formauit oris, vt in ea pœnitus reconditos mores effingeret. Quamobrem ſucceſsiuè in oſsibus noſtris, qui ex eis primis parentibus prouenimus, eandemque carnis corruptionem attraximus, tria fuere affixa incommoda, quibus terque legitur dominum Ieſum Chriſtum ploraſſe.

Miſeria.

Ignorantia.

Culpa tertium eſt.

Miſeria, quod eſt nomen generale, cũcta ea ſub ſe continet, quibus poteſt affligi humana generatio; quam in hunc modum recenſet patientiſſimus Iob*, homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs; quas legimus eundem dominum Ieſum poſt obitum Lazari, quo maximo amore eundem proſequebatur,

* ca. 4. Arch. in c. ſimilem. diſt. 2. de pœ.

* cap. 14.

ad huius tantum uitæ ærumnas reſuſcitandū, deploraſſet; de quo ſic meminit Euangeliſta Ioannes*, ubi poſuiſtis eum? dicunt ei, ueni & uide, & lachrymatus eſt Ieſus.

* c. 11. & 12. q 2 c. qui diuina.

Ignorantia incommodum & iactura ſecundo eſt appoſita loco, cuius occaſione alterius non ualet homo præſcire propoſitum; vnde ad quorumcunque alterius facti, aut dicti comperiendam ueritatem (exuti originaria iuſtitia) ſolemus iuramentum exigere, de quo fatur Euangeliſta Matthæus*, ſit autem ſermo ueſter eſt eſt, non non, quod autem his abundantius eſt à malo eſt, ideſt occaſionem habet à malo propter rudem hominum ignorantiam; quam ſuperIeroſolymam ciuitatem legimus eundem in ramis palmarum fleuiſſe; ad quam ſe conferens, iuxta Euangeliſtam Lucam*, ſic locutus eſt, & vt appropinquauit uidens ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens; quia ſi cognouiſſes & tu & quidem in hac die tua; quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coāguſtabunt te undique, & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eò quòd non cognoueris tempus uiſitationis tuæ.

* c 5. & 24 q. 3. c Deus quãdo. & de iure iur. & cap. & ſi Chriſtus.

* ca 19. & 16. q. 7 ca. & hoc diximus.

Culpa in ordine tertium eſt incōmodum, quæ apertiſſimè factum demonſtratur, vt ob prædicti primi hominis lapſum, nos poſteri omnes eſuriamus, quamuis adhuc ſine culpa comendamus*; quam idem dominus Ieſus Chriſtus propter peccata noſtra, quæ tulit in corpore ſuo fleuit, vt in hæc uerba meminit Paulus Apoſtolus ad Heb.* tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationesq; ad eum qui poſsit illum ſaluum facere à morte cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia; quæ & alio nomine dicitur figmentum, quaſi quædam affixio in omnem humanam carnem perpetuò permanſura, quā uates Dauid per hæc verba recenſet in pſalterio*, quo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt domi-

* diſt. 5 c. fin.

* cap. 5.

* 103.

dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, recordatus eſt quoniam terra ſumus; in quam eandem rem ſic antea dixerat*, ecce enim in iniquitatibus concœptus ſum, & in peccatis concœpit me mater mea. & in eam rem ſequitur Iſaias*, præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet dominus lachrymas ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de uniuerſa terra: & in hunc modum in quarto libro conquæritur Eſdra*, dicens, ô tu quid feciſti Adam? ſi enim tu peccaſti non eſt factus ſolius tuus caſus, ſed & noſter, qui ex te aduenimus. cui adijciamus prophetã Ezechielem*: patres comederunt uuam accerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt; necnon & propheta Oſeas*, maximam ex hoc incommodo percipi iacturam, tandemque omnem humanam carnem per aduentum Meſsiæ eximendam fore ſentiens, ſic uaticinatur uiuificabit nos, & uiuemus ante faciem eius; & ſubdit Apoſtolus ad Galathas*, gratia, inquit, & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos de pręſenti ſæculo nequam: necnon ad Coloſſen.*, ait, & uos cùm mortui eſſetis in delictis & pręputio carnis ueſtræ conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrariũ nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci. Cuius perpetui in nos tranſlati reatus ea fuit ratio, nam ſi quis, utputa, procreauerit filios antequàm deſignetur, atque eligatur conſul, nullo prorſus iure poterit ullus appellare hos conſulis filios; quos quidem, poſtquam idem fuiſſet conſul electus, ſi procreaſſet, tunc diiudicaremus conſulis filios, quaſi ab ipſa conſulis carne ſelecti, & abſtracti fuiſſent. ſic quoque ante primi hominis lapſum, unus & idẽ cũ patre Deo, in ſpiritu & anima dedideramus; ac per matrimonialem coniunctionem, cum eccleſia, & conſortio Dei ab eis primis parentibus in ſpiritu contractam obligati. qua de re nos, ex his poſtea progeniti, attraximus eandem carnis corruptionem, paſsionum effecti par-

* q. 41. & 44.
* cap. 25. & cap. 64.
* cap. 3. & c. 7
* cap. 18 & cap. 34.
* cap. 6.
* cap. 1.
* cap. 2. & de pœn. diſ. 4 c. peccatum.

participes; ſicuti, ni illi cecidiſſent, immortalitatis atque omnium eorundem actionum participes quoque eſſe ſcti eſſemus*; propterea ſi fieri poſſet ut, aut hodie illi ſuperuiuerent, aut regenerarentur, matrimoniali copula nobiſcum coniungi non poſſent*, hinc demonſtrabitur uſque in hodiernum diem triplicem fuiſſe ſtatum noſtrum; primum

* gl. in c. iam ſitq. 1. q. 4.

* gl. i c. quidã nonú. 27. q. 1. & i c. placuit, de conſe. diſt. 4. & in l. nuptię cõſiſtere, ſt. 2. ff. de ritu. nup.

Ante legem.

Sub lege.

Poſt legem tertium.

Ante legem hunc, quem, conuenienti nomine, recteque maximam capitis diminutionem deſcribere poſſumus, clari & aperti iuris eſt fuiſſe ſtatum; ſub quo cunctæ nationes, iure primæuo naturali ualde adumbrato, duxere uitam infœlicem, quo nempè & hodie timemus, colimus, atq; obſeruamus Deum: unde ait Paulus ad Romanos*, non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur, quum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente conſcientia ipſorum; nanque, genius quidã, immediatè cũ progeniti ſumus, ad perpetuã cuſtodiam à domino Deo præſcriptus, nobiſcum concomitatur; eoquè genius dictus, quaſi nobiſcũ gignatur ad tutelã ab omnibus aduerſitatibus ægrè ferens quicquid noſtri met facto & culpa nobis contingat: de quo ſic fatur idem Paulus ad Hebræos*, non ne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi? propter eos qui hęreditatem capiunt ſalutis; ſalus enim noſtra eſt finis miniſterij Angelorum. & pulſantes ſummo Pontifice diuo Petro ad ianuam cum exiuiſſet de carcere, ſicuti referunt Apoſtolorũ Acta*, domeſtici eius non credentes ipſum in corpore, dixere Angelus eius eſt. Ad cuius primi infœlicisſimi ſtatus memoriã, Teleſphorus pontifex maximus decreto cauit, ut ſub media Natiuitatis dñi noſtri Ieſu Chriſti nocte in maioribus eccleſijs maximè à

* cap. 2.

* cap. 1 Arc. ſ. e hęc. quę. nu. a. diſt. 1.

* cap. 12.

ſacer-

ſacerdotibus regularibus, ſecularibusvè ſingulo anno miſſa cælebretur hunc repræſentans ſtatum, cum nulla redemptionis ſpe relicta, omnes populi ambulabant in tenebris, unde Paulus ad Romanos *, nox pręceſſit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis; ſub quo propterea inter miſſæ officia, hæc decātatur Antiphona, quam ſacri canones deduxere ex propheta Iſaia*, uidelicet populus, qui ambulabat in tenebris. hunc igitur ſtatum eo maximæ capitis diminutioni æquiparamus, quia ſicuti, ex Paulo iureconſulto libro ſecundo ad Sabinum, quicunque iſtam capitis diminutionem patiuntur, priſtinam libertatem & commoda cuncta amittunt, ita in eo ſtatu euenit humano generi, quod per hominis incontinentiam illarum rerum, quæ perfectè docuerat naturalis ratio, exul, ut referunt ſcriptores noſtri, & expers factum eſt per annos continuos duo mille & quadringēta ſexaginta nouem à mundi & prædicti hominis creatione uſque ad Moſis ortum; iuxta uerò Hebręorum ſupputationem, uſque tamen ad eiuſdem Moyſi aduentū, dicitur humanū genus expers factū per annos continuos duo mille & tringenta ſexaginta nouem.

*ca. 13. & gl. ſ c. conſuluiſti. de celeb. miſſa.

*cap. 9.

Sub lege ſecundus fuit ſtatus; quem mediam, ſiue minorem capitis diminutionem rectè dicimus, quia idem Moyſes, miniſter Dei totius populi Iſrael nomine, ueterē eo tempore in monte Sinai recepit legem, quæ dicitur, & ducitur Ius naturale*. Quamuis autem uni genti ob ſuorum maiorum memoriam dictum, promulgatumquè fateamur, nihilominus cęteris mortalibus etiam, modo illam agnoſcant, & pro dignitate obſeruęnt, uti omnes diuinioris ſcintillæ illius non expertes omnino tenentur, uniuerſas incolarum prærogatiuas elargiri animaduertamus, ut in hanc rem fatur pſaltes *, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum; qua de cauſa primum illum ſtatum ab hoc ſecundo ſtatu longiſſimè differre non dubitatur, cum in primo, quod ad æternam animarum ſalutem, hu-

*c. Moyſes 7. diſ. gl. in c. ius naturale 1. diſ.

*19.

humanæ generationi nihil ſpei relictum fuiſſet; præter tamen aduenturæ ſalutis prophetarum uiſionem, per ſpeculum tamen ac in ænigmate; hinc Propheta & Patriarcha Iacob ad omnem è manibus inferorum humanam carnem (nulla excepta) eximendam, propter primi parentis lapſum, quæ magna Dei eſt miſericordia, Chriſti ſaluatoris aduentum per neceſſarium fore ſentiens; iuxta primum librum Pentateuchi, quem dicimus
c.49. Geneſim, ſic fatur non auferetur ſceptrū de Iudà, & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentiū: in hoc autē ſtatu ſecundo, idē dominus Deus per potentiſsimā manū ſuam, ſub dira manu, ac imperio regis Pharaonis populum ſuum Iſraal lōgiſsimo tempore detentum aduocauit; quem in unum collegit, deinde in deſertum, & tandem ut oſtendit pri-
cap.15 & c, 17.& c.35 & Ioſue per totum. mus Pētatcuchi, in Abrahæ, Iacob, & ſemini eius, ſæpius pollicitam terram adduxit. adhuc ſub iſto ſecundo Chriſti aduenturi ſtatu per ora multorū prophetarū ſpes certiſsima, & lex prædicta edita Moyſi ſucceſsit; maximū nēpè & ſingulare populi beneficiū, per quā criminis contagio detegitur; proptereà ab omni criminis labe; facili negotio immunes fieri poſſumus: quod idē ſentiens
cap 5. & ad Gal.c.3. & c. nā cōcupiſcē tiā, de cōſt.gl. in ca trāslato uerbo, ſub eadē, & c. 1. §. hæc ſancta, de ſumma trini. Paulus ad Romanos, ſic loquitur ſicut per unum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, uſque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet, ſed regnauit mors ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricantis Adæ; qui eſt forma futuri. & uates
73. in pſalterio, intendens recolere beneficia, quæ ex prophetarum dictis, & ipſa domini lege in populi beneficium fuerant edita; nec non apparentia miracula, ut per columnam ignis, & cætera innumera reſponſa, quę ante domini Ieſu Chriſti aduentum futurum Ieroſolymæ ciuitatis ac totius populi interitum innuentia, ceſſarunt; in hunc modum & uerba doluit, dicens. Signa no-

ſtra non uidimus, iam non eſt amplius propheta, & nos non cognoſcet amplius. & ſubdit Ezechielis*, ſic dicens: * cap.18
& factus eſt ſermo domini ad me, dicens, fili hominis, quod eſt prouerbium iſtud uobis in terra Iſrael? dicentium, in longum differentur dies, & peribit omnis uiſio? Ideò dic ad eos, hæc dicit dominus Deus, quieſcere faciam prouerbium iſtud, neque uulgò dicetur ultra in Iſrael, & loquere quod appropinquauerint dies, & ſermo omnis uiſionis, & reliqua. cuius euentus, ac ſecundi ſtatus occaſione idem Teleſphorus papa decreuit, ut in aurora, quaſi inter diem & noctem, alia miſſa cum antiphona iſta, lux fulgebit hodie, à ſacerdotibus prædictis decantetur: quem ſtatum eo æquiparamus mediç, uel minori capitis diminutioni, quia ſicuti ex ſupra relata ciuilium legum traditione, omnes qui capitis diminutionē iſtam patiuntur (in inſulam relegati) amittunt ſolam ciuitatem, libertate retenta, propterea minimè arguitur ea grauiſsima domini indignatio & ira: ita humanæ carni eueniſſe non dubitamus, cui primæui ſtatus grauis indignatio cenſetur eſſe remiſſa, ſola tamen media capitis diminutione retenta duo mille & ſexingentis nonaginta annis & altero, à Moyſen vſque ad Meſsiæ aduentum, ſecundum ſupputationem, & calculum noſtrum. iuxta verò ſupputationem Hebræorum, mille & tringenta nonaginta uno annis, ut referunt illi, & ſequitur Iſidorus Clarius in primum librum Pentateuchi, quem diximus Geneſim*, nec non & in prophetam Danielem*, dicens: ab * cap.5
Adam uſque ad præſentem diem, uidelicet milleſimum * cap.9
quingenteſimum ſeptuageſimum annum, connumerari annos quinque millia & trecentos triginta duos, ſecundum prædictam Hebraicam ſupputationem; ſcriptores autem noſtros ſuper hos annos addere mille quadringentos, qui omnes collecti aſcendunt ſummam annorum ſex millium ſeptingentorum triginta duorum uſque ad illud tempus. Cæteri interpretes & ſcriptores, uti narrat Silua uariæ lectionis prima parte*, referunt Hebræorum * cap.14
calculum eſſe trium mille & nongentorum quinquagin-

ta duorum annorum, iuxta Euſebium verò, & cæteros interpretes dicitur fuiſſe elapſos quinque millia & centum nonaginta nouem annos; iuxta Paulum Oroſium quinque millia & viginti; iuxta Iſidorum quinque millia & decem & nouem; iuxta Regem Alphonſum ſex millia nongentos octoginta quatuor, à mundi tamen creatione uſque ad aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti; unde vide quanta inter ſcriptores fuerit uarietas, ac diſceptatio, inter quos adhuc, atque inter Hebræos non eſt dilucidata veritas calculi, propter difficultatem primi libri Pentateuchi, in quo hominum ætates ſecerni rectè nequeunt.

Poſt legem tertius eſt ſtatus, quem eo minimè capitis diminutioni æquiparamus, quia ad placitum noſtrum facilè diſſolui poteſt, vt per baptiſmi lauacrum; ſicuti enim ex prædicta ciuilium legum traditione, ea dicitur minima capitis diminutio, quando ciuitate, atque libertate retenta, ſtatus hominis tantummodo commutatur; utputa, ſi ſui iuris quis exiſtens, alieno iuri ac poteſtati ſubijci incipiat, qui aut corruptione ſubiecti, aut ea ſalua, facili negotio ab ea ſeipſum redimere & liberare poteſt; ita contingit nobis, qui ſub carne corrupta progeniti, ſtatim per mundiſſimam aquam ab omni ſorde peccati abluimur, & in quibus Spiritus ſancti gratia infunditur; qua de re idem Teleſphorus pontifex tertiam ſub meridiana luce à cunctis ſacerdotibus miſſam celebrari mandauit, propterea in ea recitatur antiphona iſta, Hodie puer natus eſt, innuens ortam nobis eſſe lucem, uberrimoſque ſancti ſpiritus fontes apparuiſſe, & amœniſſima flumina profluere ardenti deſiderio corda noſtra diu exuſta rigantia; de quo ſic fatur Iſaias*, Surge illuminare Ieruſalem, quia uenit lumen tuum, & gloria domini ſuper te orta eſt. & idem dominus Ieſus idemmet proteſtatus fuerat populo, iuxta Euangeliſtam Lucam*, ſic dicens: hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt adimpleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi,

* cap. 60

* cap. 8. & ad Ro cap. 5. & seq.

Moyſi, & prophetis, & pſalmis de me, tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, & dixit eis, quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remisſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma: uos autem teſtes eſtis horum, & ego mitto promisſionem patris mei in uos. In ueteri enim lege alia ſunt Moralia, ſiue Naturalia. alia Iudicialia. alia Promiſſa. alia Sacramentalia. alia uerò Ceremonialia.

Moralia, ſiue Naturalia ea dicimus, quæ informant mores humini à natura inſita, uti ſunt decem præcepta domini, atque ut exemplum tradi poteſt in Abel, qui naturali iure ductus, de primogenitis gregis ſui obtulit domino, nullo iure ſcripto ad id eum cogente: & Enos primus eodem iure naturæ cœpit inuocare dominum, ut legitur primo Pentateuchi*. hæc minimè fuere immutata per aduentum Meſsiæ, immò per prædeceſſores prophetata: & quæcunque propter audientium infirmitatem imperfecta, & rudia fuere, de ſe ſpiritualiter ſua prædicatione, uolens omnes ſaluos fieri, compleuit: unde Iudaicam gentem, ſecundum Euangeliſtam Matthæum*, ſic alloquitur, non ueni ſoluere legem, ſed adimplere; & eodem loci ſubſequitur, & ait: non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio, ego autem dico uobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo raca, reus erit concilio, & ſequitur: immò toto tempore cum fuit in humanis, totius legis optimus obſeruator exiſtere uolens, quam nempe ad placitum & impunè potuiſſet non obſeruare, ſubiuit legem circuncisionis, & cuncta quæ lex ipſa obſeruanda mandauerat, de quo in hæc uerba meminit Paulus ad Galathas*, at ubi uenit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret: & tamen aſſumpſit legem circuncisionis, quæ non pertinuerat ad moralia,

* cap. 4

* cap. 5. & xxxv. diſ. c. ab exordio. & c. 2 extrauagá. com. de pœn. & remiſ. & ad Epheſ. cap. 1. in princ.

* cap. 4. & Luc. cap. 2.

ſiue naturalia, in cuius locum ſubſtituit baptiſmi gratiam, implementum, & plenitudinem gratiæ pro noſtri redemptione, unde idem Apoſtolus ſubſequitur
* cap 5 eodemmet loci*, & ait: ſtate, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri, ecce ego Paulus dico uobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus nihil uobis proderit, teſtificor autem rurſus omni homini circunciden-ti ſe, quoniam debitor eſt uniuerſæ legis faciendæ, euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini. in quem modum ſic fatur, atque exponitur dominus Deus
* cap. 18 in quinto Pentateuchi*: prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi dominus Deus tuus, ipſum audies, ut petiſti à domino Deo tuo in Horeb, & ſubdit Moyſes, & ait dominus mihi, benè omnia ſunt locuti, prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi, qui autem uerba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor exiſtam, & in hanc eandem rem ſequitur
* cap. 30 Iſaias*, dicens: & dabit uobis dominus panem arctum, & aquam breuem, & non faciet auolare à te ultra doctorem tuum, & erunt oculi tui uidentes præceptorē ſuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis, hęc eſt uia, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

Iudicialia ea ſunt, quæ recenſet tertius Pentateuchi,
* cap. 24 quem dicimus Leuiticum*, dicens: qui percuſſerit animal reddet vicarium, ideſt animā pro anima, qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dētem pro dente reſtituet; cui adijce quintum Pentateuchi,
* cap. 19 quem dicimus Deuteronomium*, cumq; diligentiſſimę, inquit, perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere, nō miſereberis eius, ſed animam pro

anima,

anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. hæc quia fuerant nimis rigoroſa, per Ieſum dominum reiecta ſunt, qui in omni uerbo, & actione ſua uti ſemper intendit miſericordia magis quàm ſacrificio; ex miſericordia enim omne delectamentum percipitur, qua peccatores facilius attrahuntur, & ex ſe ſola abſque ullo adminiculo ſpiritualis res eſt Deo gratisſima, at ſacrificium res corporea eſt non ſecundum ſe Deo grata, ſed ratione ſpiritualitatis ei annexæ. quam rem & miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti fore peculiare, antea in hæc uerba prædixerat propheta Oſeas*, propter hoc dolaui in prophetis & occidi eos in verbis oris mei, & iudicia tua quaſi lux egredientur, quia miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei pluſquàm holocauſta. & dum idem dominus Ieſus Chriſtus corriperetur à phariſæis cum publicanis, & peccatoribus manducans, iuxta Euangeliſtam Matthæum*, ſic ait illis: non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus, euntes autem diſcite, quid eſt, miſericordiam volui, & non ſacrificium. & cum mulier peccatrix in adulterio deprehenſa, cuius impoſita eſt ex lege ueteri mortis pena, adducta fuiſſet ad eum, ut lapidaretur; officium ſaluatoris exercens, reſpondit illis, iuxta Euangeliſtam Ioannem*, & ait: vade, & iam amplius noli peccare, namque uidemus elemoſynam, quæ eſt actus purus miſericordiæ, præferri ieiunio, & orationi, propter maius bonum, quod ex miſericordia elicitur, quia uno & eodem tempore gratum Deo ſacrificium reddimus, atque benefacimus proximo*: propterea bona eſt oratio cum ieiunio, inquit Tobias*; & elemoſyna magis quàm theſauros auri recondere, quoniam elemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & uitam æternam; unde Paulus Apoſtolus ad Timotheum*, ſic ait ineptias autem & aniles fabulas deuita, exerce autem teipſum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt, pietas autem

* cap. 6

* cap. 9

* cap. 8

* Arch. in c. non ſufficit, & in c. quàcbic, diſt. j. de pœn.

* cap. 12

* cap. 4

ad omnia utilis eſt promiſsionem habens uitæ, quę nunc eſt, & futuræ.

Promiſſa eiuſdem domini aduentum dicimus per aſſumptionem carnis ex Maria virgine; natiuitatem, paſſionem, mortem denique, & reſurrectionem, atque ad cœlos aſcenſionem, præter innumera, ſoli Deo antea miracula (præterea nemini) conuenientia; qui iuxta Euangeliſtam Lucam*, obiurgans gentem Hebræam, quæ eum nō nouerat, ſic ait, ſi in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in uos regnum Dei, cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet. & de hoc latius infra patebit.

* cap. 11.

Ceremonialia, quæ ſignificabant gratiam, ad differentiam ſacramentorum, quæ conferunt eam, ac ſanctificāt; nam cum ex tertio libro Pentateuchi, quem dicimus Leuiticum*, Moyſes reperiſſet hircum exuſtum, qui oblatus fuerat pro peccato, iratusq́; eſſet contra Eleazar, & Ithamar, qui non comederat hoſtiam, reſpondit Aaron, oblata eſt hodie uictima pro peccato, & holocauſtum corā domino, mihi autem accidit quod uides, quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ceremonijs mente lugubri? fuere ea ſacrificia, quorum quod ad literam ratio reddi poteſt, ut ſacramentum circuncisionis; uel ea quorum ratio reddi nō poteſt quo ad literam, ſed quo ad intellectum, ut non arabis in boue ſimul & aſino. non indueris ueſtimento, quod ex lana, linoq́; contextum eſt; quibus exemplis adijcienda ſunt arietum holocauſta, pinguium adeps, uitulorum, agnorum, hircorumve ſanguis, ut refert quintus liber Pentateuchi, quem dicimus Deuteronomium*. quæ omnia propter Ieſu Chriſti aduentum ab uſu hodie receſſere; quia ea abolenda antea prædixerat dominus Deus per eiuſdem Meſſiæ aduentum, iuxta tertium Pentateuchi*, dicens: comedetis vetuſtiſsima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. in quam rem ſic uaticinatur propheta Ieremias*; ecce, inquit, dies ueniunt, dicit dominus, & feriam domui Iſrael fœdus nouum. & hoc idem pro-

* cap. 10. & 7. in fine.

* cap. 22. Ab. in c. cū tanto, de conſue. & vj. diſt. c. non eſt

* cap. 26

* cap. 31.

propterea ſentiens Paulus Apoſtolus ad Hebræos*, ſic aic: his verò ita compoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſumantes, in ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine, quem offert pro ſua & populi ignorantia, hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum, quæ parabola eſt inſtantis temporis, iuxta quem munera, & hoſtia offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolūmodo in cibis, & in potibus, & uarijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis uſque ad tempus correctionis impoſitis, Chriſtus autem aſsiſtens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, ideſt non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum, aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta; ſi enim ſanguis hircorum, & taurorū, & cinis uitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantò magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo uiuenti, & ideò noui teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente in repromiſsionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſsionem accipiant, qui uocati ſunt æternæ hæreditatis, vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. qua de re ita cecinerat vates in Pſalterio*, Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra: quaſi dixerit, noua & inaudita omnibus ſæculis beneficia Dei, noua carmina requirunt.

* cap. 9.

* 96.

Sacramentalia uerò fuere ſacramentum circunciſionis, agnus paſchalis, atq; prohibitio mulieris ab ingreſſu templi ante purificationem poſt partum, quarum rerum rectè reddi poteſt ratio, quam maximè aſsignat dominus in primo Pentateuchi*, dicens: circūcidetis carnem præ-

* cap. 17. & Leui. cap. 12.

præputij veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me, & uos. cuncta hæc hodie abolita eſſe non dubitamus, quia inuiſibilis futuræ gratiæ, atque fœlicisſimi præſentis noſtri ſtatus uiſibilis figura, ac ſignum fuere; ſicuti enim ab occiſione omnium primogenitorum in terra Aegyptiorum agnus immunes reddidit filios Iſrael, unde libertate donati reſtituti fuere in integrum, ut cunctis innotuit hiſtoria libri Exodus; ſic Ieſus Chriſtus, qui omnibus prodeſt, & nemini nocet, atque ex munditia ſua agnus dictus eſt, per tranſitum ad mortem è manibus ſerpentis nos exemit, conferens nobis ipſis incorruptibilem, perpetuumque, ac cœleſtem cibum. mulieri uerò antea etiam poſt partum aditus non patebat in templum, quod eſt regnum cœlorum, quia non adhuc idem Ieſus Chriſtus ſponſus deſcenderat ad capeſcendā vxorem ſuam, quam eccleſiam dicimus, ut ſanctificaret illā, eiq; ſe coniungeret; hinc Adamus primus homo diuino ſpiritu afflatus, ut legitur in primordio Pentateuchi, ſic uaticinatus fuerat, hoc nunc os ex osſibus meis, & caro de carne mea, hæc uocabitur uirago, quoniam de viro ſumpta eſt, quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una: Ieſus enim homo factus reliquit patrem in cœlis propter eam; exiens à patre in mundum venit; reliquit matrem ſuam, ideſt ſinagogam, & adhæſit uxori ſuæ, ideſt Gentili: Eccleſiæ: hæc ſunt duo in carne vna, quam dicimus Chriſtum in ſpirituali voluntate vnà cum Eccleſia, ut ita ſentit Archidiaconus*. propterea vas electionis Paulus ad Epheſios*, ſic fatur, viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt ſanctificaret illam, quæ ſecundum Ioannem de Selua in tractatu ſuo Beneficiorum*, in hunc modum deſcribitur: Conuocatio filiorum Dei in Chriſto per ſpiritum ſanctum conciliata utens concorditer ijſdem ſacramentis; originemq; ſumpta ab Abel, qui munera grata Deo obtulit, proſapiam generis in ſeculo non dereliquit, martyrij autem coronam ſanguinis effuſione promeruit, & pri-

* In c. loquit domin'. xxiiij q. j.

* cap. 5

* prima pars, q. v. nu. 2.

& primus in hominibus poſt delictum ſaluatoris figuram geſtaſſe creditur, atque uirgo, & martyr, & ſacerdos eſſe non dubitatur.

Conuocatio eo deſcribitur, quia ad terrenam militiā aduerſus humani generis hoſtem dæmonem conuocat ad ſe cunctas nationes; deindeq; ſicuti Rex militat pugnando, uincit fugando, & poſt uictoriam adeptam triumphat; ita fidelium corpus myſticum (deuicto dæmone) cum beatis in præmium militiæ ſuæ triumphat in cœlo, de quo ait Iob*, militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij, dies eius. necnon & Paulus ad Timothæum*, curſum conſumaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in die illa iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius.. & ſubdit Iacobus*, dicens: beatus qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitę, quam repromiſit diligentibus ſe.

* cap. 7

* cap 4

* cap. 1

Filiorum Dei eſt, cuius per iuſtitiam perfectisſimam adoptionem accepimus, pro certo credentes Chriſtum Ieſum ex facto primi parentis humani generis ſcelera ſanguine ſuo luiſſe; unde Euangeliſta Ioannes*, dedit eis poteſtatem, inquit, filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. nec non & Lucas*, benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces ueſtra multa, & eritis filij altisſimi. è conuerſo autem domini mandata abijcientes, mortis & iræ filij nuncupantur, unde primus Regum*, quoniam filij mortis, inquit, eſtis uos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum Chriſtum domini.

* cap. 1

* cap. 6 & 2. Cor. c. 7 & ad Rom. c. 8.

* cap. 26. & Deuter. c. 32.

In Chriſto, uidelicet imitatione, quia omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio, ſicuti omnium quoque ueterum dicta in vſum noſtrum uindicanda eſſe apertisſimi iuris eſt; propterea ſic ait pſaltes*, filij qui naſcentur & exurgent, & narrabunt filijs ſuis, ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius cuſtodiant. & ita præceperat dominus, iuxta quintum & ultimum Pentateuchi*, dicens: & ligabis ea quaſi ſignū

* 78. & c exemplum domini. xij. q. j. & j. Pet. cap. 2.

* c 6. & Exo. cap 12.

C in

in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribesq; ea in limine, & oſtijs domus tuæ. propterea ita
* cap. 15. ſubdit Paulus ad Rom.* quæcunque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam, ſcripta ſunt, ut per patientiam & cōſolationem ſpem habeamus. quemadmodum enim per ſancti ſpiritus plenitudinem unctus eſt Chriſtus, eo propterea agnomine appellatus eſt, ſic nos inuiſibili vnctione ab eo ipſo uncti, dicti ſumus Chriſtiani poſt Antiochenum Concilium ab Apoſtolis cōditum; nam omnes fideles primo fratres, ſiue diſcipuli nuncupati fuere, ut tra-
* cap. 11. & cap. 1. de ſacra unct. dunt eorundem Apoſtolorum Acta*: hinc (nulla tamen Ieſuitanæ religioni illata calumnia) oſtenditur, ut Ieſuitani nomen, quod eſt proprium Ieſus, nulli rectè conueniat, ſonans idem quod ſaluator, ſaluare autem illi ſoli conuenit, cuius eſt proprium nomen Ieſus, qua de cauſa
* 105 Arch. i c. ſacroſancta. xij diſt. in plurali numero locutus eſt pſaltes*, dicens: nolite tangere Chriſtos meos. at in ſingulari numero ſic locutus fuerat propheta Habacuc*; ego in domino gaudebo, &
* cap. 3. exultabo in Deo Ieſu meo. nam Deus conſtituerat in lege, ut qui ſubirēt maius ſacerdotium, oleo ſancto ungerentur, hinc cum Ieſum ipſum illius gentis, cęterarumq; nationum, & Regem, & Pontificem maximum conſtitueret, antiquo more oleo eundem perunxit: non illo oleo opere hominum facto, ſed eo nempè cuius efficacitate, ac ui creata, effectaq; ſunt omnia, quę eſt ſpiritus ſanctus. Cœleſte hoc oleum è Chriſto in uniuerſa ipſius membra defluens, ideſt in omnes qui non fictè, ſed uerè ſunt Chriſtiani infuſum eſt, inter quam & noſtri unctionem plurimum intereſt; nobis enim accipiendi certus eſt modus definitus, isq; pro eo quantum metitur unicuique ipſius Chriſti liberalitas, ex quo ad nos tanquam ex pleniſſimo fonte cuncta bona emanarunt. illi autem tributus eſt ſpiritus ſanctus cum omni plenitudine nulla data menſura,
* 45. de quo ſic loquitur pſaltes*: dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

Per ſpiritum ſanctum conciliata, cui deſcriptioni creditur

ditur iſtam fuiſſe qualitatem, ſanctum, additam, ut ſignificaretur nomen ſpiritus ſimpliciter prolatum, maximè ratione ſubiecti longè diuerſos ſignificatus habere; quandoque enim ſpiritus ſumitur pro intellectiua & rationali anima, de qua Euangeliſta Mattheus*, Ieſus autem clamans uoce magna emiſit ſpiritum. quandoq; pro ſpirituali affectu, & pura mente Deo ſeruiendi accipitur, de quo ſic meminit Paulus ſecundo Corint.* litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. quandoque iuxta Hippocratem pro interno dolore ſumitur, dicentem, ſi ſpiritus frequẽs ſit, dolorem ſignificat. aliquando etiam ſumitur pro indignatione, ac ira hominis, de qua ſic fatur Iſaias*, non enim in ſempiternũm litigabo, neque uſque ad finem iraſcar, quia ſpiritus à facie mea egredietur. quandoque capitur pro homine, unde pſaltes*, ſpiritus uadens & nõ rediens. quãdoq; accipitur prò uerbo Dei, ſicuti ſeipſum declarat Paulus ad Epheſios*, dicens: accipe gladium ſpiritus quod eſt uerbum Dei, quorum unica ſpecies eſt: Spiritus ſancti uerò, quẽ iuxta uatem in pſalterio*: rectum, ſiue principalem ſpiritum ſanctum appellamus, ſeptiformis nunciatur per magnum prophetam Iſaiam*, in hæc uerba dicentem: Et egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpũs domini. Spiritus Sapientiæ, & Intellectus. ſpiritus Conſilij, & Fortitudinis; ſpiritus Scientiæ & Pietatis. & replebit eum ſpiritus Timoris domini, non ſecundũ auditum auriũ arguet, ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate prq mãſuetis terrę, & percutiet terram uirga oris ſui, & ſpũ labiorum ſuorum interficiet impium; quo loci paulò inferius in hæc verba ſubſequitur, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulcrum eius glorioſum; ex quibus, maximè per illud ultimo loco appoſitum donũ intendit Chriſtum Ieſum, de quo uaticinatur hic idem propheta, oĩbus diuinitatis muneribus repleri, adeoquę fore perfectum, atq; decorandum, ut nihil addi poſſit.

Sapientiæ donum appoſitum eſt primo loco aduerſus Gulã in contẽplatione cõſiſtẽs de rebus diuinis, & ſummi

* cap. 27
* c. 3. & Mat. cap. 5.
* cap. 52
* 78.
* cap. 6
* 51.
* c. 11. & Ab. in c. per frõtis de ſacra unct.

boni conſpiciendis,& conſulendis,qua re fit, ut ex Paulo ad Philippenſes*,nihil præter Deum ſuſcipiat, & cætera quæ in mundo ſunt pręe Deo tanquam ſtercora contemnat,ut Chriſtum lucrifaciat;propterea eam ſic deſcribit Cicero in quarto libro Tuſculanorum,Sapientia eſt rerum diuinarum & humanarũ ſcientia, cognitioq;,quę cuiuſq; rei cauſa ſit,ex qua efficitur ut diuina imitetur, humana omnia inferiora uirtute ducat. qui & adhuc in tertio libro ſic dixerat, illa præſtans & diuina ſapientia eſt,perceptas pęnitus,& pertractas humanas res habere, nihil admirari cum acciderit, nihil antequam euenerit non euenire poſſe arbitrari. cui oppoſita eſt huius mundi ſapientia, quam terrenam animalem, & diabolicam appellat beatus Iacobus apoſtolus*, nimirum propter finem in quem intendit qualis erat philoſophorum ſapientia, qui licet,ut refert Paulus ad Coloſſenſes*,ratiocinando qualem qualem Dei cognitionem eſſent aſſecuti,non tamen Deum ſicut Deum glorificauerunt, non fide,non ſpe,non charitate Deum coluerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis ſibi tantum placẽtes, & ſuam non Dei gloriam, non æternam, ſed terrenam commoditatem quærentes.

* cap.3. & 1. Corin.c.3. & Iob.c.28.

* cap.3.

* cap.2. & ad Roma.c.1.

Intellectus donum ſecundum in ordine obtinet locũ aduerſus luxuriam, propriè in agnitione ueritatis conſiſtens, cum per ueritatis lumen id pertingere non ualeamus, unde ſic fatus eſt Iob*, ecce timor domini ipſa eſt ſapientia,& recedere à malo intelligentia, quam inſtanter in hunc modum & uerba petierat pſaltes*,da mihi intellectum,& ſcrutabor legem tuam. quo dono ſemper Hebræi caruere, qui interiori literę minimè affixi ſunt, ſuper quorum oculos impoſitum eſt uelum, ut in faciem Moyſi intendere nequeant, quos propterea proteſtatus fuerat dominum ſibiipſis relinquere Iſaias*, dicens: excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude,ne fortè uideat oculis ſuis,& auribus ſuis audiat,& corde ſuo intelligat, & conuertatur ut ſanem eum.

* cap.28.

* 119.

* c.6.& Matt. cap.13.

Con-

Conſilij tertium eſt in ordine donum aduerſus Auaritię crimen, quo dono dirigitur homo à Deo per modũ conſulentis in peragendis diuinis, atque terrenis rebus; ubi & quoties naturalis inquiſitio per ſe ſufficiens non eſt. qua de re in hunc modum dixerat Cicero primo Officiorum, non minorem afferunt utilitatem, qui togati publicè pręſunt, quàm qui bellum gerunt, itaque eorum conſilio ſæpè aut ſuſcepta, aut confecta bella ſunt, qua re expetenda magis eſt diſcernẽdi ratio, quàm decertandi fortitudo: temere enim in acie uerſari, & manu cum hoſte confligere, imane quidem eſt & belluarum ſimile; cui oppoſita ſunt in rebus externis hærentia. at Apoſtoli domini, ut eorum nos docent Acta*, principibus ſacerdotum præcipientibus ne docerent in nomine domini Ieſu, quia prędìti, ac decorati fuere dono ſpirituali tamen; reſponderũt oportere magis obedire Deo, quàm hominibus; vnde pſaltes*, dominus diſsipat cõſilia principum, conſilium autem domini manet in æternum, hoc eſt donum ſancti ſpiritus. * c 4. & ſeq. * 33.

Fortitudinis donum in ordine quartum eſt aduerſus Accidiã, quo reſpectu labentes res forti animo contẽnimus, & nullis illecebris emollimur, nullis aduerſis perturbamur, ſed pro fidei, chriſtianęq; iuſtitiæ conſeruatione inuictum animum tenemus, quo caſto corde nullius uanæ gloriæ cauſa, ſed veracisſimi Dei amore quiduis libenter perferimus: nec eo quicquam magis neceſſarium eſt quãdiu in hac uita uitam degimus: omnes enim qui piè uolunt uiuere in Chriſto, oportet pati perſecutionem in hoc ſæculo, ut ait Paulus ſecundo Corinthiorum*, cui oppoſita eſt humanarum rerũ fortitudo quatenus ſibiipſi quiſque fidit; propterea ſic fatur pſaltes*, hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini noſtri exultabimus, non enim dominus in fortitudine voluntatem habebit, nec in tibijs beneplacitum erit ei, ſed beneplacitum eſt ſuper timentes eum. * cap. 4. Act. cap. 5. * 20.

Scientiæ donũ in ordine quintum eſt aduerſum Iram, quo à Deo inſtruitur hominis animus ad diſcernendum creden-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

credenda à credendis in opere conſiſtens; cuius finis eſt declinare à malo & facere bonum, inquirere pacem, & perſequi eam, prouidere bona non tantū coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, ait idem Paulus ſecū do Corinthiorum*; cui oppoſita eſt ſcientia mondana, cuius finis eſt rerum notitia in oſtentationem, ſiue quæſtum terrenarum, quo carent dono quicunq; inflati ſciē tia eccleſiaſticas traditiones in ſcandalum, & ruinam infirmorum temerè diſſoluunt, propter quos ille conditæ eſſe cenſentur.

* cap. 8. & ad Rom. cap. 12.

Pietatis donum ſubſequitur in ordine aduerſus deteſtabile Inuidiæ crimen, quo pietatis nomine veniunt affectus, cultus, & cuncta officia, quæ debemus his vnde vitam accepimus, qua de re pietas virtus dicitur, per quam patriæ, beneuolis & ſanguine cōiunctis beneuoli efficimur*; & ait ſic Cicero pro Planco, pietas eſt fundamentū omnium virtutum, parentem vt Deum vereri, atq; non multo ſecus ac parentes, liberos amare debemus. nec nō ſic fatur in primo de natura deorum, pietate aduerſus Deos ſublata, fides etiam & ſocietas generis humani, & una excellentiſsima uirtus iuſtitia tollatur neceſſe eſt; & quatenus diſtinctum donum eſt ſignificat ſitā miſericordiam in affectu hominis proni ad benemerendū de proximo Dei gratia, vt voluntatem exequatur, & obſequiū Deo præſtet, quia is Deo fœneratur qui miſeretur proximi, hinc Paulus ait ad Timothæum*, exerce te ad pietatem, nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad multa.

* Arch. in c. ſi quælibet. nu. 1. 22. q. 2.

* cap. 4.

Timoris ſeptimum & ultimum donum eſt, nempe fundamentū veræ ſciētiæ aduerſus crimē Superbiæ; de quo Eccleſiaſticus*; corona ſapientiæ timor domini, inquit, nam qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari; quo mouetur homo ut ſemper q̄rat ſubiectus eſſe Deo, ab eoq; ſe abducere fugiat; quem in hunc modū deſcribit liber ſapiētiæ*; nihil eſt enim timor niſi præſumptionis adiutoriū, proditio cogitationis auxiliorū; & hūc verè, atque propriè filialē Timorē dicimus, longè à ſeruili, & initiali

* cap. 1.

* ca. 17. & prouerb. cap. 1.

timore

timore differentem. Seruilis.n.timor reſpicit dumtaxat pœnam, quo perinde ac ſerui dominos timore plagarum metuunt Deus timetur, ne ad perpetuos carceres tradat ipſos. Initialis verò eſt is, quo præmium ſperatur, exẽplo mercenarij. eo igitur filialis, ſiuè reuerentialis timor nũcupatur, quia filius timet patris offenſam, quem ex toto corde diligit; timet profectò ex intimo affectu ſeparari à Deo uel patre, cum quo eſſe ſemper exoptat, ab omni priuato commodo, & utilitate principaliter prorſus remotus; intentus autem atque paratus ad omnem ſuſtinendã aduerſam fortunam, etiam ſi ſecundario aliquid ſperet emolumenti. cuius præmia in hæc uerba recenſet Eccleſiaſticus*, timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum; timenti dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. quo pacto exponitur uates in pſalterio*, ſic dicens beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis; quiſq; enim uerè pius ac religioſus eſt, in mandatis eius uolet nimis, & ualdè, id eſt meditatione diuinarum legum uehementer delectatur. qui in hanc eamdem rem ſic adhuc dixerat*, mãdata domini recta lætificãtia cor, præceptum domini lucidum illuminãs oculos; timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi; vnde uerſus, Oderunt peccare boni virtutis amore: oderunt peccare mali formidine pœnæ*: nihilominus timore ſeruili ſeruientes fruſtra non ſeruiunt, quia etiã ſi à charitate procul ſit, eſt tamen aptus ad inducendam eam, qui claudit oſtium, illudq; diligentiſſimæ cuſtodit, ne peccatum, q̃d adhuc ingreſſum non eſt, deinceps ingrediatur, adhuc inclusum retinet quicquid boni in homine ipſo inſitũ ſit, & ita exponitur Eccleſiaſticus*, in hæc uerba dicens, timor domini expellit peccatum, nam qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari. Fructus autem duodecim numerò recenſet Paulus ad Galathas*, uidelicet Charitas. Gaudinm. Pax. Longanimitas. Bonitas. Benignitas. Manſuetudo. Modeſtia. Patientia. Continentia. Caſtitas. & Fides.

* cap. 1.

* 112.

* 19.

* gl. in c. cum qui. de præb. in 6.

* ca. 1. Arch. i c. ſicut. diſt. 2. de pœn. gl. in c. cum nõ liceat. de præſcrip.

* cap. 5.

Charitas primus eſt fructus, motus animi in Deũ & ꝓximũ dilectio, in qua tota domini lex pẽdet vt in ſexcẽtis veteris & nouæ ſacræ ſcripturæ locis legitur; vnde (licet de vera charitate non ſentiret) ſic ait Cicero pro Lælio, quoniam res humanæ fragiles, caducæq; ſunt ſemper, ali qui acquirendi ſunt, quos diligamus, & à quibus diligamur, charitate enim, beneuolentiaq; ſublata omnis eſt è vita ſublata iocunditas.

Gaudium ſecundus eſt fructus, quod eſt animi affectio alicuius præſentis boni opinione concepta. quæ propriè in animo cõſiſtit, quia cum quietum animum habeamus, nihil reliquũ eſt vitæ noſtrę, quo poſsit ipſa turbari. at minimè lætitiã proponit, quia illa in vultu, & ſola exteriori actione concipitur; vnde ex eodem Cicerone quarto Tuſculanorum, gaudium dicitur in ſapientem cadere poſſe, lętitiam verò minimè.

Pax tertius eſt fructus, dulce eſt enim nomen pacis, ait idem Cicero in decima tertia Philippica, quæ tranquilla libertas dicitur, quia vbi pax, ibi libertas eſt.

Longanimitas quartus eſt, quæ propria Deo eſt, qui lõganimis dicitur æquanimiter ſuſtinens & tolerans quicquid accidat, de quo ſic meminit pſaltes*; miſerator & miſericors dominus longanimis, & multum miſericors, quia animus ad æternitatis longitudinem protenditur expectando, & dixerat ſecundus Regum*, non vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans ne pœnitus pereat qui abiectus eſt.

* 103. & 2. Petri. cap. fin.

ca. 14. Ezech. cap. 33.

Bonitas quintus eſt, habita relatione ad appetitus rectitudinem bonitas dicitur, qua hominem bonum dicimus, bonitas ineſt in fructu ſancti ſpiritus, ut ait Gaietanus in Paulum ad Galathas* ; & Cicero in Paradoxis, quod rectum, & honeſtum, & cum uirtute eſt, id ſolum opinor bonũ.

cap. 5.

Benignitas ſextus eſt fructus, quæ iuxta eumdem Gaietanum eodem loci ad ferocitatem bonorum ad proximos refertur. nam vates Dauid metuẽs ne malefacta principis ciuitati noceant, ſic fatus eſt in pſalterio* ; dicens

51.

benignè

Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Ieruſalem.

Manſuetudo, quæ dicitur uirtus moralis moderatrix iraſcibilis, ſeptimus eſt; cui ſex in ſunt priuilegia, nã primo ſummopere placet Deo, de quo Eccleſiaſticus*, ſapientia & diſciplina timor domini, quod beneplacitum eſt illi manſuetudo & fides. ſecundum eſt priuilegium, quo manſuetus in curam ſuſcipitur à Deo, de quo pſaltes*, ſuſcipiens, inquit, manſuetos dominus. Tertium eſt de quo ita meminit ſapiens in prouerbijs*, dominus ipſe dat gratiam manſuetis. quartum eſt quia mãſuetudo præparat ad intelligentiam uerbi Dei, quã in hæc uerba pollicetur idem pſaltes*, docebo mites uias meas. quintum eſt priuilegium manſueti hominis, quia manſuetus impetrat per orationem ait liber Iudicum*. Sextum eſt, quia manſuetus in fine uitæ ſuæ æternam hæreditatem conſequitur, quam dominus Ieſus Chriſtus gratis pollicetur, iuxta Euangeliſtam Matthæum*; dicens beati mites quoniam ipſi poſsidebunt terram.

* cap. 1.
* 146.
* cap. 3.
* 24.
* cap. 9.
* cap. 5.

Modeſtia octauus eſt, quem in hunc modum recenſet Paulus ad Philippenſes*, modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus, dominus enim propè eſt. quaſi dicat internum gaudium ita continuetur, ut non immoderatè extra effluat, ſed moderatio cunctis appareat; quam diffiniunt ita Stoici, modeſtia eſt ſciẽtia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur loco ſuo collocandarum.

* cap. 4.

Patientia ſequitur in ordine, de qua ſic meminit dominus Ieſus iuxta Euangeliſtam Ioannem*, dicens Petro, ſequere me, uidelicet in tribulatione habita patientia; nam cum idem Petrus vrbem fugiens exiuiſſet, volens eũ Chriſtus ad locum quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, quo uadis? reſpondit uado Romam iterum crucifigi, quod intelligens ſibi dictum, protinus reuerſus eſt ad locum*.

* cap 21.
* c per venerabilem. qui ſilij ſint legit.

Continentia decimus eſt in ordine fructus, quæ dicitur propriè poſt ſexus corruptionem abrenunciatio.

Caſtitas ſubſequitur ad differentiam continentiæ in-

D nuens

nuens ſexus incorruptionem, ut exemplum tradi poteſt in Suſſanam; necnon in fideliſsimum Ioſephum, qui ut legitur in primo pentateuchi*, maluit uxoris Regis Pharaonis domini ſui pati indignationem, quam eius ſuggeſtioni præbere aſſenſum.

* cap. 39. & apud Daniel. cap. 13.

Fides ultimus eſt fructus, quæ ut virtus eſt dicitur ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium iuxta Paulum Apoſtolum ad Hebræos*, cuius effectum non dubitamus eſſe tutiſsimam Dei arcem, de quo ſic ait pſaltes*, uerumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.

* cap. 11.
* 32.

Nouerint propterea omnes diuinioris ſcintillæ omnino non expertes his muneribus ſancti ſpiritus afflatos, omni prorſus ea re, quæ ad optimam ſalutem & totam capeſcendam diuinitatem uideantur fore neceſſaria, optimè præditos atq; decoratos eſſe; quo etiam ſimpliciter prolati nomine iuxta ſubiectā materiam uenit ipſe Deus quatenus officium ſancti ſpiritus exercet*, quorum duæ ſunt ſpecies, Viſibilis, & Inuiſibilis. viſibilis ſpiritus ſanctus eo ſic nuncupatur quia uiſibiliter & extra cunctis videntibus ex ſanctorum innumeris apparentibus miraculis, quibus multæ nationes attractæ fuere ad fidem, olim operabatur, qui iamdiu ceſſauit, permanente & operante ſolo inuiſibili; cum enim ex eo adeo aucta fuerit fides noſtra, ut exteriori opere amplius non egeat, non uidetur deinceps neceſſarium fore viſibilem; quodq; ſi ſic neceſſarium foret, profecto deficeret meritum fidei, quæ in ſola credulitate ut plurimū perſiſtit; unde Paulus ad Romanos*, ſpe enim ſalui facti ſumus, ſpes autem quæ uidetur non eſt ſpes, nam quod uidet quis quid ſperat*?

* cap ſudinius. 24. q. 1.

* cap. 8. & ca. in domo diſt. 4 de pœni. & de cōſec. c. uenit in ſi. diſt. 4. & 1. q. 1. ca. & ſcriptura.

Vtens concorditer iiſdē ſacramentis, & hæc eſt ultima pars deſcriptionis eccleſiæ; quia concordia, quæ eſt cōuenientiū in rectitudine animorū indirupta quædā & iuſta cōplexio, ſub uno reſpectu perſonarū diuerſitatē connectit, vnde Salluſtius, concordia paruæ res creſcunt, diſcordia, maximæ dilabuntur, quæ eſt diſſentio eorūdē, quos amoris uinculum colligit, ut plurimū tumultus occaſio.

Qui-

Quibus rebus optimè ſic digeſtis pro diuini nēpè numinis gloria, noſtriq; ſingulari ſolatio; cum Ieſus Chriſtus perſpexiſſet humanam carnem, ab adoleſcentia ſua maximè ad malum eſſe pronam; aſcenſurus ad dexteram patris, demū reuerſurus cū gloria & maieſtate ad uniuſcuiuſq; uiuorum & mortuorum dicti, factiq; expoſcendam rationem, ne ſine paſtore relicta in terris diſpergeretur ac periret; ſicuti uidebimus imminēte morte Moyſi eidem dominum Deum mandaſſe antequam moreretur agens annum centeſimum ſupra uigeſimum, ut tolleret Ioſue filium Num, in eius locum ſubſtituēdum, cui, impoſitis manibus ſuper caput, abundauit ſpiritus ſapiētiæ, & obedierunt filij Iſrael; propterea uices ſuas delegatas uoluit Petro, iuxta Euangeliſtam Ioannē*, in hæc uerba dicens, Simon Ioānis (Simon enim eſt nomen propriū, Ioannis uerò id eſt Ionæ, cuius proprium nomen patris fuit; ab euentuq; Simon ſumpſit hoc nomen Petrus à petra, ut meminit Euangeliſta Marcus*, à petra quæ firma & ſtabilis eſt) Simon, inquam, diligis me plus his? dicit ei etiam domine tu ſcis quia amo te, dicit ei paſce agnos meos; dicit ei iterū Simon Ioannis diligis me? ait illi domine tu ſcis quia amo te, dicit ei paſce agnos meos. dicit ei tertiò Simon Ioannis amas me? dicit ei domine tu omnia noſti, tu ſcis quòd amo te, dicit ei paſce oues meas. quam adhuc ampliſsimam iuriſdictionē, & latius imperium, ſed per diuerſa uerba vt refert Euangeliſta Matthæus*, idem dominus eidem præſtitit ſic dicens; & ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis. A

* cap. 21. & c. ſi ergo. 8. q. 1.

* cap. 3. & Io. cap. 1.

* cap 16.

Qd̄ ad priorē cōceſsā iuriſdictionē, & ad eā aptuis exponēdā nulla penſus oritur difficultas, quin ex ipſis uerbis ſūma & ampliſsima facultas cœtūs terrarū dijudicādi nationes Petro delegata fuerit. q̄ritur āt de triplicatā interrogatione, pariterq; Petri rñſione; cū unica dn̄i interrotio ac eiuſdē Petri pariter rñſio ſufficiens eſſe uideretur,

qua iuxta diuinum & poſitiuum ius omne genus ſtipu-
lationis concipi & ratum haberi conſueuit, adhuc quæ-
runt nonnulli atque demirantur hoc, pro certo haben-
tes Ieſum Chriſtum optimè intrinſeca Petri nouiſſe, cu-
ius, ſicuti cæterarũ rerũ, cordis fuerat ſcrutator, ad quã rẽ
multæ nec abſonæ comprobatæ ſolutiones exhibentur;
primo cum iſtud delegationis munus ſit magni ponde-
ris per quam uniuerſus mundus fuerat ducendus ab ipſo
Petro, quia paſcere oues, eſt idem quod regere eas; mini
mè inconueniens eſt ut Chriſtus voluerit exprimi Petri
intentionem ſæpè ac ſæpius, nec non per repetitas ſtipu-
lationes, ad maius robur noſtriq; inſtructionem, eandem
geminari intentionem, ut ubi maius eſt periculũ, ibi ſit
cautius agendum. hinc propter rei magnitudinẽ ac excel
lentiam, quamuis ſufficiat vnica Dei promiſsio, quæ fir-
ma ſemper ac rata habetur; qui propterea in hæc uerba
dixerat populo Iſrael, iuxta quartum pentateuchi, quem
ca. 23. dicimus Numerum, non eſt Deus quaſi homo ut men-
89. tiatur, nec filius hominis ut mutetur. & ſubdit pſaltes,
ſemel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius
in æternum manebit, & thronus eius ſicut ſol in conſpe-
ctu meo, & ſicut luna perpecta in æternum, & teſtis in cœ
lo fidelis; nihilominus idem dominus uoluit millies pro
nunciari Ieſu Chriſti aduentũ per ora Prophetarum; ſicq;
ex Celſo legiſlatore in libro vigeſimo digeſtorum, ver-
borum geminatio multum operatur, quæ firmiorem ac
indubitatam proferentis arguit intentionem. quo terna
rio imparique modo dominum gaudere, ex ueteri & no-
ua lege non dubitamus, nam cum, ut legitur in primo Pẽ
cap. 18. tateuchi, tres uiri trinitatem ſignificantes, apparuiſſent
Abrahę, is cucurrit in occurſum eorum, & unum odora-
uit, dicẽs domine ſi inueni gratiã in oculis tuis, ne tran-
ſeas ſeruũ tuũ. itidemq; tres ſunt cœli in ordine; primũ
eſt infimũ & aereum, de quo meminit canticũ triũ pue-
rorũ, benedicite, inquit, omnes uolucres cœli domino.
Secundum eſt cœlum aſtratum ſiue mediũ, de quo ſic lo-
quitur primordiũ Geneſis, fecitq; Deus duo luminaria
magna,

magna, luminare maius, ut pręeſſet diei, & luminare minus ut præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas Deus in firmamento cœli. tertium eſt cœlum ſummum aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, quod philoſophi primum mobile, theologi verò aqueum cœlum appellant, de quo vates in pſalterio* : laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini : & de quibus mentionem facit Paulus ſecundo Corinthiorum*, ſic dicens: ſcio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum huiuſmodi uſque ad tertium cęlum. qui & eodē loci ter dominum rogauit, ut ab eo diſcederet Satan, cui poſt trinam hanc poſtulationem, nec antea reſponderat dominus, dicens: ſufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate cognoſcitur. adhuc huius triplicationis dicamus eam fuiſſe cauſam, quaſi uoluerit ſibi Chriſtus, primo ſi me amas corde, ideſt uoluntate, paſce agnos meos: Secundò ſi me amas ore, hoc eſt prædicatione, paſce agnos meos: tertio ſi me amas opere, hoc eſt exēplo boni operis, ut exhibitio operis ſit probatio dilectionis, paſce agnos meos. vel paſce tertio dictū fateamur, ideſt illumina & rege tres hominum conditiones, uidelicet Virgines, continentes, & coniugatos*.

* 148.

* cap 12.

* ex Arch. in c. imitare. vj. q j. & in cap. perfecta pœnitētia. nu. 4. diſt. iij. de pœniten.

Quo ad alteram facultatem & generalem delegationē iuxta Euangeliſtam Matthæum eidem Petro conceſſam; quamuis peruerſi & Chriſti rebelles falsò abnegent propterea Petro fuiſſe à domino huiuſmodi conceſſam abſolutam facultatem, quaſi verborum proprietas iſtud minimè ferat, cum verba fuerint prolata per tempus futurum, tibi dabo, neque deinceps ullo unquām tempore hæc facultas appareat expreſsè relaxata : nihilominus facilis eſt reſponſio aduerſus hos, quibus alterum neceſſario ac indubitatè fatendum eſt, aut uidelicet aliquo tempore Ieſum Chriſtum tacitè tranſtuliſſe poteſtatem abſq; alia conceſsione in Petrū. aut (quod abſit) arguere ipſum de mendacio; neque mirum eſt hęc temporis pro tempore collocutio, cum in ſexcentis ueteris ſcripturæ locis

iſtud fuiſſe obſeruatum legatur, à prophetis maximè qui mente adeo affixi fuere, ut præſentia verbis tempus futurum ſignificantibus exprimere conſueuiſſent, ut in hunc
* c.53. Ezec. cap.31. modum fatur Iſaias*, ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. &
* 22. & 74. & 85. dixerat pſaltes*, foderunt manus meas, & pedes meos dinumerauerunt omnia oſſa mea. adhuc ex ciuilium legum traditionibus, communiq; recepta ſententia indubitatè fatendum eſt clauium poteſtatem fuiſſe Petro traditam eo tempore; illarum verò executionem fuiſſe prorogatam vſque ad eiuſdem Ieſu Chriſti ſummi paſtoris aſcenſionem ad cęlos: ſi enim Rex è loco diſceſſurus delegauerit alicui procero & ſibi fido merum & mixtum imperium: profectò iuris dicendi delegatio ipſa creditur permanere ſuſpenſa atque colligata, donec Rex è ſtatu diſcedat, quam rem naturalis ratio nobis ſuadet, quæ ex Cicerone in primo de legibus, de ſe ſolà ſufficit, dicente: Nihil eſt, non dicam in homine, ſed in omni cęlo, atque terra, ratione diuinius, quæ quum adoleuit, atque perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia: quia non dubitatur Regem delegaſſe huic regnum ſuum ad hoc, ut ſibi ipſi & cuncto populo rectè proſpiceretur, ne propter ſuã abſentiam aliquid detrimenti pateretur, periretvè, propterea nomine negligentiæ accuſaretur; vnde fit ut ſtatim cum Rex ipſe diſceſſerit, tunc omnis iuris dicendi facultas dimiſſa eſſe cenſeatur; ex reuerſione autem in regnum toties permaneat ſuſpenſa delegatio, donec iterum inde diſceſſerit, aut facultates & iuriſdictionem expreſsè reuocauerit. dum igitur dominus dixit Petro, tibi dabo claues regni cęlorum, id ſibi uoluit, cum abiero ad dexteram patris aſcenſurus, eſto mihi delegatus iudex, facitoq; vt virtute tua irrumpas iniquitates cunctas orbis terrarum gentes dijudicans, ſileas autem me præſente, quia præſentia domini efficit, ut interim ſuſpēſa permaneat iuriſdictio & mandatum; hinc in vſu eſt ubique cautela ut poſt mandatum confectum in alicuius perſo-

nam comparentem in iudicio, interim domini principales comparentes occaſione eiuſdem rei, de qua conſtituerant procuratorem, tunc proteſtentur imprimis & ante omnia ſe comparere in iudicio citra reuocationem mandati; ne ex prædicta regula & domini præſentia cenſeatur tacitè mandatum eſſe reuocatum*. Adhuc dubitari contingit de perplexitate uerborum, dum dixit dominus Petro: tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, quaſi ſibi inuicem aduerſari uideantur, unde minimè uolunt fateri ullam Petro dominum conceſsiſſe delegationem, aſſerentes ipſum Chriſtum ſolum eſſe petram uiuam, totiusq; Eccleſiæ fundamētum, ut eo nomine ſic appellat pſaltes*, dicens: & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos; non aduertentes, & hic dolus & fallacia, Petrum eo agnomine à petra adiudicatum dignum fuiſſe à domino ex eius firmitate ac ſoliditate petræ, quam dicimus Chriſti eccleſiam, perpetuam nempè, neque poſt uarias ac innumeras perturbationes ab ullo proſterni, aut comminui poſſe. inſuperq; non dubitamus conceſſam fuiſſe autoritatem propter maximam dilectionē, qua proſequebatur illum dominus, etiam ſi à cæteris Apoſtolis æquo animo prædilectus fuiſſet; propterea cum uidiſſent pro ipſo Petro & Chriſto domino idem redditum eſſe tributum, indeq; ex æqualitate pretij arbitrati eſſent omnibus Apoſtolis Petrum eſſe prælatū, qui in actu tributi reddēdi fuerat dño cōparatus; quo factū eſt, ut ex Euāgeliſta Matth.*, interrogauerint eundē, dicētes: quis putas maior eſt in regno cęlorū? ꝓfectò minus abſonū eſt, quòd eo noīe petræ Petrus nūcupatus fuerit, qa cū in vtraq; lege cūcti fideles, ac infideles dicti ſint filij Dei, atque adoptati fuerint in oīmodā filiationē a dño Deo qui ultro ſe conſtituit patrē, qua dilectione nulla maior eſt, ipſo iure nāciſcimur patris imaginē ac oīmodā ſimilitudinē, q̄ eſt ſolidisſima petra, & cuius nos filij ſumus uera ac uiua imago, totiusq; domus colūna, maximeq; oē ſacerdotiū, cuius hęreditatē fore pollicitus eſt dñs Deus iuxta lib. Nu.* dicēs ad Aarō, in

* c. uolentes. de off. leg. & c. ſi quem. de procur. in vj. Vant tract. de nullit proceſ. & ſent Tit. de nullit. ſent. ex def. iuriſd. ordi nu. 138. & l. ſi ff. de procura.

* 40. Iſa. cap. 28. & Daniel cap. 2.

* cap. 18.

* cap. 18. & Ioſue. cap. 18

in terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. & cum domini hæreditas, cooperante ſpiritu ſancto, nihil aliud ſit quàm utraque clauis iudicandi, ac executioni demandandi iudicata, nõ dubitamus, ex expreſſa Ieſu Chriſti delegatione & facultate Petro dijudicandi cuncta, competijſſe ambas Claues, videlicet Scientiæ, & Potentiæ; quas eidem domino Ieſu antea cõſtituit Deus pater æternus, iuxta prophetam Iſaiam*, dicens: & dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet & non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat. in quam rem in hæc verba uaticinatus fuerat Iob*, apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo; ipſe habet conſilium & intelligentiam, ſi deſtruxerit nemo eſt qui ædificet, ſi incluſerit hominem nullus eſt qui aperiat, ſi continuerit aquas omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas ſubuertẽt terram, apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia. Scientiæ clauis eſt iudicare ac diffinire cuncta, quæ regni cęlorum ſunt, de qua ſic meminit Euangeliſta Lucas*; væ vobis legis peritis qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi nõ introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis; eſt enim clauis ſcientiæ metaphoricè eruditio, & doctrina apertiua clauſæ ſcientię in prophetis & lege, de qua Ezechielis*, hæc dicit dominus Deus, væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, & quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quęſiſtis, & cum auſteritate imperabatis eis; & cum potentia & reliqua.

Potentiæ uerò altera clauis eſt autoritas faciendi, & per clauem ſcientiæ diffinita demandandi executioni, de qua idem Matthæus*, tunc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens: ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint

* cap. 22
* cap. 12. & c. tanta. de exceſſib. prælat.
* cap. 11.
* cap. 34.
* cap. 23.

rint uobis ſeruate & facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere, alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere; cuius utriuſque tradendæ clauis fuit ratio hęc, ne uideretur conceſſa inutiliter facultas & iuriſdictio, ſi eam executioni demandare non poſſet per potentiæ clauis executionem*. Quorſum Moyſi ſerui ac miniſtri Dei in cunctum populum Iſrael, & cæteras denique nationes & barbaricas gentes ſubiugandas tanta autoritas imperandi, niſi promiſcuè & gladium exercere potuiſſet aduerſus facinoroſos homines? quem tamen cernimus nutu Dei ac iure proprio nocentes uindicaſſe etiam uſque ad necem incluſiue, ut demonſtrat nobis totus ſuus Pentateuchus. propterea fit, ut de ſummi noſtri Pontificis latiori poteſtate minimè ambigatur, qua iure optimo & ex ſe ſolo ipſo ſpirituales, necnō temporales, ſiue terrenos gradus, ac dignitates quaſuis poteſt conferre, uti ex ipſa nobiliſsima leui progenie ortus, & fecere idem Moyſes & Aaron ex ea leuitica ſtirpe progeniti, ac fratres, cæteriq; pariter ab ipſo ſummo pontifice Aaron deſcendentes. ad quem & ad Moyſen promiſcuè in hæc verba locutus eſt dominus iuxta quartum librum Pentateuchi*, tollite ſummam uniuerſæ congregationis filiorum Iſrael per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini à uigeſimo anno & ſupra, omnium virorū fortium ex Iſrael, & numerabitis eos per turmas ſuas tu & Aaron, eruntq; vobiſcum principes Tribuum, ac domorum in cognationibus ſuis, quorum iſta ſunt nomina & ſeq. quos conſtat totius populi Iſrael duces atque primates fuiſſe; cæteros uerò quorum ſelecta ſunt nomina, cōnſtat fuiſſe duces & capita militiarum, quos agnomine dixere Tribunos, Centuriones, & Decanos. hinc iuxta eundem quartum Pentateuchi*, dirupta eſt terra, & aperiens os ſuum deuorauit ducentos quinquaginta uiros proceres ſynagogæ, & qui tempore conſilij per nomina uocabantur, & ignis deuorauit Core, Dathan, & Abiron rebelles Aaron

* c. ſolita. de maio. & obe.

* cap.1. Exo. c. 2. & c.6. & j. Parali. c.23

* cap.16.

& Moyſi, quibus abnegarunt ſubiectionem & obedientiam. Filijs Iſrael timentibus à facie Holofernis principis militiæ Regis Aſſyriorum, ut legitur in hiſtoria Iudith*, Heliachim ſacerdos magnus ſcripſit ad univerſos per quos uiæ tranſitus eſſe poterat, ut montium aſcenſus obtinerent, per quos aditus ad Ieruſalem eſſe potuerat, & illic cuſtodient, ubi anguſtum iter fieri poterat ad montes, & fecerunt filij Iſrael ſecundum quod conſtituerat eis magnus domini ſacerdos Heliachim. quam & multo maiorem ac generalem aduerſus cunctas nationes præſtitit adminiſtrationem, ac iuriſdictionem leuitis in hæc verba, iuxta quintum Pentateuchi*, dominus Deus dicens, accedentq; ſacerdotes filij leui, quos elegerit dominus Deus tuus, ut miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad uerbum eorum omne negotium pendet, & quicquid mundum, uel immundum eſt iudicetur. quidnam magis immundum eſt, quàm ea quæ diuinę legi aduerſari cernimus? nempè bella, homicidia, adulteria, furta, & cętera id genus aduerſus quaſuis barbaricas etiã gentes. Animaduertentes à creatione mundi uſque ad Ieſu Chriſti aduentum, hos tres ordines, ac maiores dignitates, videlicet Summum ſacerdotem, Prophetam, ac Regem, in veteri lege fuiſſe repertas (præter tamen Moyſen, & eius ſucceſſoris Ioſue ſeruos ac miniſtros domini, quibus mortuis extincta fuit huiuſmodi adminiſtratio, tam in eorum ſucceſſores, quàm in eos ipſos, quibus nullus mandato Dei, ſiue tacito, ſiue expreſſo datus eſt ſubſtitutus; vnicuique autem ex his tribus dignitatibus, reſeruatus fuerat gradus & prærogatiua ſua; nam primo ſacerdotem magnum prælatum eſſe cæteris oſtendimus. Secundo loco Prophetam. Tertio Regem.

* cap. 4

* cap. 21

Sacerdos magnus ratione antiquitatis, maior ac dignior fuit cæteris, quia ante Moyſen in primo ſtatu inſtitutum fuerat ſacerdotium ſub Noe. nam Abraam fuit ſacerdos & propheta, cui ut legitur in primo Pentateuchi*, dominus dixerat: ſume mihi vaccam triennem, & paulò

* cap. 15.

paulò inferius dixit Regi Abimelech; qui eius uxorem detinuerat, redde uxorem viro ſuo, qui propheta eſt. atque eodem loci*, oſtenditur Melchiſedech regem Salem, altisſimum Dei ſacerdotem fuiſſe, protuliſſeq; panem & uinum, eidemque Abram decimas obtuliſſe, præfiguranti dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ſuæ diuinitatis nec principium, neque finem habuit. inſuperque adminiſtrationis, atque ſubiecti ratione ſacerdos præfertur Regi, atque prophetis, quia asſiduo detinebatur, ac detinetur in rebus diuinis faciendis, atque contemplandis uices & Eccleſiam domini repræſentans; præfertur etiam his prædictis dignitatibus propter unctionis effectum, longe diuerſum ab effectu unctionis Regum; propterea in hunc modum dominus præmonuit Moyſen iuxta ſecundum Pentateuchi*, dicens: ſanctificabisque omnia, & erunt ſancta ſanctorum, qui tetigerit ea ſanctificabitur, Aaron & filios eius unges, ſanctificabisque eos, ut ſacerdotio fungantur mihi, filijs quoque Iſrael dices, hoc oleum unctionis ſanctum erit mihi in generationes ueſtras, caro hominis non ungetur ex eo (quaſi ſacerdos ſit Deus in terris, & non homo) & iuxta compoſitionem eius non facietis aliud, quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit uobis, homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo, talem compoſitionem non facietis in uſus veſtros, quia ſanctum eſt domino; homo quicunque fecerit ſimile, ut odore illius perfruatur peribit de populo. adhuc multis de cauſis propheta, & multo magis Rex ſubijcitur ſummo pontifici; primo quia fas illis non fuerat oleum iſtud tangere, imo prophetæ nullo tempore oleo aliquo ungebantur, propterea neuter eorum poterat illuminari, aut ea ſancti ſpiritus plenitudine decorari, qua fuerat decoratus ſummus ſacerdos; prophetæ autem fuere digniores Regibus, quia familiariter, uel in ſomnis, aut in ænigmate ſæpisſimè Deum alloquebantur: ad quos etiam vna cum ſummo pontifice vnctio Regum ſpectabat;

* cap. 14.

* cap. 30.

unde ratione iſtius colligati gradus exhibendæ unctionis, prophetæ poſſunt rectè digniores dici, quia inter dantem, & accipientem neceſſaria eſt differentia prærogatiuæ, quæ nempè maior arguitur ex parte conferentis; quæ ratio neceſſario ceſſat in ſummo ſacerdote; qui cum mandato domini ungi debeat, minimè ungi poteſt niſi ab inferiore, cum nullũ in terris habeat ſuperiorem. & ſi ſacerdos magnus uincit Regem in gradu & adminiſtratione, necnon & prophetam, quem comprobauimus Regem uincere, ſuccedit uulgaris & ciuilis regula, ſi uinco uincentem te, tanto magis debeo uincere te; hinc, ut legitur in primo Regum*, Samuel propheta dedit necem Agag Regi Amalec; propter aduerſus dominum rebellionem depoſuit Saulum è regno; quo loci etiam ſi ex eiuſdem domini ſententia, ac decreto ius regium ampliſſimum, tantæque iuriſdictionis ac imperij fuiſſe legatur, ut uidelicet ſubditorum filios & filias tollere poſſet, ſibiq; quadrigarum equites facere, Tribunos, Centuriones, & agrorum cultores, uineas, optima oliueta, aſinos, ſeruos, ac ancillas auferre: nihilominus fateamur neceſſe eſt hæc à domino populo Iſrael fuiſſe præmonita ob ipſam importunitatẽ ſuam, quo corrupto corde recedendi pænitus à Deo, in hunc modũ dixerat Samueli, ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in uijs ſuis, conſtitue nobis regem, ut iudicet nos, ſicuti & uniuerſæ habent nationes: propterea orante ipſo Samuele, ſic ei reſpondit dominus, audi uocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos, iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de terra Aegypti uſque ad diem hanc, ſicuti dereliquerunt me, & ſeruierunt dijs alienis, ſic faciunt etiam tibi; ueruntamen conteſtare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus eſt ſuper eos, quaſi dixerit, ſcito popule Iſrael iſtud ſeruitutis genus tibi, & ſuper poſteros tuos obuenturum propter enormisſima tua crimina, qui in corde tuo, cuius ego ſum optimus ſcrutator, propoſuiſti tibi me abijcere; qua de cauſa idem dominus

* cap. 15. cũ ſeq. & c. 8. & viij. q. j c. audacter.

nus illi iratus, hanc eandem abiectionem poſt longum tempus, ex propheta Oſea*, ita recenſuit, dicens, perditio tua Iſrael tantummodo in me auxilium tuum, ubi eſt Rex tuus? maximè nūc ſaluet te in omnibus urbibus tuis, & iudices tui, de quibus dixiſti: da mihi Regem & principes, dabo tibi Regem in furore meo. qui & antea eodem loco* dixerat, iudicate matrem ueſtram, iudicate quoniam non ipſa uxor mea, & ego non uir eius, quaſi ſibi uellit, uos uoluiſtis ſcindere regnum meum ad ueſtri commodum & uoluptatem; ſacerdotes, prophetas, meq; tandem, qui hos pro ueſtri commodo ac ſalute rectores ac duces conſtitui abijcere uobis propoſueratis; ad quorum importunitatem ac cordis duritiam Regem permiſi, ex uobis ipſis modo iudicate, ſi fortè proderit uobis, qui nempè omnes abſorbimini, propterea idem dominus adhuc conquæſtus, & furore concitatus, ſic ait ex eodem propheta Oſea*, ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui. quibus, iuxta Euangeliſtam Matthæum*, interrogantibus dominum Ieſum ſi liceret homini dimittere uxorem; idem reſpondit non licere, & ex lege Moyſi replicantibus, qui permiſerat dari libellum repudij, adhuc reſpondit ſic, quoniam Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras, ab initio autem non fuit ſic; nam ſicuti Romani, ac aliæ nationes ad placitum dimittebant uxores, habuereq; Reges per quos ducerentur, diffiſi illi diuina protectione, & moti potius petulantia quadam, petiere conſtitui ſibi æquè Regem. cum Salomon tertius Rex, ut oſtendit tertius Regum*, totum ſe idolatriæ dediſſet, iratus propterea Deus, ait illi, quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo, uerumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, & dabo illud ſeruo tuo, uerumtamen in diebus tuis non faciam, & ſequitur: ſed Tribum unam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum, & Ieruſalem quam elegi;

* cap. 13.
* cap. 2.
* cap. 8
* c. 19. Deuter. c. 24.
* cap. 11. & ſeq. Ioſ. c. 14.

elegi; ideo ſtatim ſuſcitaui t illi inimicum Adad Idu-
meum, paternoque diuiſo regno aſsignatæ fuere decem
tribus Ieroboam, quæ fuere caſpijs montibus ſecluſæ;
alia uerò fuit aſsignata *R*oboam, quæ fuit Tribus Iudæ;
quia uerò de minimis (dicunt illi) non curat prætor,
& in rei ueritate Ieroboam obtigit etiam dimidia tribus
præter decem, nec non una cum dimidia tribus *R*oboā
obtigit, propter ſucceſsionem Manaſſæ, & Ephraim fi-
liorum Ioſeph, qui non legitur in tribu prænominatus
cum non habuerit uexillum, ſed tantum filij prædicti
qui unicam ſtirpem ex lege faciunt ac gradum, in ipſa
tribuum diſtributione nulla fit mentio dimidiæ tribus;
& quoties habetur in lege mentio de dimidia tribu, quę
cum cæteris connumeratis aſcendit ad ſummam duode-
cim tribuum collectis duabus dimidijs in unam, tunc ca
pitur pro Tribu & Ioſepho ipſo, & ita concordantur tex
tuum uarietates; à qua diuiſione deinceps in futurum,
perpetuiſq; temporibus, ut optime atteſtatur prædicta
tertij libri Regum autoritas, fuere ſemper diſcenſiones
& bella inter eos, quaſi non immemor eſſet Deus pdictæ
rebellionis & importunitatis populi Iſrael malo aïo pe-
tētis *R*egē; quo *R*egio munere fungebātur maiores ſacer
dotes, ut nuper exempla retulimus, quos poſtremo Ange
* cap. 2. los domini appellat Propheta Malachias*, dicens labia
enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirēt
ex ore eius, quia Angelus domini exercituum eſt. At, ta-
citæ obiectioni reſpondentes nos, quia Deus pater om-
nipotens ſingulari ſua prouidentia futura proſpicit, ne-
que præteritorum eſt immemor, hinc antea exhibuerat
per manum Moyſi particularem *R*egum legem, cui fu-
turus *R*ex ſubiectus ac alligatus eſſet, de quo ſic fatus
* cap. 17. erat in quinto Pentateuchi*, non poteris alterius gen-
tis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus, cūq;
fuerit conſtitutus multiplicabit ſibi equos, nec redu-
cet populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleua-
tus, non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum
eius, neque auri immenſa pondera; poſtquam autem ſe-
derit

derit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus leuitæ tribus & habebit ſecum; quem ſummo pontifici adhuc ſubditum eſſe non dubitat quiſquam ſane mentis, etiam Imperatoria maieſtate, quam à Regia nihil differre non ambigitur, decoratum; tum propter diuerſam ſpeciem olæi, quo unguntur, tum etiam quia ad Imperialem ſiue Regiam conſtituendam poteſtatem non ſemper fuerat in uſu eorum unctio. aut enim Deus mandauerat vngi Reges, & tunc eos oportuit ungi, uti exemplum traditur in Propheta Samuele, ut oſtendit primus Regum*, qui domini mandato unxit in Regem Saulum, quo mortuo, etiam ſi antea depoſitus ac priuatus e regno fuiſſet, unxit in Regem Dauidem, qui quamuis fuiſſet Propheta & Rex, inter Prophetas tamen non fuerat connumeratus. necnon, ut legitur in tertio Regum*, Sadoc magnus ſacerdos, inſimulque Natham Propheta vnxere in Regem Salomonem. Aut Deus expreſſe non mandauerat futurum Regem vngendum, quo caſu oportet ſubdiſtingui in hunc modum; ſi enim ſuperſtite filio primogenito Rex prædeceſſerat, inter quem filium & populum eſſet affectio, omni remota contentione, quod ad ipſam conficiendam unctionem, quo caſu ipſo iure abſque unctione ulla in Regem eligebatur, quaſi iure hæreditario in Regno ſuccederet; nam poſt obitum Salomonis prædictus filius nomine Roboam nullibi repetitur unctus, quia inter populum de unctione non fuerat orta contentio; qua uerò orta, ne daretur occaſio concitandi tumultus, deueniebatur ad unctionem, quæ fuerat caracther & ſignum communionis & concordiæ, de qua fuerat orta contentio; & ad inſtar ſacerdotalis unctionis per caractheris impreſsionem non tamen ſecundum perfectam affixionem in anima ut in Chriſtianis quibuſdam ſacramentis, minimè diſſolui poterat; qua religione motus Rex Dauid ſemper uoluit uenerari ac obſeruare unctum Regem Saulum uſque ad exitum uitæ, etiam ſi depoſitus fuiſſet; hinc mandauit irrui

* ca. 10. & 15. cum ſeq.

* cap. 1.

irrui in puerum, qui in eundem haſtam infixerat eo uolẽte & mandante, ne in hoſtium manus incideret; unde, iuxta primordium ſecundi Regum, tactus dolore dixit illi, quare non timuiſti mittere manum tuam ut occideres Chriſtum domini; & ſtatim dixit uni ex pueris ſuis, accedens irrue in eum, qui percuſſit illum & mortuus eſt. ad quorum ſacerdotum, aduerſus quoſcunq; Imperatores aut Reges, ſupremam comprobandam poteſtatem, exemplum adduci poteſt fugitiuorum, qui cõmiſerant homicidium fortuito caſu abſque odio, aut præcedente inimicitia; ut apertius legitur in quarto Pentateuchi*, quo loci ex quadraginta & octo ciuitatibus cũ ſuburbanis ſuis leuiticæ tribui aſsignatis, mandato Dei aſsignatæ ac ſelectę fuere Ciuitates ſex numero in terra Chanaam, Cedes ĩ Galilæa mõtis Nephtalim. Sichẽ in mõte Ephraim. Cariatharbe ipſa eſt Hebron in monte Iuda; tres aliæ uerò trans Iordanẽ fuere contra orientalem plagam in Ierico, Boſor in ſolitudinẽ quæſita eſt in terra Campeſtri de Tribu Ruben. Ramech in Galaad quæ eſt in Tribu Gad. Golan in Baſan, quæ eſt in Tribu Manaſſe; quorum homicidarum audita cauſa ac per teſtium examen coram ſenioribus populi comprobata innocentia, ipſis præſentibus proferebatur ſententia in eorum fauorem ut in urbem reducerentur ad quam confugerant, quò loci manebãt donec magnus ſacerdos, qui oleo Sancto fuerat præũctus, moreretur; & ſi extra prædictarum vrbium fines eorum aliquis fuiſſet inuẽtus poterat impunè offendi; hinc ſucceſsiuè Imperatores noſtri edidere Titulum inſertũ in corpore iuris, De ijs qui ad ſtatuas confugiunt, decernentes ut quicumque uitandi metus gratia, certaſvè habuerint cauſas; quibus ad hęc Imperatorũ ſimulacra debuerint confugere, iure ac legibus uindicentur. quæ nẽpè inanimata ſunt ſimulacra aures habentia ſed non audientia, habentia pedes & non ambulantia, habentia ora ſed non loquentia; hæc uerò uiua uox & diuini numinis oracula ſunt, ad quæ pro temporali ac æterna ſpirituali redemptione, tanquam ad tutiſsimam arcem ac ſupremum

* c. 35. & Ioſue cap. 20. & ſeq & gl in c. illa. 15. q. 1.

mum tribunal nobis eſt confugiendum; ſimile enim priuilegium ad Regem aut Prophetas confugientes habuiſſe non memini legiſſe in ueteri lege; eo enim pontifex nuncupatur quaſi cæteris uiam & pontem faciens, & ex ipſa domini ſententia & decreto fugitiuorum, innui uideatur ut per obitum ſummi paſtoris omnia in priſtinū ſtatum & libertatem (exemplo Iubilæi) reuerterentur ipſo iure, quaſiq; ſuperſtes nemo eſſet per quem interim ius redderetur. cuius ſummi pontificis ſuprema poteſtas adhuc comprobatur ex ſecundo Pentateuchi*, quo loci ſic ait dominus Moyſi, applica quoque ad te Aaron fratrum tuum, quæ oratio nihil aliud ſibi uoluit quàm (cū idem Moyſes merum ac mixtum imperium hàberet) uidelicet tibi anneƈte, atq; promiſcuè tecū applica Aaron ad iudicandum, & indiuiduus cum eo collega eſto. quā connexitatem millies addidit idem dominus, de quo in quarto libro Pentateuchi*, ſic ait, tolle uirgam & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas & poſt obitum Aaron ſummi ſacerdotis ibidem ſic adhuc locutus eſt ad Eleazar æquè magnum ſacerdotem eiuſdem Aaron filiū ac ſucceſſorem, ac promiſcuè ad Ioſue Moyſi ſucceſſorē dicens, numerate omnem ſummam filiorum Iſrael à uiginti annis ſupra p domos & cognationes ſuas, cunƈtoſq; qui poſsint ad bella ꝓcedere. ruſuſq; in libro Exodus*, ſic fatus eſt ad Moyſen & Aaron, ſacerdotes quoq; qui accedunt ad dominum ſanƈtificentur ne percutiat eos, dixitq; Moyſes ad dominum non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai, tu enim teſtificatus es & iuſſiſti dicēs pone terminos circa montem & ſanƈtifica illum, cui ait dominus, uade deſcende, aſcendeſq; tu & Aaron tecum. & ſubſequitur in quinto Pentateuchi*, dicens ad Moyſen non ingreſſurum promiſsionis terram, hæc ſunt nomina uirorum qui terram uobis diuident, Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun. nec non & in delegationis ac ſupremi imperij ſignum, idem dominus ſic fatur ad populum ex libro Ioſue*, miſiq; Moyſen & Aaron, & percuſsi

* cap. 28.
* cap 20.
* cap. 19.
* cap 34.
* cap. 24.

in terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. & cum domini hæreditas, cooperante ſpiritu ſancto, nihil aliud ſit quàm utraque clauis iudicandi, ac executioni demandandi iudicata, nō dubitamus, ex expreſſa Ieſu Chriſti delegatione & facultate Petro dijudicandi cuncta, competijſſe ambas Claues, videlicet Scientiæ, & Potentiæ; quas eidem domino Ieſu antea cōſtituit Deus pater æternus, iuxta prophetam Iſaiam*, dicens: & dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet & non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat. in quam rem in hæc verba uaticinatus fuerat Iob*, apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, ipſe habet conſilium & intelligentiam, ſi deſtruxerit nemo eſt qui ædificet, ſi incluſerit hominem nullus eſt qui aperiat, ſi continuerit aquas omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas ſubuertēt terram, apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia. Scientiæ clauis eſt iudicare ac diffinire cuncta, quæ regni cęlorum ſunt, de qua ſic meminit Euangeliſta Lucas*; uæ vobis legis peritis qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi nō introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis; eſt enim clauis ſcientiæ metaphoricè eruditio, & doctrina apertiua clauſæ ſcientię in prophetis & lege, de qua Ezechielis*, hæc dicit dominus Deus, væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, & quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quęſiſtis, & cum auſteritate imperabatis eis; & cum potentia & reliqua.

* cap. 22

* cap. 12. & c. tanta. de excesſib prælat.

* cap. 11.

* cap. 34.

Potentiæ uerò altera clauis eſt autoritas faciendi, & per clauem ſcientiæ diffinita demandandi executioni, de qua idem Matthæus*, tunc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens: ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint

* cap. 23.

rint uobis ſeruate & facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere, alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere; cuius utriuſque tradendæ clauis fuit ratio hęc, ne uideretur conceſſa inutiliter facultas & iuriſdictio, ſi eam executioni demandare non poſſet per potentiæ clauis executionem*. Quorſum Moyſi ſerui ac miniſtri Dei in cunctum populum Iſrael, & cæteras denique nationes & barbaricas gentes ſubiugandas tanta autoritas imperandi, niſi promiſcuè & gladium exercere potuiſſet aduerſus facinoroſos homines? quem tamen cernimus nutu Dei ac iure proprio nocentes uindicaſſe etiam uſque ad necem incluſiue, ut demonſtrat nobis totus ſuus Pentateuchus. propterea fit, ut de ſummi noſtri Pontificis latiori poteſtate minimè ambigatur, qua iure optimo & ex ſe ſolo ipſo ſpirituales, necnō temporales, ſiue terrenos gradus, ac dignitates quaſuis poteſt conferre, uti ex ipſa nobiliſsima leui progenie ortus, & fecere idem Moyſes & Aaron ex ea leuitica ſtirpe progeniti, ac fratres, cæteriq; pariter ab ipſo ſummo pontifice Aaron deſcendentes. ad quem & ad Moyſen promiſcuè in hæc verba locutus eſt dominus iuxta quartum librum Pentateuchi*, tollite ſummam uniuerſæ congregationis filiorum Iſrael per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini à vigeſimo anno & ſupra, omnium virorū fortium ex Iſrael, & numerabitis eos per turmas ſuas tu & Aaron, eruntq; vobiſcum principes Tribuum, ac domorum in cognationibus ſuis, quorum iſta ſunt nomina & ſeq. quos conſtat totius populi Iſrael duces atque primates fuiſſe; cæteros uerò quorum ſelecta ſunt nomina, cōnſtat fuiſſe duces & capita militiarum, quos agnomine dixere Tribunos, Centuriones, & Decanos. hinc iuxta eundem quartum Pentateuchi*, dirupta eſt terra, & aperiens os ſuum deuorauit ducentos quinquaginta uiros proceres ſynagogæ, & qui tempore conſilij per nomina uocabantur, & ignis deuorauit Core, Dathan, & Abiron rebelles Aaron & Moyſi,

* c. ſolita. de maio. & obe.

* cap. 1. Exo. c. 2. & c. 6. & j. Parali. c. 23

* cap. 16.

paulò inferius dixit Regi Abimelech; qui eius uxorem detinuerat, redde uxorem viro ſuo, qui propheta eſt. atque eodem loci*, oſtenditur Melchiſedech regem Salem, altisſimum Dei ſacerdotem fuiſſe, protuliſſeq; panem & uinum, eidemque Abram decimas obtuliſſe, præfiguranti dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ſuæ diuinitatis nec principium, neque finem habuit. inſuperque adminiſtrationis, atque ſubiecti ratione ſacerdos præfertur Regi, atque prophetis, quia asſiduo detinebatur, ac detinetur in rebus diuinis faciendis, atque contemplandis uices & Eccleſiam domini repræſentans; præfertur etiam his prædictis dignitatibus propter unctionis effectum, longe diuerſum ab effectu unctionis Regum; propterea in hunc modum dominus præmonuit Moyſen iuxta ſecundum Pentateuchi*, dicens: ſanctificabisque omnia, & erunt ſancta ſanctorum, qui tetigerit ea ſanctificabitur, Aaron & filios eius unges, ſanctificabisque eos, ut ſacerdotio fungantur mihi, filijs quoque Iſrael dices, hoc oleum unctionis ſanctum erit mihi in generationes ueſtras, caro hominis non ungetur ex eo (quaſi ſacerdos ſit Deus in terris, & non homo) & iuxta compoſitionem eius non facietis aliud, quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit uobis, homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo, talem compoſitionem non facietis in uſus veſtros, quia ſanctum eſt domino, homo quicunque fecerit ſimile, ut odore illius perfruatur peribit de populo. adhuc multis de cauſis propheta, & multo magis *R*ex ſubijcitur ſummo pontifici; primo quia fas illis non fuerat oleum iſtud tangere, imo prophetæ nullo tempore oleo aliquo ungebantur, propterea neuter eorum poterat illuminari, aut ea ſancti ſpiritus plenitudine decorari, qua fuerat decoratus ſummus ſacerdos; prophetæ autem fuere digniores *R*egibus, quia familiariter, uel in ſomnis, aut in ænigmate ſæpisſimè Deum alloquebantur. ad quos etiam vna cum ſummo pontifice vnctio *R*egum ſpectabat;

* cap. 14.

* cap 30.

 unde

unde ratione iſtius colligati gradus exhibendæ unctionis, prophetæ poſſunt rectè digniores dici, quia inter dantem, & accipientem neceſſaria eſt differentia prærogatiuæ, quæ nempè maior arguitur ex parte conferentis; quæ ratio neceſſario ceſſat in ſummo ſacerdote; qui cum mandato domini ungi debeat, minimè ungi poteſt niſi ab inferiore, cum nullũ in terris habeat ſuperiorem. & ſi ſacerdos magnus uincit Regem in gradu & adminiſtratione, necnon & prophetam, quem comprobauimus Regem uincere, ſuccedit uulgaris & ciuilis regula, ſi uinco uincentem te, tanto magis debeo uincere te; hinc, ut legitur in primo Regum*, Samuel propheta deditnecem Agag Regi Amalec; propter aduerſus dominum rebellionem depoſuit Saulum è regno; quo loci, etiam ſi ex eiuſdem domini ſententia, ac decreto ius regium ampliſsimum, tantæque iuriſdictionis ac imperij fuiſſe legatur, ut uidelicet ſubditorum filios & filias tollere poſſet, ſibiq; quadrigarum equites facere, Tribunos, Centuriones, & agrorum cultores, uineas, optima oliueta, aſinos, ſeruos, ac ancillas auferre: nihilominus fateamur neceſſe eſt hæc à domino populo Iſrael fuiſſe præmonita ob ipſam importunitatẽ ſuam, quo corrupto corde recedendi pænitus à Deo, in hunc modũ dixerat Samueli, ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in uijs ſuis, conſtitue nobis regem, ut iudicet nos, ſicuti & uniuerſæ habent nationes: propterea orante ipſo Samuele, ſic ei reſpondit dominus, audi uocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos, iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de terra Aegypti uſque ad diem hanc, ſicuti dereliquerunt me, & ſeruierunt dijs alienis, ſic faciunt etiam tibi; ueruntamen conteſtare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus eſt ſuper eos, quaſi dixerit, ſcito popule Iſrael iſtud ſeruitutis genus tibi, & ſuper poſteros tuos obuenturum propter enormisſima tua crimina, qui in corde tuo, cuius ego ſum optimus ſcrutator, propoſuiſti tibi me abijcere; qua de cauſa idem dominus

* cap. 15. cũ ſeq. & c. 8. & viij. q j c. audacter.

nus illi iratus, hanc eandem abiectionem poſt longum tempus, ex propheta Oſea*, ita recenſuit, dicens, perditio tua Iſrael tantummodo in me auxilium tuum, ubi eſt Rex tuus? maximè nūc ſaluet te in omnibus urbibus tuis, & iudices tui, de quibus dixiſti: da mihi Regem & principes, dabo tibi Regem in furore meo. qui & antea eodem loco* dixerat, iudicate matrem ueſtram, iudicate quoniam non ipſa uxor mea, & ego non uir eius, quaſi ſibi uellit, uos uoluiſtis ſcindere regnum meum ad ueſtri commodum & uoluptatem; ſacerdotes, prophetas, meq; tandem, qui hos pro ueſtri commodo ac ſalute rectores ac duces conſtitui abijcere uobis propoſueratis; ad quorum importunitatem ac cordis duritiam Regem permiſi, ex uobis ipſis modo iudicate, ſi fortè proderit uobis, qui nempè omnes abſorbimini, propterea idem dominus adhuc conquæſtus, & furore concitatus, ſic ait ex eodem propheta Oſea*, ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui. quibus, iuxta Euangeliſtam Matthæum*, interrogantibus dominum Ieſum ſi liceret homini dimittere uxorem; idem reſpondit non licere, & ex lege Moyſi replicantibus, qui permiſerat dari libellum repudij, adhuc reſpondit ſic, quoniam Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras, ab initio autem non fuit ſic; nam ſicuti Romani, ac aliæ nationes ad placitum dimittebant uxores, habuereq; Reges per quos ducerentur, diffiſi illi diuina protectione, & moti potius petulantia quadam, petiere conſtitui ſibi æquè Regem. cum Salomon tertius Rex, ut oſtendit tertius Regum*, totum ſe idolatriæ dediſſet, iratus propterea Deus, ait illi, quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo, uerumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, & dabo illud ſeruo tuo, uerumtamen in diebus tuis non faciam, & ſequitur: ſed Tribum unam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum, & Ieruſalem quam

* cap. 13.

* cap. 2.

* cap. 8

* c. 19. Deuter. c. 24.

* cap. 11. cū ſeq. Ioſ. c. 14.

 elegi;

derit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus leuitæ tribus & habebit ſecum; quem ſummo pontifici adhuc ſubditum eſſe non dubitat quiſquam ſane mentis, etiam Imperatoria maieſtate, quam à Regia nihil differre non ambigitur, decoratum; tum propter diuerſam ſpeciem olæi, quo unguntur, tum etiam quia ad Imperialem ſiue Regiam conſtituendam poteſtatem non ſemper fuerat in uſu eorum unctio. aut enim Deus mandauerat vngi Reges, & tunc eos oportuit ungi, uti exemplum traditur in Propheta Samuele, ut oſtendit primus Regum*, qui domini mandato unxit in Regem Saulum, quo mortuo, etiam ſi antea depoſitus ac priuatus e regno fuiſſet, unxit in Regem Dauidem, qui quamuis fuiſſet Propheta & Rex, inter Prophetas tamen non fuerat connumeratus. necnon, ut legitur in tertio Regum*, Sadoc magnus ſacerdos, inſimulque Natham Propheta vnxere in Regem Salomonem. Aut Deus expreſſe non mandauerat futurum Regem vngendum, quo caſu oportet ſubdiſtingui in hunc modum; ſi enim ſuperſtite filio primogenito Rex prædeceſſerat, inter quem filium & populum eſſet affectio, omni remota contentione, quod ad ipſam conficiendam unctionem, quo caſu ipſo iure abſque unctione ulla in Regem eligebatur, quaſi iure hæreditario in Regno ſuccederet; nam poſt obitum Salomonis prædictus filius nomine Roboam nullibi reperitur unctus, quia inter populum de unctione non fuerat orta contentio; qua uerò orta, ne daretur occaſio concitandi tumultus, deueniebatur ad unctionem, quæ fuerat caracther & ſignum communionis & concordiæ, de qua fuerat orta contentio; & ad inſtar ſacerdotalis unctionis per caractheris impreſsionem non tamen ſecundum perfectam affixionem in anima ut in Chriſtianis quibuſdam ſacramentis, minimè diſſolui poterat; qua religione motus Rex Dauid ſemper uoluit uenerari ac obſeruare unctum Regem Saulum uſque ad exitum uitæ, etiam ſi depoſitus fuiſſet; hinc mandauit irrui

* ca. 10. & ca. 15. cum ſeq.

* cap. 1.

irrui in puerum,qui in eundem haſtam infixerat eo uolē te & mandante,ne in hoſtium manus incideret;unde,iuxta primordium ſecundi Regum, tactus dolore dixit illi, quare non timuiſti mittere manum tuam ut occideres Chriſtum domini;& ſtatim dixit uni ex pueris ſuis, accedens irrue in eum,qui percuſsit illum & mortuus eſt. ad quorum ſacerdotum, aduerſus quoſcunq; Imperatores aut Reges,ſupremam comprobandam poteſtatem, exemplum adduci poteſt fugitiuorum, qui cōmiſerant homicidium fortuito caſu abſque odio,aut præcedente inimicitia;ut apertius legitur in quarto Pentateuchi*, quo loci ex quadraginta & octo ciuitatibus cū ſuburbanis ſuis leuiticæ tribui aſsignatis, mandato Dei aſsignatæ ac ſelectę fuere Ciuitates ſex numero in terra Chanaam, Cedes ī Galilæa mōtis Nephtalim. Sichē in mōte Ephraim. Cariatharbe ipſa eſt Hebron in monte Iuda;tres aliæ uerò trans Iordanē fuere contra orientalem plagam in Ierico, Boſor in ſolitudine quæſita eſt in terra Campeſtri de Tribu Ruben. Ramech in Galaad quæ eſt in Tribu Gad. Golan in Baſan,quæ eſt in Tribu Manaſſe;quorum homicidarum audita cauſa ac per teſtium examen coram ſenioribus populi comprobata innocentia,ipſis præſentibus proferebatur ſententia in eorum fauorem ut in urbem reducerentur ad quam confugerant,quò loci manebāt donec magnus ſacerdos,qui oleo Sancto fuerat præūctus,moreretur;& ſi extra prædictarum vrbium fines eorum aliquis fuiſſet inuētus poterat impunè offendi;hinc ſucceſsiuè Imperatores noſtri edidere Titulum inſertū in corpore iuris, De ijs qui ad ſtatuas confugiunt,decernentes ut quicumque uitandī metus gratia, certaſvè habuerint cauſas, quibus ad hęc Imperatorū ſimulacra debuerint confugere,iure ac legibus uindicentur. quæ nēpè inanimata ſunt ſimulacra aures habentia ſed non audientia,habentia pedes & non ambulantia,habentia ora ſed non loquentia; hæc uerò uiua uox & diuini numinis oracula ſunt, ad quæ pro temporali ac æterna ſpirituali redemptione, tanquam ad tutiſsimam arcem ac ſupremum

* c. 35. & Ioſue cap. 20. & ſeq & gl in c. illa. 15. q. 1.

mum tribunal nobis eſt confugiendum; ſimile enim pri-
uilegium ad Regem aut Prophetas confugientes habuiſ
ſe non memini legiſſe in ueteri lege; eo enim pontifex
nuncupatur quaſi cæteris uiam & pontem faciens, & ex
ipſa domini ſententia & decreto fugitiuorum, innui ui-
deatur ut per obitum ſummi paſtoris omnia in priſtinũ
ſtatum & libertatem (exemplo Iubilæi) reuerterentur ip
ſo iure, quaſiq; ſuperſtes nemo eſſet per quem interim
ius redderetur. cuius ſummi pontificis ſuprema poteſtas
adhuc comprobatur ex ſecundo Pentateuchi*, quo loci * cap. 18.
ſic ait dominus Moyſi, applica quoque ad te Aaron fra-
trum tuum, quæ oratio nihil aliud ſibi uoluit quàm (cũ
idem Moyſes merum ac mixtum imperium haberet) ui-
delicet tibi annecte, atq; promiſcuè tecũ applica Aaron
ad iudicandum, & indiuiduus cum eo collega eſto. quã
connexitatem millies addidit idem dominus, de quo in
quarto libro Pentateuchi*, ſic ait, tolle uirgam & con- * cap 20.
grega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad
petram coram eis, & illa dabit aquas & poſt obitum Aa-
ron ſummi ſacerdotis ibidem. ſic adhuc locutus eſt ad
Eleazar æquè magnum ſacerdotem eiuſdem Aaron filiũ
ac ſucceſſorem, ac promiſcuè ad Ioſue Moyſi ſucceſſorẽ
dicens, numerate omnem ſummam filiorum Iſrael à ui-
ginti annis ſupra ꝑ domos & cognationes ſuas, cunctoſq;
qui poſsint ad bella ꝓcedere. rurſuſq; in libro Exodus*, * cap. 19.
ſic fatus eſt ad Moyſen & Aaron, ſacerdotes quoq; qui
accedunt ad dominum ſanctificentur ne percutiat eos,
dixitq; Moyſes ad dominum non poterit vulgus aſcende
re in montem Sinai, tu enim teſtificatus es & iuſiſti dicẽs
pone terminos circa montem & ſanctifica illum, cui ait
dominus, uade deſcende, aſcendeſq; tu & Aaron tecum.
& ſubſequitur in quinto Pentateuchi*, dicens ad Moy- * cap 34.
ſen non ingreſſurum promiſsionis terram, hæc ſunt no-
mina uirorum qui terram uobis diuident, Eleazar ſacer-
dos, & Ioſue filius Nun. nec non & in delegationis ac ſu-
premi imperij ſignum, idem dominus ſic fatur ad popu
lum ex libro Ioſue*, miſiq; Moyſen & Aaron, & percuſsi * cap. 24.

F Aegyptum

Aegyptum multis ſignis, atque portentis. cui adijce exem
77. & 104. plo id quod uaticinatus eſt pſaltes, eduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi, & Aaron. & tempore belli gerendi appropinquante ſolius ſummi pontificis fuerat munus exordiri cuncta, quæ ad illud expediendũ neceſſaria fuere, ſpecialiterq; ungebatur ad hoc, q, ut oſtẽ-
* cap. 20. dit quintus Pẽtateuchi*, totius exercitus, ac militiæ dux, ac princeps fuerat. & pret eas autoritates adhuc neceſſario fatendum eſt, ut hæreditario iure quoddam hæc totius dijudicandi populum ſuprema facultas in eundem ſupremum paſtorem, nec non & in eiuſdem iure perpetuo ſucceſſores cenſeatur eſſe translata; cum minime ſit præſumendum, ut Deus qui præſentia, ac futura optimè cernit, conſtituerit dumtaxat ad momentum temporis Moyſen, & Ioſue populi iudices, de quibus prætereà nullam legitur feciſſe mentionem, niſi uoluiſſet ſummũ põtificem ſubſtitui, cui & ſucceſſoribus in perpetuum om-
* cap. 27. & ſeqq. ne ius translatum cõmemoratur Exodus*, dicens & collocabunt eam Aaron & filij eius, ut uſque mane luceat, & ardeat lucerna coram domino, perpetuus erit cultus per ſucceſsiones eorum corã filijs Iſrael. adhuc inquit, filios illius applica, uidelicet Aarõ, & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq; ſacerdotes mihi religione perpetua. inſuperq; ait dominus, legitimum ſempiternũ erit Aaron, & ſemini eius poſt eum. de quo ſic meminit quartus
* cap. 1. Eldrę*, ducem uobis dedi Moyſen & Aarõn ſacerdotẽ, lucem uobis per columnã ignis præſtiti. De Prophetis autem qui ſecundum obtinuere gradum, eò pauca referemus, quia multo tempore ante Ieſu Chriſti aduentum
74. ceſſarunt prophetare, de quibus ſic fatur pſaltes, ſigna noſtra non uidimus, iam non eſt amplius Propheta qui exquirat ea. ad ſupremam ſummi paſtoris comprobandã autoritatem adhuc nitimur exemplo ſupremi Angelorũ gradus in cœlo miniſtrantium, quos Deus iuxta rei qualitatem, ac negotij magnitudinem in adiutoriũ, & noſtrã propitiationum de cœlo demittit in terris, quorum alij ſunt ſupremi, alij uerò inferioris gradus iuxta rei magni-
tudinem

tudinem demiſsi;hinc ad eximendam humanam carnem a peccato,quo nullum fuerat maius,ac altius negotiū,miſit unigenitum ſuum dominum Ieſum Chriſtū & ſe ultro morti tradendum,proptereaq; ſic fatus eſt Propheta Daniel*, in tpe autem illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi ſui, & ueniet tēpus quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cęperunt uſque ad tempus illud; & in tempore illo ſaluabitur populus tuus oīs qui inuentus fuerit ſcriptus in libro, & multi de his qui dormiſit in terræ puluere euigilabūt;qui adhuc eodē loci ſic fatus erat*, cuius regnū;regnū ſēpiternū eſt, & oēs reges ſeruiēt ei & obediēt.in quā rē apertiſsimæ ſubſequitur Propheta Malachias*, & ait ecce ego mitto Angelum meū,& pparabit uiā ante faciē meā,& ſtatim veniet ad tēplū ſuū dominator,quē uos q̄ritis, & Angelus teſtamenti,quē uos uultis; qui dn̄s Ieſus Chriſtus Angelus dn̄i,cuius uices geſsit in terris, uolēs inde corporaliter diſcedere,exēplo patris cuius debet eſſe filius imitator, ſucceſsiuè deſignauit ac dimiſit nobis ſummū paſtorē,& ſucceſsiuè iure ppetuo Angelū ſuū, ad quē cunctarū rerū cognitio & cura ſpectet ad ſempiternā ſuā gloriā, noſtriq; ſingulare ſolatiū;proptereaq; eundē, dn̄i Ieſu Chriſti uices repreſentantē, in oī actione ſua Regibus,ac Imperatoribus uoluit eſſe p̄latū;q̄a ſubrogatū ſapit naturā eius in cuius locū ſubrogatur, quaſi ſacerdotiū ſit p̄cipua dn̄i umbra & mēbrū, vn̄ dixit dn̄s ad Aarō iuxta librū Numeri*, in terra eorū nihil poſsidebitis,nec habebitis partē inter eos,ego pars & hæreditas tua ī medio filiorū Iſrael;quaſiq; dixerit uos ſacerdotiū meū p̄ terrenis rebus nihil habebitis,& oīa poſsidebitis,q̄a ſpiritualiū rerū dn̄s, terrenarū nō dubitat dn̄s; quos ſūmos paſtores ſi huc uſq; dn̄s noluiſſet ceſſare,uel dignitate ac adminiſtratiōe minui, p̄fectò p̄rſus haberemus inutiles, imo reliq̄ſſet aliq̄d imperfectionis,& miſiſſet unigenitū ad potius diſſoluēdā,q̄ ad legē implendā,poſtquā(p̄ter Moyſen & Ioſue)nō legit mādaſſe ſeligi quēquā aliū cū p̄dicto ſummo ſacerdote; nā poſt obitū Ioſue,populus Iſrael expectās reſponſa do-

* cap. 12.
* cap 7.
* cap. 3.
* cap. 18

* cap. 1 mini, eundem conſuluit iuxta librum Iudicum*, dicens: quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? dixitq; dominus Iudas aſcendet, hoc eſt Tribus Iudæ, quæ conuocauit in auxilium Tribum Simeonis, quæ expugnauere terram Chananæam, nulla cuiuſquam ſub nomine proprio ducis & principis habita mentione, quaſi ſat domino eſſet conſtituiſſe ſummum ſacerdotē, ad quem belli, & cunctarum rerum adminiſtratio ſpectaret; dixerat enim ex propheta Iſaia*, quid eſt quod debui ultra facere uineæ meæ & non feci? quibus exemplis indubitatè fatendum eſt, ut hodierni Imperatores, uel Reges nullo pacto retractare poſſint quicquid abſq; eorum conſilio, uel aſſenſu geſſerit ſummus pontifex, qui nempè ſolus Vicarius generalis eſt, & cui dixit dominus, tibi dabo claues regni cœlorum, vt quodcunque ligaueris ſuper terram ſit ligatum in cœlis, & reliqua, & non tantum iure perpetuò ſucceſſoribus, ſed precipuè Romæ ſublimiori ciuitati ius reddendum, ibidemq; ei pro tribunali ſedendum fore non dubitamus, ad quam confugere debeant omnes nationes ſentētiam Dei ac ritum colendi quærentes. de qua in hunc modū fuerat uaticinatus propheta Iſaias*, vrbs fortitudinis noſtræ Sion ſaluator, ponetur in ea murus, & antemurale, aperite portas, & ingrediatur gens iuſta cuſtodiens veritatem, uetus error abijt, ſeruabis pacem, pacē quia in te ſperauimus, ſperaſtis in domino in ſæculis æternis in domino Deo forti in perpetuum, quia incuruabit habitantes in excelſo ciuitatem ſublimem humiliabit, humiliabit eam vſque ad terram, detrahet eam uſque ad puluerem, conculcabit eam pes pedes pauperis, egreſſus egenorum, ſemita iuſti recta. Vrbs fortitudinis eſt eccleſia Chriſti, cuius muri & antemurale eſt eiuſdem ſalus, & triumphus, cui portæ inferi non præualebunt. Sion ſaluator, ideſt ſaluatio noſtra Ieſus. Vrbem ſublimem humiliabit, hoc eſt ciuitatem Romam, qua nempè nulla maior fuit, propterea populus Iſrael Romanum hunc populum valde timuit; hincq; iuxta Euangeliſtam Ioannem*, terrena

* c 5 Io. An in c. pro humani. de homicid. in vj.

* cap. 26.

* c. 11. & Luc. c. 19. not Iſido. Cla. in Esec. cap. 29.

rena metuentes magis quàm domini offenſam, congregato totius populi cœtu, ſic côiurati dixere aduerſus dominum Ieſum, quid facimus quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem & reliqua. à quibus idem populus Iſrael precibus, & auro pacem petierat, quos oſtendit primus Machabæorum*, ſcripſiſſe literas regibus præcipientes eis ne uim, aut moleſtiam inferrent Hebræis, nevè aduerſus eos pugnantibus auderent præſtare auxilium aliquod. Conculcabit igitur eam pes pedes pauperis greſſus egenorum, uidelicet domini noſtri Ieſu Chriſti, ſucceſsiueq; eiuſdem perpetuus Vicarius ſublimę illi ciuitati dominabitur, præoccupata ac pęnitus eradicata Ieroſolyma ciuitate, de qua ſic fatus erat dominus Deus iuxta quartum Pentateuchi*, ueniét in trieribus de Italia (hoc eſt ROMANI) ſuperabunt Aſſyrios, vâſtabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. Succeſsiueq́; hunc eundem interitum pręnunciauit dominus Ieſus ſecundum Euangeliſtam Lucam*, in hæc uerba dicens, quia uenient dies in te, & circundabũt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te undique, & ad terram proſternẽt te; & filios tuos qui in te ſunt, & ſeq. quæ res, ut legitur in ſecundo & ſeptimo libro de bello Iudaico, ex traditis per Ioſephum*, in natiuitate eiuſdem domini noſtri Ieſu, anno ſeptuageſimo quinto, die vero octaua menſis Septembris, executioni fuit demãdata à Veſpaſiano & Tito Imperatoribus ROMANIS, qui debellata & capta urbe Ieroſolyma, nobiliores Hebræos ROMAM captiuos adduxere, poſtremoq́, ea præmonita, ac prophetata adimpleta ſunt per Conſtantinum Imperatorem ſub Silueſtro ſummo pontifice, anno trecenteſimo decimoquinto; cui idem Imperator cœleſtibus monitis obtemperans ſubiecit gladio, clipeo, galeæque, & omni denique Imperatoriæ maieſtati renunciauit, à contagioq; lepræ mundatus numine eiuſdem ſummi pontificis, uoluntariè ſuſcepit baptiſma, atq; (inaniũ deorum ſublatis ſimulacris) templa more chri-

ſtiano

* cap. 15

* c. 24. & Daniel. c. 2. & c. 7 & cap. x. & cap. 14.

* cap. 19.

* cap. 36. & Euſeb. in tertio lib. de eccleſiaſti hyſt. cap. 5. & diſt. lxxvj. c. ieiunium quarti.

ſtiano, mandauit conſtrui; data omnibus Chriſti fidelibus, quæ antea fuerat denegata, extruendi publicè templa, & baptiſma ſuſcipiendi facultate. adhuc afflatus diuino ſpiritu idem Imperator cernens vrbem Romam Chriſti Ieſu, eiuſdemq; Vicarij perpetuam fuiſſe ſedem prenunciatam, contulit ſe Biſantium, ea ſummo paſtori dimiſſa*, & hæc eſt circuncisio illa, unica fides & coniunctio Sichem, & ſui populi cum Iacob homine Dei, Dina filia Liæ vi rapta; vnde ut apertisſimè demõſtrat primus Pentateuchi*, illi ac filijs eius iratus dixerat augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc uxorem, quaſi ſibi vellit, quia peccaui, & Romanæ Eccleſiæ uim intuli, quæ minimè fueratiſedes mea, tu generalis Ieſu Chriſti Vicarie baptiſmalem mihi præbeas gratiam, & me qui deos alienos colueram ab omni corporis ac animæ labe facias immunem, doceasq; ſemitas rectas, pro delicto enim meo præſtabo munera ſponſæ Chriſti; atque, ad hoc ut virtute tua irrumpas iniquitates, & aduerſus cunctos domini rebelles ſcientiæ, & potentiæ ad placitum claues ualeas exercere, dotes augebo; taciteq; inquit, ſubditus ero legi, teq; Vicarium ſemper venerabor, ſicuti hoc idem obſeruari mãdauit dominus iuxta quintum Pentateuchi*, dicens: ſi difficilè & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, inter lepram & lepram, & iudicium intra portas uideris variari, venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicium qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quæcunque dixerint qui præſunt loco.

* c. vnigenitus. extrauag com. de pœn. & remiſ. & l. habeat unuſquiſque. C. de ſacroſan. ecc.

* cap. 34.

* cap. 17.

Qui ſummi pontifices ſumma deinde exigente neceſſitate, eccleſiaſticos gradus Nouem numero in terris neceſſarios conſtituere eſſe diſtinctos, vt dum pietate benè viuendi minores potioribus reuerentiam exhiberent, ac potiores minoribus delectionem impenderent, vera fieret concordia, & ex diuerſitate contextio, & rectè ſingulorum officiorum gereretur adminiſtratio*, nẽpè exemplo

* lxxxix. diſt. c. fin.

plo cœleſtium militiarum, quas Nouem numero legimus hoc ordine deſcriptas*. Angelos. Archangelos. Virtutes. Poteſtates. Principatus. Dominationes. Thronos. Cherubinos. & Seraphinos. qui iuxta negotij qualitatem & rei magnitudinem diuerſa, ac conuenientia nomina ſortiri conſueuere, angelorum ſumpto nomine cum demittuntur; qui enim magnalia Dei nunciant Archangeli nuncupantur, quaſi angelorum principes; vnde ad Mariam virginem miſſus eſt Gabriel angelus, quaſi fortitudo Dei, qui adhuc miſſus fuit ad prophetam Daniel.* ad hoc, vt domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum ei nũciaret. qui excitãt nos à ſomno culpę, vnde vt legitur apud Apoſtolorum Acta*, angelus, percuſſo Petri latere, excitauit eum, dicens: ſurge velociter. & iuxta tertium Reg.* tetigit Eliam, dicens: ſurge & comede. necnon ut legitur in primo Pentateuchi*; præparauit uiam Loth. poſtremoq; quotieſcunque ſuadeat neceſsitas in omniq; actione noſtra pro nobis vltrò Deo interceſſores ſunt. vnde inquit hiſtoria Danielis*: nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps ueſter. inſuperq; defendunt nos à poteſtatibus contrarijs, de quibus ſic meminit pſaltes*: angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. adhuc ſic ait, immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: atque præ maxima dilectione repræſentant bona noſtra Deo, propterea ſic fatus eſt angelus ad Tobiam*; ego obtuli orationẽ tuam dño, & quia acceptus eras Deo neceſſe fuit, ut tentatio probaret te. ſicq; miniſtrant nobis in articulo mortis portantes animã noſtrã è corpore egredientem; propterea ſic loquitur Euangeliſta Lucas*, factũ eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinu Abrahę, mortuus eſt aũt diues, & ſepultus eſt in inferno. Theologorum aũt eſt ſententia eccleſiaſticos ordines eſſe duntaxat ſeptem numero: adimunt enim pſalmiſtam, & Epiſcopum, de quibus ſingulis mox verba faciemus, quorũ ratio iſta fuit, quia pſalmiſtę ordo rectè conferri poteſt à ſimplici ſacerdote, cuius autoritas nõ extẽditur ad ordinum

* de pœnitẽ. diſt. ij. c. principium, & c. ſi. Exo c 25. & c ſi & Iob cap. 1 1.
* cap. 8.
* cap. 12.
* cap. 19.
* cap. 19.
* cap. 10. in ſi.
* 91.
* cap. 12.
* cap. 16.

num

num collationem; necnon & quia Epiſcopus eſt unus & idem cum ſacerdote gradus & ordo, nihil inuicem differentes niſi per plus & minus; autoritate Tobię* in hæc verba dicẽtis: ego enim ſum Raphael angelus unus ex ſeptem, qui aſtant ante dominum; cui & adijce Euangeliſtã Matthęum*, recenſentem nouem beatitudines, quibus duabus demptis, ſeptem remanent, quia illę duæ non rectè beatitudines dicuntur in fine relatæ, cum perſecutoriæ ſint; nihilominus communi aduerſus Theologos recepta canonum ſententia, eſſe beatitudines, atque eccleſiaſticos ordines Nouem numero, ſic diſtingui oportet. Aut ordo ſumitur pro dignitate uel poteſtate. Aut ſumitur pro officio. Aut ſumitur pro Sacramento.

* cap. 12.

* cap. 5

Primo caſu ſi capiamus ordinem pro dignitate, uel poteſtate, proculdubio negandum eſt nouem eſſe ordines, quia ius miniſtrandi altari, Epiſcopo, Diacono, & Subdiacono ſolis competit.

Secundo caſu ſi capiamus ordinem pro officio, tunc nouem eſſe fateri oportet, & uenit pſalmiſta, cui adijce Sacriſtam, Cuſtodem, & Camerarium, qui in officio cenſentur eſſe conſtituti.

Tertio caſu ſumentes ordinem pro ſacramento, non poſſumus non negare nouem non eſſe eccleſiaſticos ordines, quia ſacramentorum adminiſtratio non omnibus ea facilitate competit & dimiſſa eſt, qua officij adminiſtratio*, quamuis omnibus indiſtinctè dies, noctesq; in templo Dei uerſari, & laudes eius quotidianis hymnis celebrare & canere datum ſit; quos inter cæteros beatos nunciat vates in pſalterio*, dicens: Beati qui habitant in domo tua domine perpetuò laudabunt te. quorum in ordine ab inferiori incipientes ſacri canones uoluere primum eſſe Oſtiarium.

* Arch. in c. cleros xxj. diſtin.

* 84.

Oſtiarius.
Pſalmiſta ſecundus eſt.
Lector tertius.
Exorciſta quartus.
Acolytus quintus.

Sub-

Subdiaconus ſextus.
Diaconus ſeptimus.
Sacerdos octauus.
Epiſcopus nonus, & ultimus eſt.

Oſtiarij eo ſic leguntur nuncupati, quia quatuor templi foribus per quatuor mundi lateres fuere præpoſiti cuſtodes, ne quid inhoneſti in templo committeretur, de quibus in hæc verba meminit primus Paralipomenon*, ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domus domini uigintiquatuor millia, præpoſitorum autem, & iudicum ſex millia, porrò quatuor millia ianitores, quó moniti exemplo ſacri canones huuc oſtiarij diſtinxere ordinem & gradum, pèr quem totius domus, & eccleſiæ domini noſtri ab omni immunditia rectè cura geratur*. *c. 5. & c. 23. *d. c cleros.

Pſalmiſtæ, horum uocabuli ætymologia retenta, à pſalmis & quibuſdam verſiculis canendis in choro appellati fuere, de quibus idem primus Paralipomenon eodem loci ſic meminit, dicens: porrò quatuor millia ianitores, & totidem pſaltes canentes domino in organis quæ fecerãt ad canendum; hodie, ſi rectè, commodeque dinumerari poſſent quot undique apud eccleſiaſticos rectores pſalmiſtæ reperiantur, maior nempè eſſet numerus; nam cum ubique erecta ſint templa ad cultum diuinum, iſq; pertineret numerus præfinitus ad ſacramentalia, non dubitamus, ſi maior augeatur numerus, magis gratum fieri domino per cuius aduentum comprobatum eſt abolita eſſe ſacramentalia ueteris teſtamẽti; ſufficit enim ut non ceſſemus orare*. Lectores eo agnomine à legendo, & eo particulari officio fungentes dictos eſſe non dubitamus, quorum propterea eſt, ut ex ſupra deductis percipitur locis, lectiones diei adſcriptas, & iuxta ſolemnia in choro canere, qui fuere octo, ſed duplicata muſica aſcenderant ad numerum decem & octo. * c per lectis. xxv diſtinct. & c pſalmiſtæ xxiij diſt.

Exorciſta græcè, latinè uerò adiurantes nuncupantur, aut defenſores; quia corpus à dæmonibus obſeſſum defendunt ſuper energuminos, aut cathecuminos; nã energuminus deriuatur ab energu, quod eſt vis, ac fortitudo,

& mene quod eſt luna, quaſi fortis in luna, idem quod lunaticus, qui eo nouilunij tempore à dæmonibus vexatur mente deficiens. Cathecuminus autem, quaſi minus catholicus dicitur, ideſt non utiliter bonus, qui fidei documenta audire incipit, ac in ea inſtrui, non adhuc tamen baptiſmo imbutus*: ſic enim filij Iſrael quartadecima lunæ menſis primi, nec antea, illud phaſe per exorciſmi gratiam cum eis egerunt, qui ex captiuitate fuere, poſteaquam & ſtatim cum ſacerdotes, ac inſimul leuitæ omnes, ſanctificati fuere; deindeq; & diuiſim, ut oſtendit tertius Eſdræ*; cæteri Iſraelites omnes. cum igitur ſacerdotes imponunt manus ſuper credentes, atque malignos ſpiritus in eorum mẽte habitare contradicunt, illud efficiũt, ut per exorciſmi gratiam eijciant dæmonia.

* Arch in c. exorciſta. 23. diſt. & in d. c. cleros. & in d. c. perlectis, nu. 3. & c. cathecisinũ, de cogna. ſpir. in vj. & de conſec. diſt. iiij. c. ante baptiſmum.

Acolytæ græcè, latinè verò Ceroferarij, & luminum accenſores nuncupantur, de quibus ſic fatur ſecũdus Pentateuchi*; præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloq; contuſum, ut ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij; quamuis enim dominus imperſonaliter loquatur, nihilominus ex conceſſa autoritate addendi, vel declarandi domini legem, ad placitum ſummi ſacerdotis, ad quem uniuerſa tabernaculi cura ſpectabat, ut loco ſuo demonſtrabimus, conſtituebantur luminum accenſores, quos iuxta quartũ Pentateuchi*, dominus mandauit ſeligi ex filijs Caath, quando mouenda erant caſtra, ad quos ſolos id muneris eo tempore ſpectabat, q̃uis cæteris temporibus eo etiam fungerentur munere; dummodo non tangerent vaſa ſanctuarij ne morerentur, & ſubdit dicens, iſta ſunt onera filiorum Caath (fuit enim filius Leui) in tabernaculo fœderis, ſuper quos erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compoſitionis incenſum, & ſacrificium quod ſemper offertur, & oleum unctionis, & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet. à vigeſimo autem anno & ſupra, uſque ad quinquageſimum annum iſti filij Caath, iuxta diſtributionem, & ad nutum Aaron ea opera fecere, accendentes

* cap 7
* cap. 27
* cap. 4

tes luminaria, & ea extincta & inuoluta portantes, quia hæc pertinuere ad cęremonialia, quamuis is ordo Acolytarum hodie etiam cōferatur, tamen quilibet ad id muneris idoneus eſſe dijudicatur, dummodo in choro recep ptus fuerit, uti leuiticæ tribui aſcitus.

Subdiaconi, hebraicè ſubleuitę, latinè uerò miniſtri nuncupantur, leuitis ſubditi, quaſi ſubminiſtri, quorum hodie continentium ordo dicitur, quia caſtitatis obſeruantiam Epiſcopo ſuo, à quo ad id muneris promouentur, pro eo quantū patitur humana fragilitas, ꝓmittunt*. *cap de his, xxviij diſtin. Anch. in cle. ſi beneficiorū, de decim.

Diaconi, quos quandoquę uti ſubdiaconos legimus dictos eſſe ſacerdotes, inter quos eſt tamen differentia ratione adminiſtrationis; quia dum per ſacerdotē ſacra fiunt, præbent illi aſſenſum, ac aſtant miniſtri, ad præcepta, tabernaculiq; cuncta opera excubantes, quem ordinem dominus ſic mandauit obſeruari in libro Numeri*, applica tribum Leui, & fac ſtare in cōſpectu Aaron ſacerdotis, ut miniſtrent ei, & excubent, & obſeruent quicqd pertinet ad cultum multitudinis coram tabernaculo teſtimonij, ut cuſtodiant uaſa tabernaculi ſeruientes in miniſterio eius; quorum fuit annorum triginta legitima ætas, qui ab inde ſupra miniſtrabant in tabernaculo fœderis; ingrediebantur autem ad miniſterium ſub uigeſimo quinto eorū ętatis anno exercentes ſe vſq; ad trigeſimū, videlicet annorum ſpatio quinque; cumq; quinquageſimū ætatis annum impleuiſſent, ſeruire ceſſabant, ac fratrum ſuorum in eodē fęderis tabernaculo erāt miniſtri, vt cuſtodirent cuncta ea, quæ fuerant commēdata, opera uerò, ut ſic fatur quartus Pentateuchi*, non faciebant. *cap. 3 *c. 3. & c 8

Sacerdotes eo uulgari nomine nuncupant, quaſi ſacra dātes, ex deſcriptione enim eos dicimus ſacerdotes, qui ad ſacra facienda charactere impreſſo fuerint approbati. Ad ſacra facienda hos eo ſic deſcripſimus, ad differentiā illorum, qui à poteſtate ſacra faciendi excluduntur, in quos tamen impreſſus eſt character, ut exemplum tradi poteſt in homine baptizato, in eovè qui nuptialem benedictionem receperit. Charactere impreſſo eſt appro-

 batus,

batus, quod eo ſic eſto dictum ac deſcriptum, ut fœminilis ſexus differentia conſtitueretur, in quo minimè character imprimitur; ſolis enim ſacerdotibus (præterea nemini) dominus noſter Ieſus Chriſtus conficiendi ſacra tribuit facultatem, quam noluit tribuere matri etiam ſi autoritate & dignitate Apoſtolis maior fuerit, quaſi fœminilis ſexus capax non fuerit huius adminiſtrationis, quæ uirilis eſt; ſicuti vbique tam in noua, quàm veteri lege apertisſimè demonſtratur has adminiſtrationes maribus ſemper fuiſſe cōceſſas ab Aaron, & filijs eius, ſucceſſiueq; iure perpetuò in poſteros eſſe tranſlatas.

Epiſcopi ab epi græcè, quod eſt ſupra, & ſcopin, quod eſt intendens, quaſi ſupra intendentes ad ea quæ præcipuè intra limites ſuæ diœceſis demandata fuerint; qui, ſicuti ſacerdotes, quandoque pontifices nuncupati ſunt, at quia in ipſa nominis parilitate innumeræ diſcenſiones, & ſciſmata oriri contingit, factum eſt, ut inter ſimplices ſacerdotes, ac Epiſcopos deinceps nominum differentia conſtitueretur*, namque, ut refert Ludouicus Gomeſius in proemio Regularum cācellariæ, Epiſcoporum tanta fuit dignitas uſque ad Clemētem Papam quintum, & Ioannem vigeſimum ſecūdum, ut minui dignitate dicerentur, qui ex Epiſcopis ad Cardinalatus inſignia admitterētur; propterea hodiernis etiam temporibus creari poſſunt Cardinales mere laici ſacerdotio non decorati; ex communi vſu & lege, quamuis ſolo uerbo fiat, pontifex maximus posſit conferre ſacerdotium, oportet tamen Epiſcopos eſſe doctores, ac ſacerdotes*, quorum propter nimiam excellentiam, quadripartita eſt dignitas, videlicet in Patriarchas, Archiepiſcopos, Metropolitanos, & ſimplici nomine Epiſcopos.

* Io. And. in c. cum medicinalis. de ſen. excom. in vj. Arch. in c legimus. xciij. diſtin.

* c. oportet. viij. q j. Gigas tracta. de pēſio. q viij. nu. 3.

Patriarchæ, ſiue primates poſt ſummum pontificem primum obtinent locum; hodie verò ad placitum ſummi pontificis, modo Cardinali dignitate decoratis, modo inferioribus etiam Epiſcopis confertur hæc dignitas pariter quadripartita: Nam alius eſt Conſtantinopolitanus, alius Alexandrinus. alius Antiochenus. & quartus

eſt Hyeroſolimitanus Patriarcha, exemplo eorum quatuor ex ueteri lege Patriarcharum, Adam, Abraam, Iſaac, & Iacob, Gentiliumque more, quorum mos fuit in primatibus ciuitatibus ad maiores diſceptandas cauſas, maiores conſtituere ſacerdotes, quos illi dixere prothoflamines. poſtremoq; his moniti exemplis ſacri canones Romæ cõſtituere hos, ſed numero quinque Patriarchas, Diui Ioannis primum. Diui Petri ſecundum. Diui Pauli tertium. Sanctę Marię maioris quartum. atque Diui Laurentij quintum. præterquos adhuc habemus tres Patriarchas, quos anomalos & minores Patriarchas dicimus, videlicet Aquilegienſem. Cantuarienſem. & Biturlcenſem tertium*.

Archiepiſcopi ex Archiflaminibus Gentilium ſumpti ſequuntur in ordine, ab archos græcè, latinè verò princeps, quaſi Epiſcoporum principes, quorum munus eſt ſibi commiſſam prouinciam uiſitare, cæteros inferiores Epiſcopos ordinare, notoriumq; delictum intra Archiepiſcopatus ſui limites mulctare, & denique alia multa facere, quæ breuitatis cauſa omittenda duximus, de quibus mentionem facit uetus, ac nouella ſacri Concilij Tridentini conſtitutio ſub decreto de Reformatione*.

Metropolitani ſubſequuntur, qui alio agnomine peregrini iudices nuncupantur, nihil ab Archiepiſcopis hodie differentes, niſi nominis, uel agnominis retenta diuerſitate, à metros tunc dicti, quod eſt mater, & polis quod eſt ciuitas, quaſi cæterorum ciuitatum, Epiſcopatuumvè ſibi ſubditorum mater, quæ quamuis hodie ex inueterata conſuetudine pręfinitum non habeant numerũ, olim tamen fuere decem numero, quæ fuerant ſubditæ totæ Metropolitanæ iuriſdictioni*.

Epiſcopi in ordine & gradu ſubſequuntur, ex Gentilium flaminibus deducti, quos dixere ſacerdotes, nosq; pariter, propterea non dubitamus à iure diuino fuiſſe inſtitutos; quorum munus eſt in propria diœceſi, & ſuæ iuriſdictioni ſubditos clericos ordinare; uel etiam alterius diœceſis mandato ordinarij ad eoſdem promouere ordi-

* gl in cap. i. xxj. diſtin. & c. i. extrauag. com. de elec. lib i. & lxxx. c i. cũ ſeq. & ix. q iij. c. cõquæſt. Arch. in c in nomine, xxiij. diſt.

* xxiiij. ſeſſ. c 3. Io. And. in c Romana de cenſ. in vj. Arch. i clem. dudum, de ſepultu.

* vj. q iij. c. ſcitote, & gl. in c. i. uerbo, de primatib. xcix diſt. Iaſ. in §. quia, de feudis, nu. 2. C. qui feu dare poſſ.

ordines; virgines benedicere, conſecrare Baſilicas, conuocare ſynodum, tribuere indulgentias dierum quadraginta, anni verò in eccleſiæ reparationem, ac alia denique facere, quæ, ne longior fiam, & quia non intẽdo hæc ſæpius dicta repetere, duxi ſatius eſſe omittere*.

* cap. cleros, xvj. diſt. & de conſec. diſt. j. c. Iacobus. & c. cum ex eo. de pœnitẽ. & remiſſ.

Quia verò, ſicuti antea prædixerat magnus propheta Iſaias*, imperium domini noſtri Ieſu Chriſti ſummè, & adeò auctum eſt ut, alter alteri ſemper inſtaret præferri; deindeque publicato, ac frequenti exiſtente baptiſmo, acclamaret ſe potiorem, ac meliorem eſſe à Paulo baptizatum, alter verò à Petro; propterea, vti refert Paulus primo Corinthiorum*, innumere diſſenſiones, ac ſciſmata iam fuere orta: illud factum eſt, ut presbyterorum omniũ conuocato Concilio, ſummus paſtor Chriſti Vicarius Euariſtus Papa ſeptimus, ut refert Platina, diſtribuerit omnes Epiſcopatus, & titulos in diuerſis orbis terrarum partibus, vices ſuas eis delegãs, mandansq; vnumquemque finibus ſuis fore tacitum, atque contentum, ac tendere ad unicum beatitudinis finem, & unicum caput, ac principium, quod eſt tota Trinitas; cui domini vices repræſentanti, omnes excubant, & quicquid difficilè accidat ad ipſum referant, illiq; tantum dijudicent minora, leuis propterea ſit illi partitio in alios oneris namque, ut oſtendit Moyſes in quarto Pentateuchi*, hoc idem non indignè obſeruare fas eſt ſummis paſtoribus: is enim defaticatus, oĩum rerũ habens curam, cui oſtendimus datũ fuiſſe ſummũ pontificẽm. ſubſtitutum, in hunc modum eodẽ loci conqueritur, dicẽs, non poſſum ſolus ſuſtinere hunc populũ, quia grauis eſt mihi, cui dñs Deus ſic dedit reſponſa, congrega mihi ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti quod ſenes populo ſint, ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fęderis, facieſque ibi ſtare tecũ, vt deſcendã, & loquar tibi, & auferam de ſpũ tuo, tradamque eis, ut ſuſtentẽt tecũ onus populi, & non tu ſolus graueris. rurſusque eiuſdem dñi mandato, ut docet quintus Pentateuchi*: eademque ratione ſelegit ſtrenuos uiros, & quinquagennarios, & Decanos, ac maiores

* cap. 9

* cap. 1. Io. de Selua. trac be nefic. ij. part. q. 1. nu. 12.

* c. 11. & c. 17

* cap. 1 Exo. cap. 18.

res per tribus Iſrael, atque ſapientes, & quorum conuerſatio eſſet probata in tribus, in quibus eligendis hominibus eſſet ueritas, & qui odio haberent auaritiam. Quibus optimis autoritatibus, ac exemplis poſt ſummos paſtores, ſucceſsiuè Epiſcopi ſuorum limitum perpetui Rectores conſtituti, diſtinxere uarios ordines & gradus minores, quos, tanquam membra ſua, uoluere ſibi eſſe ſubditos, miniſtrareq́; nec non & perpetuam præſtare reuerentiam, quorum in ordine primus eſt Abbas. Abbas, ab abba græcè, quod eſt collegij, ſocietatiſvè moderator, cuius regulariter ordinaria iuriſdictio non eſt, niſi illi ex ſummi pontificis priuilegio competat, ut exemplum dari poteſt in Nouatulano Abbate, qui neminem ſuperiorem cognoſcit, præter Romanum pontificem, ad quem omnes compelluntur præſtare obedientiam, ac conuerti*. licet aũt ordinaria iuriſdictio Abbati minimè cõpetat, is tamen cæteris intra dioceſim conſtitutis prælatis habentibus iuriſdictionem præfertur, & adeò tanta eſt huius autoritas, ut etiã extra dioceſim ſui Epiſcopi præferatur cæteris mox infra deducendis prælatis, eo dumtaxat tempore cum extra eccleſiam illi incedunt, nam tunc, ut infra dicetur, locus eſt prærogatiuæ, & dignitatẽ præexcellenti.

Prior in ordine ſubſequitur extra eccleſiæ miniſteriũ, quorũ alter clauſtralis eſt, qui & ſuo mortuo Abbate adminiſtratoriũ gerit, qđ habet perpetuũ: alter uerò prior eſt, quem regularem clauſtrali inferiorem dicimus, propterea (loci atque conuentus ſalua ſemper conſuetudine) ad placitum Abbatis amoueri poteſt.*

Præpoſitus ſubſequit̃ in ordine capiẽdo ipſum uti ſpetiẽ quãdã; & iuxta materiã noſtrã, eo aũt ꝑpoſiti generali nomine uenit quicunq́; ex adminiſtratione & dignitate ſibi cõpetenti, cæteris ꝑfertur, ut tradit̃ exẽplũ in Ioſephũ filiũ Iacob, qui, ut narrat hiſtoria primi Pẽtateuchi*, domui Pharaonis Regis Aegyptiorũ ꝑpoſitus deſignatus fuit; ꝑpterea uſu receptũ eſt hodie ut is dijudicet ꝑpoſitus, qui certã in cæteros ſuprã aç prælaturam obtinuit.*

Plebanus

* gl. in clem. 1. uerbo, proprij. de rebus eccle. nõ alie. & c. ſignificaſti, ubi Abb. de foro cõpet.

* c. 1. §. ſ eos. de priuil. ſ 6. & c. 1. ne ſede uac Anch. in clem & ſi principalis. de reſcrip. Abb. in c. ſuper inordinata. de præb. & c. cũ ad monaſterium. de ſtatu monach.

* c. 41. & 1. paralipo. ca. 13.

* Abb. in cap. quamuis. de verbo. ſignif.

Plebanus inſequitur, quorum duplex eſt genus, nam alter Curialis, alter uerò Ruralis eſt, quo Plebani nomine uenit quicunque certam ſibi ſubiectam habet eccleſiam, in qua canonici adminiſtrent præbendas habentes, quã collegiatam eccleſiam dicimus. uel hunc Plebanum dicimus, qui plures capellas in prædicta ſibi commiſſa eccleſia ſubditas habeat, in quibus adſint clerici ibidem perpetuò miniſtrantes; quorum Plebanorum quæ ſit iuriſdictio non reperitur in iure expreſſum; propterea ſtatur conſuetudini*.

Prælatos generali ſermone habemus plures in eccleſia, quos uetus lex Decanos dixerat, aut quinquagennarios, aut centuriones modoq; Duces uel magiſtros; habuitq; ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſrael, ut nuper eſt dictum, per quos pro expeditione militiarum, ac cæterarum rerum ad ciuitatem & ſtatum pertinentiũ, generale concilium habitum eſt, ne ſummus Pontifex Moyſi hæres eſt collega nimis grauaretur; hincq; tripliciter ſumimus prælatos propriè, largè, & largiſsimè.

Propriè prælatorum nomine ueniunt quicunq; eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationem cum iuriſdictione habent, ut eſt Archidiaconus, qui excommunicandi, abſoluendi, nec non ius & poteſtarem habet, quæ contentioſa iuriſdictio dicitur, quod eſt optimum ſignũ; ac inditium, quo dignitas ad iuriſdictio dignoſcitur. ſecundũ eſt ſignum dignoſcendæ dignitatis, per aſsiſtentiam in choro publico, ſiue in capitulo, ubi pro expediendis negotijs ad eccleſiam ſpectantibus, canonicorum fit cõuocatio, etiamſi adminiſtrationem, aut iuriſdictionem non habeat. tertium eſt ſignum quando ex ipſa eccleſiæ conſuetudine, titulus adhærens illi perſonę, habeatur pro dignitate, & in hunc modum legimus diſtinxiſſe Ioannem de Selua tractatu ſuo beneficiorum.*

Largè prælatorum nomine accipimus eos, qui tàm in choro, quàm in ipſa eccleſia ubi exercent miniſterium, habent quandam prærogatiuam, quæ res indubitatè perſonatus potius cenſetur, quàm prælatura, ſicuti ſunt omnes

* Arch in ca. ut animarum. de cõſti. in 6. Abb in c. nobis de iure patro. ſpc. tit ne clerici, uel monachi, Ioã. And. in c ſtatutum. Ne clerici, uel mona. in 6 & idẽ Arch in c. ſanctorũ 70. diſ. & in c. plures 12. q. 1.

* Prima pars q. 2. nu. 48.

nes eccleſiarum cuſtodes, uel camerarij, aut ſacriſtæ, ſiue theſaurarij; quia, ut refert Sebaſtianus Vantius in tractatu ſuo, de nullitate proceſſus & ſententiarum*, propriè in officio cenſentur eſſe conſtituti.

* ti. de nullit. ex defec iuriſ. ordi. nu. 65 cū ſeq. Archi. in c. conſuetudinē de conſti. in 6.

Largiſsimè autem prælatorū nomine ueniunt hi quos, communis uſus rectores curatos appellat, animarū curam habentes; quorum officium, quā curam diximus, largè, & ſtrictè conſideratur. largè curati officium eſt poteſtas fori contentioſi, quæ in eos dumtaxat cadit, quos prælatos propriè diximus intra eccleſiæ limites, nec non & in ipſa materiali eccleſia loco & tempore miniſtrantes, & ad cuncta opera, ſui Epiſcopi membra excubantes, quorum in ordine, ac dignitate primum locum obtinet.

Archidiaconus, quaſi diaconorum princeps, qui propter eminentem dignitatem ſuam, & cum Epiſcopo connexitatem, dicitur oculus Epiſcopi; in uniuerſa enim cathedrali eccleſia, ac diœceſi, ubi publicè, aut priuatim, & ſolemniter canonicatus uniuerſo collecto collegio incedit, aut quouis modo & occaſione ſacra fiunt, cæteris præfertur prælatis Archidiaconus, etiam Abbati; qui nec non cunctis in ipſa cathedrali eccleſia dignitate decoratis, in ipſo miniſterio, iure optimo cedit. extra uerò eccleſiam, ut iam dictum eſt, præter Epiſcopum, nullus eſt ipſo maior Abbate; propterea igitur aduerſus Abbatem in eccleſia ipſa Abbatis nulla dignitate decoratum, eſt locus prærogatiuæ canonicis, qui procul dubio in eccleſia miniſtrātes, atque canonicatus dignitate muniti (uti corpus) repræſentant uniuerſam diœceſis eccleſiam; hincq; extra chorum & quoſlibet miniſterij actus, de ſe ſolus canonicus conſideratus minimè præfertur ſimplicem habēti dignitatem extra miniſterium, & intra diœceſim, quia canonici nullam dicuntur habere dignitatem, niſi collegialiter incedant, uti corpus conſiderati; in quem modū ſoluitur ſcribentiū ſententia, inferiores eccleſias debere reuerentiā Epiſcopo, non autē ſingulis canonicis*; ideo dum & quoties debetur reuerentia per diœceſis ceteros, accuratos ſacerdotes, & ſimiles dignitate carentes, illud

* Selua. d. tracta. nu. 51. Domi. de S. Gemi. in c. ſtatutum de reſcri. in 6.

ex iure ſcripto deciſum minimè fateamur, ſed potius iſta ratione, quia ſi non habent dignitatem, neque iuriſdi-ctionem ullam in actu, habent tamen eam in potentia, quia ſimul uniti, maximè ſede uacante poſt annum habent ius ordinandi ſub nomine capituli, aut concedendi literas dimiſſorias, ſiue reuerendas; necnon infra octo dies à morte Epiſcopi capitulum habet ius conſtituendi Vicarium, uel exiſtentem cõfirmare ex decreto ſacri cõcilij Tridentini de reformatione*, adduc autem in ipſa prælatione locus eſt priuilegio ac conſuetudini, quæ et apta eſt tribuere iuriſdictionem; quibus deficientibus, fit acceſſus ad ius commune, quod eſt priori denominatione ſemper intendit eoſdem præferri, ac maiores eſſe ex ſententia eiuſdem Ioannis de Selua*. inſuperq; tribus modis dignitas una altera maior dicitur, primo ratione dignitatis ex conſecratione, unde Epiſcopus præfertur cæteris primatibus, quia conſecratio maximam exigit ſolemnitatem, qua nempè maxima autoritas quoq; confertur. ſecũdo altera maior dicitur ex dignitate adminiſtrationis, propterea Archidiaconus præfertur Archipresbytero, Abbas uerò utique præfertur. tertio altera maior eſſe cenſetur ordine conſiderato, ut eſt ea dignitas, qua Diaconus præfertur ſubdiacono*. Archipresbyter igitur ex ſecunda in Decretalium libro denominatione ſubſequitur in ordine, quaſi presbyterorum princeps, cuius eſt baptiſmalem fontem benedicere; quorum genera duo ſunt; nam alter Ruralis; alter uerò Vrbanus nuncupatur, qui in eccleſia & choro cathedrali miniſtrare conſueuerit*.

* Seſsio. 24. cap. 16. & ſeſſio. 7. cap. 10

* j. pars. q. 2. nu. 51. ex gl. in c. bene qui dẽ. 96. diſt. & in c. quorundam. de elect. in 6. c. præſenti. de offi. ord.

* Arch. in c. perlectis. nu. 9. 25. diſt. Io. And. in c. officij. de off. leg. in 6

* c. perlectis. 25. diſt. & toto tit. de offi. Archipresby.

Primicerij gradus in ordine tertio denominatus, ſubſequitur, propterea prædictis dignitatibus cedit, de quo meminit Decretale ſub eodem titulo primicerij, qui ſic eo dictus eſt, quaſi primus in choro præcipiẽs clero quicquid unuſquiſque canere, & legere debeat.

Strictè autem curati officium eſt in foro conſcientiæ ligandi ſoluendiq; poteſtas, quæ in ſimplicem curatum ſacerdotem ab ordinaria iuriſdictione, ac ſupradictis digni-

dignitatibus ualdè remotum duntaxat cadit*. cuius mu nus eſt.

PRAEDICARE.
CONFESSIONES AVDIRE.
POENITENTIAS IMPONERE.
SACRAMENTA EXHIBERE.
MISSAM POPVLO CELEBRARE.
OBLATIONES RECIPERE.
BENEDICTIONEM NVBENTIBVS DARE.
SEPVLTVRAM, ET EIVS OFF. FACERE.

quamuis cuiq; ita euenire debeat, ut de humano genere quilibet mereatur, cum nō nobis, ſed cæteris nati ſimus; nihilominus animarum hæc cura, & uirtus ab altiſsimo ſolis eſt præſtita ſacerdotibus, nec indiſtinctè omnibus, ut erga omnes homines exerceant pietatem, continuoq; inuigilent rectas docentes ſemitas, atq; omni conatu diſcernent: quid ſit inter ſanctum & ſanctum, mundumq; & immundum; quorum propterea in hunc modū poteſtas deſcribitur; Cura eſt uigil & oneroſa, ac ſollicita cuſtodia animarum perpetuò commiſſa ut curet ne pereant, ſed ſaluentur, competens ex lege; uel canonica conſtitutione, uel conſuetudine; uel præſcriptione à iure non im probata.*

Cura, quaſi cor urens, propterea ars artium dicitur, quia requiritur exactior diligentia, quàm in cæteris rebus: ex ea enim, ut inquit propheta Zacharias*, dominus Deus finxit ſpiritum hominis, ut à cæteris animabus diſtari ſignificaretur; quæ dicitur ſubſtantia incorporea in tellectualis rationalis inuiſibilis, immortalis habēs ignotam originem, nihil terræ in ſe mixtum, à nemos dicta, quod dicit uentus, eo quòd ſit ſemper in motu proprio nullo tēpore quieſcens;* nec propterea ſentimus, de uegetatiua anima, qua uegetamur & augumentum ſumimus per incrementum latens, quæ communis eſt arboribus & plantis; minusq; de ſenſitiua, qua & per quinque corporis ſenſus, ut auditus, uiſus, guſtus, odoratus, & tactus* bruti cum hominibus participes fiunt,

* c.execrabilis.uerſi.quātum autem.extrauag. com. de præb.& ca. dudùm eccleſia. de elect.

* Arch.in ca. qui Epiſcopatum.8.q.1.& in c. cognouimus.18.q.2.

* c.12.de ætat. & æqual.c. cū ſit ars. Oldr. cōſ. 227.nu. 10.& 39.diſt. c.Petrus.& de pœn.& remiſ. c.cum infirmitas.

* Arch.in ca. Moyſes.num. 3.32.q.2.

* Ex gl. i cle. de ſumma trini.uerbo, intellectiuæ.

H 2 Perpe-

u Perpetuò commiſſa , quæ fateamur neceſſe eſt myſticè dicta, quia ad hoc ut animarum cura alicui competat, neceſſaria eſt perpetua conceſsio, & hoc ad differentiam fratrum ordinis mendicantium , quibus ex priuilegio tantum curæ exercitium competit, quos propterea curatos non dicimus , cum ad placitum poſsint huic muneri renuntiare ; neque è conuerſo quiſquam compellatur eos adire de conſcientia.*

Competens ex lege, uel canonica commiſsione, quod ſanè intellige de ciuilis, non aũt foranei Vicarij autoritate , quia nullo iure ſcripto reperitur foraneum Vicariũ ipſo iure, ſicuti ciuilem, poſſe admittere quemquam ad curæ exercitium, niſi ius ei competat ex expreſſo Epiſcopi conſenſu.*

Vel conſuetudine, quæ deſcribitur quoddam ius moribus utentium approbatum, quod pro lege accipitur cũ deficit lex, de qua meminit Paulus primo Corinthiorũ.* quæ quando eſt ineſſe deducta dicitur ius; antea uero eſt quid facti conſiderando hominum actus ex quibus ipſa inducitur conſuetudo. Ad cuius rei euidentiam in hunc modum diſtingui oportet; aut inducta eſt conſuetudo ſecundum legem, aut præter legẽ. primo caſu recipitur ipſa conſuetudo, quæ poteſt interpretari legem ſi fuerit dubia, eamdemq́; corroborare ſi fuerit certa ; quæ propterea non improbatur ut una eccleſia de alterius eccleſiæ gremio teneatur ſibi eligere prælatum*. altero uerò caſu , quo dicitur conſuetudo præter legem cum deficit lex, mos autem populi pro lege obſeruat, pariter cõſuetudo recipitũ ex noua & ueteri lege, de qua ſic fatur Exodus*, ſi ſeduxerit quis uirginem necdũ deſponſatã, dormieritq́; cũ ea, dotabit eam , & habebit eã uxorẽ; ſi pater virginis dare noluerit, reddet pecuniã iuxta modum dotis, quã uirgines accipere conſueuerunt. quod aũt ad inducendam eam conſuetudinem , quæ contra ius tertij fuerit , eo caſu neceſſaria ſunt quadraginta annorum curricula ; ut ſi Rector in futuri Rectoris præiudicium curam ſibi commiſſam , eccleſiaſticarumvè rerum cuſtodiam

* gl. in cle. dudũ, uerbo ſpecialiter. de ſepul. & c. extirpandę. de præbẽ. Oldr. cõſ. 67.
* c. nullus 16. q. 7. & not in c. ex frequentibus. de inſtitutio. Anch. in clem & ſi principalis. de reſcrip.
* cap. 7
* c. cum dilectus. de conſue. & c. ſi. eo. in 6.
* cap. 22. Iudic. cap. 14.

ſtodiam tueri, ac conſeruare neglexerit: idem quoque iuris eſt in conſuetudine optandi in Eccleſia, vbi annexæ fuerint præbendæ, aut ſi optandi conſuetudo contra ius tertij inducta fuerit. At ſi conſuetudo fuerit ſecundum, uel præter ius tertij, vel præter ius commune, tunc ad eam inducendam ſufficiunt annorum decem curricula*. Quando autem conſuetudo fuerit recepta aduerſus naturalem, ſiue diuinam legem, tunc indubitatè reprobatur, vnde conſuetudine minime induci poteſt, ut alimenta filio denegentur, vel ut præſtentur uſuræ*: niſi tamen in omnem caſum legitima cauſa illud permittat, quamuis enim ſæpius dixerit dominus, iuxta Deuteronomiū*, in ore duorum, uel trium ſtare omne uerbum, nihilominus quandoque plures requiruntur, & pauciores ſufficiunt. propterea idem dominus Deus, qui cuncta proſpicit, quia homicidij caſus magni ponderis eſt, ac rigoroſum examen requirit, ut nihil ferè grauius, ex ipſius caſus grauitate. ne ex unius dictis tantum quiſquam homicidij crimine damnaretur, intendens, nolle ita paſſim caſus includere, quo ex unico teſte damnarentur rei, ac conuincerentur, cauit expreſsè in quarto Pentateuchi*, dicens ad unius teſtimonium nullus condemnabitur; quod ſi ſic non eſſet intelligendum, profectò non fuiſſet expresſio neceſſaria cum viderimus paulo poſt dominū ipſum edidiſſe eam uulgarem, ac duplicatam regulam in ore duorum, uel trium ſtare omne uerbum*; qua de re in alijs caſibus nefas non eſt à lege & regulis ex cauſa recedere. indubitatè enim creditur ſimplici uerbo ſacerdotis hominem inductum eſſe ad pœnitētiam, ac ab omni criminis labe fuiſſe mundatum, ut apertisſimè infra demonſtrabitur, neque ulla fuerat excuſatione dignus Pharao nolens præſtare fidem Moyſi nuntio Dei: qua etiam ratione ac pertinacia populus Iſrael graues dedit pœnas, quia nec prophetis ſingularibus teſtibus credere uoluit: poſtremoq; è regno deiectus eſt, quòd Ieſu Chriſto teſti ſingulari fidem nec præſtitit; vnde minimè abſonum eſt, quòd his exemplis ſacri canones moniti decreuerint ex

cauſa

* Rota tit. de cõſue. deciſ. 6 in addi. i Nouis. & gl. in c. fi. uerbo legitime, de præſcrip.
* Iaſ in l. de quib', nu. 70. ff. de legibus, l. iura ſanguinis, ubi Dec. ff. de reg. iur.
* cap. 17
* cap. pen.
* Spec. tit. de teſte. §. reſtat, lib. primo.

cauſa unico teſti fidem eſſe præſtandam, tum ex ipſo iure ſcripto, cum etiam ex conſuetudine; cum idem Ieſus in receſſu ſuo noluerit omnes declarare, ac exprimere futuros caſus, iuxta Euangeliſtam Ioannem*, dicens: hæc locutus ſum vobis apud vos manens; paraclitus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. inſuperque ſic antea dixerat, multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos in omnem veritatem: ſic quoque, vt demonſtrat nobis tertius Eſdræ*; conceſſa fuerat à domino Deo populo Iſrael facultas dandi ſenſum legi. Sed ſi conſuetudo reperiatur inducta aduerſus poſitiuum ius, vt aduerſus pontificales conſtitutiones, ac decreta; adhuc ſubdiſtingui oportet in hunc modum, aut conſuetudo inducta eſt ex rationabile cauſa, & canones ei non reſiſtunt, quo caſu indubitatè recipitur, quaſi nullius peccati inductiua, hinc ſtatur conſuetudini, ut maior quantitas vini, quàm aquæ in ſacrificio miſſæ apponatur, quia uinum eſt delectabilius, & lætificat cor hominis, non enim vſus rerum, ſed libido inducit peccatum*. Sin autem inductæ conſuetudini reſiſtant canones, tunc quia corruptelæ nomen meretur indubitatè reprobatur, quicunque enim legi, aut principi reſiſtunt, ordinationi Dei cenſentur reſiſtere; quam uti ſaluti humani generis repugnantem in omnem caſum reijcere intendit Deus, iuxta tertium Pentateuchi*, dicens, iuxta conſuetudinem terræ Aegypti in qua habitaſtis, non facietis, & iuxta morem regionis Chanaam, ad quam introducturus ſum uos non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. quotieſcunque autem ſacri canones aſſidunt conſuetudini, quamuis per conſequens, & ex indirecto induci poſſit veniale peccatum, nihilominus recipitur, ac tolleratur ipſa conſuetudo; propterea, ut exemplum traditur per ſacros canones*, quidam die Dominico carnis priuij ex inueterata loci conſuetudine, quodammodo ingurgitantes ſe, ac plus ſolito comedentes, excuſantur à quauis eccleſiaſtica cen-

* cap. 14
* cap. fin.
* c. pernicioſus. de celeb. miſ. Rota tit. de cõſue. deciſ. xj. i antiq. Specu. titu. de diſpenſ. § Iuxta. num. 34. Citad. de iure pat. tertia parte, c. quinta. nu. 21.
* c. 18. Ezec. c. 16. & c. qui reſiſtit. xj. q. 3
* c. ſi. iij. diſt. & xxxj. q. j. c. hac rõne, & c. q̃ cõtra mores. viij. diſt. Arch. in c. leges promulgãtur. iiij. diſt.

cenſura, quia huic rei proſpici nequit abſq; populi graui ſcandalo; qua de re de duobus malis eligitur minus malum ab ipſa Eccleſia, quæ mauult pati iſtud ueniale peccatum, vt euitaret mortale propter futurum indubitatè ſcandalum, quamuis etiam ex ea ſola ingurgitatione propter accidentia poſſont mortalia crimina euenire. quibus modis, ac diſtinctionibus declaratur uulgaris regula, quà dicitur mala conſuetudo non conſuetudo, ſed corruptela nuncupatur.

Vel præſcriptione, quod eſt verbale nomen à præſcribo deriuatum, idem quod præfigo, ſtatuo, ac præfinio, uel limito ad omnes tollendas alterationes ne dominia rerum permaneant in ſuſpenſo; de qua in hæc verba meminit Leuiticus*, qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus, ſi non redemerit & anni circulus fuerit euolutus, emptor poſsidebit eam, & poſteri eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in jubileo; ſi autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure uendetur, ſi ante redempta non fuerit in iubileo reuertetur ad dominum; ædes Leuitarum quæ in vrbibus ſunt ſemper, poſſunt redimi. Eſt igitur præſcriptio quoddam ius ex tempore congruens, autoritate legum uim capiens, pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponens. ad quarum optimam intelligentiam ita diſtingue. Aut ſumus in caſu recentis præſcriptionis, hoc eſt, & quam dicimus intra quadraginta annorum curricula, quo caſu nihil præiudicatur Eccleſiæ, quæ per illud ſpatium temporis à dominio ſuo erit tuta, quoties tamen inſtrumentorum ſolemnitas, atque infimul ſummi pontificis non interuenerit conſenſus: nam præter rei, & proprietatis reſtitutionem, omnium fructuum etiam omnimoda reſtitutio non retardabitur*. Aut ſumus in caſu perfectæ præſcriptionis annorum quadraginta, tunc quilibet poſſeſſor aduerſus Eccleſiam ex iure ſcripto manutenendus eſt in poſſeſſione ſua duplici reme-

* cap 25.

* Alex. conſi. 19. volu. 3. & conſi. 5. volu. 5. Balb. tracta. præſc. prima pars quintæ partis. §. viceſimo quarto. Dec. i aut. qui rem. C. de ſacroſan. ecc. Rebuf. tracta. de reb. eccle. nó alie. nu. 1a

remedio : quorum illud primum eſt ſi fuerit lapſum ta- tum temporis,cuius initij non extet in contrarium memoria:quia lapſus tanti temporis loco iuſtiſsimi tituli habetur, & per conſequẽs bona fides præſumitur*. illud tamen excipe niſi ius præſcriptioni reſiſtat : namque ſubiectionis ius , necnon & cathedraticum aduerſus loci Epiſcopum adquiri non poteſt à ſubditis, ut non debeatur;inſuperq́; nec charitatiuum ſubſidium, quod eſt Epiſcopale ius*. Secundum illud remedium eſt poſſeſſori aduerſus eccleſiam , Inſtrumentorum exhibitio , quibus annorum quadraginta elapſa curricula manifeſtè appareant,quo caſu ita oportuit diſtinguẽdum , aut in rerum natura eſt Rector is , qui rem & eccleſiaſtica iura alienationi ſubiecit;necnon is in quem facta eſt alienatio . aut uterque uita functus eſt, nouiq́; deinde ſuperuenere Rectores. primo caſu ſi illorum uterque uiuit , dicendum eſt præſcriptioni non eſſe locum*. Sin verò eorundem uterque uita functus eſt , tunc dicendum eſt hæc annorũ quadraginta curricula ſumere initium à die duntaxat , cum per rei alienatæ modernum Rectorem adepta eſt poſſesſio ; cui ſententiæ in hunc modum diſtinguendo adijciendum illud oportet , aut ſucceſſor adhibuit eam quam potuit diligentiam , ut eccleſiaſtica iura in priſtinum ſtatum reſtituat,quo longisſimo etiam lapſo tempore poteſt recuperare bona prædicta intra quadriennium à die ſcientiæ,quo lapſo tempore imponetur perpetuum ſilentium: quotieſcunque autem nullo tempore ulla appareat ſuſpitio, omne ius eccleſiæ deficiens purgabitur per iuramentum in litem iudicâtis arbitrio, quod prorſus reijcitur ſi aliqua appareat aduerſus Rectorem ſuſpicio*. hinc ſi ſtatutum,uel conſuetudinem in ciuitate nuper editas,& receptas iuramento ignoraſſe aſſerat quis , ab ipſo repellitur iuramento;ſicuti repelleretur quicunque recepiſſet penſionem ab eo , qui per biennij lapſum in commiſſum ceciderat, quia debitos canones recipiẽs abſque proteſtatione (tanquam facti proprij conſcius) omnium præteritorum annorum caducitatem remitte-

* Signo.cóſi. 72. Balb. in d.tract. ſecunda pars tertiæ partis principalis §. ſexto quæro.nu 24

* ex Bald. prima pars quintæ partis principalis.§.decimoſexto . & gl. in c cũ nõ liceat. de præſcrip.

* Balb.d.trac. j pars quintæ partis principalis . § veniens itaque. nu.3. Rebuf. d.loco.nu 37

* Marſyl. in rub. C.de proba Iaſ in l 1. nu.130 C de iure emphyt Rebuf.d.trac. num. 104. & nu. 12 & tracta.de deci.q. xiij. nu. 117. eodẽ volum. Balb d.tractã. iiij.par.quartæ partis principalis. § vigeſimonono, Guido pp. q. 594. Socy.cõſi.29.

re

re cenſetur; & idem iuris eſt, ſi poſt caducitatis lapſum renouationis inſtrumentum confecerit: attamen in omnem caſum prædictæ per iuramentum purgatæ præſumptionis, etiam contrarium præſumi, aut probari poteſt aduerſus directum dominium; quia, cum iſtud iuramentum iuris præſumptione nitatur, ſuccedit uulgaris regula, unam præſumptionem aliam elidere, & fortem tollere debilem*. vnde, ſtante ſemper legitimæ conceſſionis inſtrumento, in quo ſummi paſtoris nunciatus fuerit conſenſus, ſi de re eccleſiaſtica tractetur, uel ſtante præcedentium inſtrumentorum relatione in hæc uerba, ſequendo formam antiquarum locationum, quæ in hunc modum conſueuit concipi; inſuperque ſtante uniformi continuata annorum quadraginta ſolutione, tunc conductor, poſſeſſor vtutus erit, etiam ſi præcedentia inſtrumenta ultra annorum quadraginta ſpacium condita, minime exhibere potuerit, ad quæ exhibenda nullo iure tenetur*. Nimirum autem eſt, ſi aduerſus quæuis eccleſiaſtica bona præſcribatur eo annorum quadraginta ſpacio: ſucceſſiueque ſi poſt tot & uarias lites excitatas, ſummus pontifex Gregorius decimustertius per publicum edictum mandauit perpetuum imponi ſilentium, in quibuſcunque locationibus emphyteoticis, eo annorum quadraginta elapſo tempore; cum eo ſolo tempore bonorum publicatio, defunctorumque hæreticæ prauitatis cauſa, memoriæ damnatio, penitus abſorbatur*. at, ſi produceretur inſtrumentum iam annis centum & ultra, in quo aperte defectus conſenſus ſummi pontificis nunciaretur, ſicuti ex conſenſu partium, quæ ſpectant interim obtinere beneplacitum, in hæc verba concipi ſolet per tabelliones, ſaluo beneplacito ſedis Apoſtolicæ, nec aliter, nec alio modo, partes deuenerunt ad infraſcriptam, & reliqua, tolli videtur communis recepta ſententia, qua cauetur non obſtante temporis prædicti præſcriptione, contra huiuſmodi poſſeſſorem aduerſus Eccleſiam agi poſſe in fauorem prædictæ Eccleſiæ, quia etiam ſi longinqui-

* Iaſ in § ſed iſte nu 88 cũ ſeq. in Inſtit. de action: & Balb. d. tracta. § : vigeſimo-nono, nu. 9.

* Bero. conſ. 114. volu 1. Abb in c. cũ nobis nu 9. de pſcr. Alex. cõſi 79 nu. 4 volu 1. Rota deciſ. 1. de reſtit ſpo. in no uiſ. Iaſ in l. ius emphyteoticarium. nu. 64. C de iure em phyt.

* Carter. tracta. de hæret. num 147. per tex. i c. 2. vbi gl. de præſcr. in vj. & in c. accuſatus. §. i eo uerò, uerbo, poſt mortem, de hæret. in vj.

tas tanti temporis veritatis quandam præſumptionem inducat; nihilominus ſi ex inſtrumentorum apparentia nunciato defectu ſolemnitatis per ea verba ſaluo beneplacito ſedis Apoſtolicæ, non appareat deinceps ſummum pontificem præſtaſſe conuenientem conſenſum, tunc ſuccedit uulgaris regula, quæ cautum legitur, præſcriptionem ueritati cedere*, propterea cum indignè, ac improbata fide occupata fuiſſet terra promiſſionis per barbaricas gentes, ac omnino idolatras, quam dominus Deus pollicitus fuerat Abrahæ, ac ſemini eius, idem dominus mandauit Ioſue eo tempore Rectori ac Duci ut, nulla longiſſimi temporis obſtante præſcriptione, ab ea expelleret quoſcunque detentores; ac, ut legitur per totum librum Ioſue, interficeret quamcunque animam uiuentem; qua pariter ratione, non obſtante longiſſima præſcriptione annorum quadringentorum triginta, quæ ex ciuilium legum traditione in rebus mobilibus, annorum trium ſpatio terminatur, mandauit populo ut in exitu de Aegypto ſecum ferret cuncta vaſa aurea, & argentea, quæ ex ipſa promiſſionis terra, non obſtante ſpontanea ſeruitute, ac ſubiectione, detuliſſe conſtiterat; vel in locum earum, quæ antea detulerat.

* Affl. decis. 107. Alex. cõ. 6. 2 9. nu. 14. volu. 6. Curt. Iun. conſ. 130 ij. parte. Crauet. conſ. 232

PRAEDICARE. Nam in ueteri lege ubiq; locorum legimus dominum Deum nihil aliud exoptaſſe, quàm per primates ſuos, quos ad id, & pro noſtri æterna redemptione miſerat, imponere ædificationem; proptereaq; ſelegiſſe ſibi Moyſen, per quem populus reſtitueretur in deſertū, ſucceſſiueque Ioſue per quem in ſæpius promiſſionis pollicitam terram adduceretur: necnon & prophetas non defuiſſe apertum eſt, per quos recta prædicaretur uia, ac aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti, qui poſtremò, iuxta Euangeliſtam Mattheum*, ſic dixerat Apoſtolis ſuis, ite & prædicate euangelium omni creaturæ. quibus exemplis ſacri canones moniti decreuere id muneris fore proprium, ac peculiare præcipuè ſacerdotibus ad animarum curam conſtitutis: quam rem vates in pſalterio* eſſe

* ... 10. & pſ. ...

* 147. & j. Timoth. c. 2.

effectus varios, dulces ac ſuaues ſentiens afferre, ſic fatur, miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. cui & adijce verba domini in Moyſen iuxta quintum Pentateuchi*, ſic, Congrega ad me populum, ut audiant ſermones meos, & diſcant timere me omni tempore, quo viuunt in terra, doceantq; filios ſuos diuinoq; ſpiritu afflatus Ezech.* in hæc verba acclamat ad populum, hæc dicit dominus, væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur, lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmũ non conſolidaſtis, & quod ęgrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod obiectũ eſt nõ reduxiſtis, & qd' perierat non quæſiſtis, ſed cũ auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationẽ omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt. qui & adhuc dixerat*, fili hoĩs quodcunque inueneris comede, comede volumen iſtud, & uadẽs loquere ad filios Iſrael, & aperui os meum, & cibauit me uolumine illo, & dixit ad me: fili hoĩs venter tuus comedet, & uiſcera tua cõplebũtur uolumine iſto, quod ego do tibi, & comedi illud, & factũ eſt in ore meo ſicut mel dulce. cui & adijce Ierem*. adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret. hinc, eloquentiæ princeps Cicero in tertio de Diuin. ſentiens iſtud fore debitũ cuilibet humanæ creaturæ, ſic ait nullũ munus reipublicæ afferre maius, meliuſvè poſſumus, q̃ ſi doceamus, atq; erudiamus iuuentutẽ ijs præſertim moribus, atque tẽpibus, quibus ita prolapſa eſt, ut oĩum opibus reſtenãda, atque coercenda ſit. & in hos qui hoc tanto abutuntur munere graues in hunc modũ recẽſet pęnas idẽ Ezec.* quod ſi ſpeculator viderit gladium uenientem, & non inſonuerit bucina, & populus ſe nõ cuſtodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis aĩam, ille quidẽ in iniquitate ſua caput eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram, & tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, au-

* cap. 4. & c. 1 verſi. verum. extraua. com. de priuileg.

* c. 34. cũ ſeq.

* c. 3. & Iſa. c. 30. & c. 34.

* c. 4. ĩ lamẽt.

* cap. 33.

diens ergo ex ore meo ſermonem annũciabis eis ex me, ſi me dicente ad impium, impiè morte morieris, non fueris locutus, ut ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.

CONFESSIONES AVDIRE. Duæ ſunt viæ, duplicesque curſus animorum è corpore exeuntium; nam qui ſe vitijs humanis contaminârunt, & ſe totos libidini tradiderunt, ijs demum quoddam iter eſt ſecluſum à concilio Dei. & qui ſe ex aduerſo integros, caſtosque ſeruarunt, quibuſque fuit minima cum corporibus contagio, ſuntque in corporibus humanis vitam imitati Dei, ijs ad illos à quibus ſunt profecti facilè patet aditus. cumque humana caro adeo prona ſit ad malum, ut non peccare ſolius Dei ſit & contra naturam: vnde ſic loquitur Eccleſiaſtes*; non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet; neceſſe fuit conuenientem à naturæ inſito vulneri adhibere medelam, qua conuerſi ad dominum immaculati ac mundi ſtatim efficimur. quia verò aduerſarius noſter diabolus domini noſtri Ieſu Chriſti paſsionis memoriam, quod eſt ſignum Crucis, propter ſuam fractam potentiam, & manum per fallaciam & dolum ad interitum compellentem, attrahentemque ad limbum abſciſam adhuc valde abhorret; non alienum fuit præmittere, ac verba facere de hoc Crucis ſigno, quod ad omnem obtinendam à domino gratiam eſt præparatorium; quo nempè oſtendimus diuinæ ſuæ bonitatis diuitias in ligno Chriſtum voluiſſe illuſtrare*. quam ex lege veteri deductam oſtendunt ſcripturæ; nam cum Deus mandaſſet Angelo, ut occideret primogenitos Aegypti, anteaque ut vtrunque poſtem filiorum Iſrael, in Aegypto captiuorum, in modum literæ Thaũ, quod eſt in modum Crucis, ſanguine Agni liniret; quo ſignificaretur filios Iſrael ab ea primogenitorum Iſrael nece fuiſſe exemptos, ut meminit ſecundus Pentateuchi*, dicens:

* c 7. & 2. Paralipo. c 6 & xx q iiij c p. cliuys. & xj. q j. c omnis etas.

* ex glo in c. poſtea, el primo, diſt. iiij. de conſec. & i c ſi enim, verbo ad iſterna. diſt. ij. de pœnit. Ghirl. tracta. de ſortileg. q. v nu. 4.

* c. 12. & gl. i c. eccleſiaſticarum. xj diſt.

cens: ite tollentes animal per familias ueſtras, & immolate phaſe, faſsiculumque hyſopi tingite in ſanguine, qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & utrunque poſtem, nullus ueſtrum ingrediatur oſtium domus ſuę uſque mane, tranſibit enim dominus percutiens Aegyptios, cumque uiderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte tranſcendet hoſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos ueſtras & lædere. & ſequi. Ezechielis*; & dixit dominus ad eum: tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna Thaù ſuper frontes virorum gementium, & dolentium; & ſubſequitur, omnem autem ſuper quem uideritis Thaù ne occidatis. ſicuti enim dominus Deus eo Agni ſanguine immunem reddidit cunctum populum Iſrael; ſic Ieſus Chriſtus ex puritate ſua dictus Agnus, per proprium ſanguinem ultro ſparſum ab æterna morte exemit nos, quem ex hoc memoriale Crucis ſigno inuocamus, ut ab omni aduerſitate tueatur, ac ſemper protegat in hunc modum, & uerba dicentes, In nomine Patris, in uertice frontis manu dextera, quia (ut aiunt Theologi) pater eſt principium Trinitatis. Et Filij, eodemque momento ad vmbilicum deſcendentes; quia, ut uaticinatus eſt Propheta Iſaias*; filius æternaliter procedens à patre, temporaliter deſcendit in uentrem uirginis. Et Spiritus ſancti, ad ſiniſtrum, demum ad dexterum latus eodem actu & momento deſcendentes, atque eleuata manu ſubdentes, ac dicentes, Amen; quia Spiritus ſanctus procedit ut amor, ac ab utroque procedens patris & filij, nexus eſt; uel ideò hunc ordinem obſeruari fateamur, quia à ſiniſtra, ideſt à tribulatione huius mundi, ad perpetuam quietem, immediatè peruenire ſperamus. Amen, eo in omni actione noſtra poſt preces expanſas ad dominum dici conſuetum eſt, quia oratione perfecta, & ſacris factis, intendimus ſemper ut effectus affectui correſpondeat, ut nobis oſtendit dominus in quinto Pentateuchi*, dicens: maledictus qui accepit,

* cap. 9

* cap. 7

* cap. 27

accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis, & dicet omnis populus Amen; maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit, & dicet omnis populus Amen. Peccatum igitur, cuius occaſione indicta eſt confeſsio; eſt uoluntas retinendi, uel conſequendi id quod prohibemur iuſtitia, hinc pellicator a pellitie, id eſt meretricie, quaſi pellicator flagitiorum nomen antiquitus, quod in omnium iniquorum appellationem, tranſiuit*. eo uoluntas deſcribitur peccatum, quia niſi ſpõte fiat, peccati nomen propriè non meretur. id quod prohibemur iuſtitia; cuius deſcriptionis ratio fuit, quia quicquid diuina aut humana lege facere prohibemur, ſi ſecus fiat, tunc contra iuſtitiam fieri creditur, & hoc ordine ad perfectum ducitur, Suggeſtione. Delectatione, & conſumato conſenſu fit perfectio peccati. Suggeſtione enim fit ſemen au tore ſerpente, qui quoquo tendat iter, ſerit mala uenena ſua ad peccatum præparatoria. Delectatione autem ſucceſsiuè ad illud fit nutrimentum, quod ueniale tantum eſt ex ipſa ſola delectatione à deliberato conſenſu remota; qua propoſita delectatione, ſi per nos illi fiat reſiſtentia, tunc nedum non peccamus; imo, propter afflictionem propterea nobis oblatam in abominationem ſerpentis, adquiſimus præmia*. propterea in hunc modum Sapiens monuit filium ſuum in prouerbijs*, fili mi ſi te lactauerint peccatores ne acqeſcas eis, & ſubdit Paulo inferius, ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum uia. & ſubdit Apoſtolus Iacobus*, nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat, unuſquiſque uerò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus, deinde concupiſcentia cum conceperit peccatum parit, peccatum uerò cum conſumatũ fuerit generat mortem; hinc dixerat Cicero pro Milone, nõ exitus rerum ſolum, ſed & hominum conſilia legibus uindicantur, minus quidem dolendum eſt re non perfecta, ſed puniendum nihilominus.

* Arch. in c. docet. nu. 3. de immu. eccle. in 6.

* Abb. in c. ri. de hæret.

* c. 1 & c. 4. & 6. diſt. c. ſed penſandũ eſt.

* cap. 1.

At

9 At quia mortalia facinora quibus infringitur diuina amicitia, à peccato ueniali difficilè ſeliguntur; ad eorum maiorem declarationem traditum eſt duplicem eſſe ignorantiam, alia Vincibilis, alia verò Inuincibilis ignorantia eſt.

Vincibilis conſideratur, & prouenit tribus modis. aut ex ſimplicitate, aut ex culpa, aut ex negligentia.

Ex ſimplicitate Vincibilis ignorãtia alia eſt bona, alia mala. ſimplicitatem bonam eam dicimus, quæ fuerat inſita in Iob, qui fuit uir rectus, ac timens Deum, atq; recedens à malo, & ut eiuſdem refert hiſtoria*, ſimplex, vnde cupientem ſibi eligere rectas ſemitas & uitam contẽplatiuam, quæ tutior eſt, quàm actiua, quæ tamen eſt magis utilis, in hæc uerba docet modum canonica ſcriptura*, ſi cupis eſſe, quod diceris monachus, id eſt ſolus, quid facis in urbibus? quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum, habeo ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidijs. ſimplicitas uerò mala ea dicitur, quam propriè ſtultitiam, aut negligentiam dicimus, quæ in eum hominem cadit, qui artis, quam profitetur, ultroque illi ſe obtulit, ignarus reperitur, propterea nulla excuſatione aut uenia dignus diiudicatur; quem ita præmonuerat Eccleſiaſticus*, dicens Noli quærere fieri iudex niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates.

Ex culpa Ignorantia ea eſt, qua quis immiſcet ſe rei ad ſe non pertinenti; qua de re ſi occideris hominem, quem minimè occidere decreueras, homo autem diligens præcauere potuer t, eris in culpa. Adhuc eris in culpa ſi quemquam alium percuſſeris, cum uoluiſſes percutere percutientem te, potuiſſes autem ex facto ipſo præſcire illud potuiſſe contingere. ubi uerò de hoc uероſimiliter dubitari non poſſet, proculdubio eris abſque culpa; unde Loth inebriatus à filiabus ſuis, in eo tantum pœnas dedit quatenus ebrietatis crimen patitur, quod culpa ſua factum non dubitamus; inceſtus

* cap. 1. & Geneſ. cap. 25.

* ca. ſi cupis 16. q. 1.

* cap. 7. gl. in c. ſi in laicis. 38. diſt. & in ca. illiteratos. 36. diſt. & ca. niſi pridẽ. de renuntr. Abb. in Rub. de ſũ ma trinit.

ſtus autem pœnas minimè paſſus eſt, quia ueroſimiliter dubitari non contingerat de inceſtu*; natura enim minimè patitur ut aliquis neſciens coeeat. nihilominus ſi ad peccantis aures & notitiam deinde illud peruenerit, profectò (quamuis leuiori pœnitentia) pœnitus expurgandum erit; exemplo ſymoniaci, manu, ex parte dantis, ut in ea ſymoniæ materia referemus, ſatis habentes locũ indicaſſe; in quam rem apertiſsimè ſic fatur tertius Pentateuchi, quem dicimus Leuiticum*, anima ſi peccauerit per ignorantiam, feceritq; unum ex his quæ lege domini prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatẽ ſuam offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti iuxta menſuram, extimationemq; peccati, qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in dominũ; quaſi ex imperfectione actus, quæ ſemper à mortali excuſat; uel leuis offenſio in proximum.

* 15.q.1.c.inebriauerunt & c cum qui. & c.quantũ. 50. diſt. ex Gen. cap.19.

* c.4. cũ ſeq.

Ex negligentia ignorantia ea dijudicatur non curare, deſpicereuè, aut ſponte & dolo ſaltem præſumpto ea facere, quæ lege domini prohibemur facere, quo pacto exponitur vulgaris ſententia Pauli primo Corinthiorum*, ignorans ignorabitur; cuius rei fuit ratio, quia quæ in facto proprio conſiſtentia publicè nota ſunt, præſciri debent ab omnibus*. in quem modum declaratur quartus Pentateuchi*, in hæc uerba dicens, anima uerò quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, quoniam aduerſus dominũ rebellis fuit, peribit de populo ſuo, uerbum enim domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum. & ſubdit pſaltes*, etiam in corde iniquitates operamini in terra, iniuſtitias manus ueſtræ appendunt; alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab utero, loquentes falſa; quia furor illis ſecũdum ſimilitudinem ſerpentis ſicut aſpidis ſurdę & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet uocem incantantiũ, & uenefici incantantis ſapienter, Deus cõteret dentes eorum & reliqua. propter hoc ſubdit Euangeliſta Matthæus*, & ait ſcribis & phariſæis uerũtamen dico uobis

* cap.13.

* c.cum olim. de uerb. ſign. & c.ignorantia. de reg iu. in 6.

* cap.15.

* 58.

* c.10. & 11. q.3 c. excellẽtiſsimus cum ſeq. & c.fi. ubi glo.

Tyro,

Tyro,& Sidoni remiſsius erit in die iudicij,quàm uobis, & ſentiens Oldradus*, ſectam iſtam Turcis ac cæteris barbaricis nationibus eſſe priorẽ iſta ratione, quia præſenti domino rebellis fuerat,hinc,ſacraměta,& cætera ea,quę ad fidei noſtræ religionem ſunt neceſſaria, ignorantes, ſub hoc crimine conuincuntur, nec ulla ſunt excuſatione digni,cum palam cunctis uidentibus, & ubiq; locorũ quotidiè prædicentur, & hoc eſt quod cecinit uates in pſalterio*,dicens in omnem terram exiuit ſonus eorũ,& in fines orbis terræ uerba eorum,nihilominus, ad hoc ut deueniatur ad declarationem ac cognitionem illarũ rerum,quæ facto primi parentis poſteris adepta ſunt, quoties ſapientum ac peritorũ perquiſita copia haberi non poſsit,tunc proculdubio excuſationi erit locus, ut exemplũ traditur in ruſticis,& huiuſmodi genus perſonis ignaris; quam nempè Inuincibilẽ Ignorantiã dicimus, quia q facit quod poteſt, atq; omne quod naturalis adũbrata ratio docet,ſatis legem adimplet. qua de re ſi fuiſti expoſitus & neſcius cum matre rem habuiſti, excuſaris à crimine inceſtus; aut ſi demens,aut nulla tua culpa ebrius, furioſuſvè fueris, huius criminis minimè reus eris*. eodẽque iure homicida excuſabitur ſi(ut puta)duobus fratribus ſuccidentibus arborem, cuius appropinquante caſu ra alter alteri dixerit,caue,& ille fugiens ceciderit in arboris ꝑſſuram, & mortuus ſit*. quam in hunc modum ſtatuit legem dñs Deus iuxta quintum Pentateuchi*; qui ꝑcuſſerit,proximũ ſuum neſciẽs,& qui heri,& nudius tertius nullum contra eum odium habuiſſe cõprobatur,ſed abijſſe cũ eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manu, ferrumque lapſum de mãbrio amicũ eius ꝑcuſſerit & occiderit, hic ad unã ſupradictarũ urbium confugit,& reliqua. & ex ſupra deductis quod ad reatus pœnam & domini offenſiones in hunc modum declaratur Pauli ſententia primo ad Thimothæum*, dicẽtis finis præcepti eſt charitas de corde puro,& conſcientia bona, & fide non ficta.Sed quod ad pœnæ impoſitionem in omni ex culpa crimine, hæd

* conſi. 51.

* 18.

* cap. aliquos ſcimus. & ca. ſi quis inſaniens. & cap. ſanè diximus. ubi Arch. 15. q. 1.

* 50. diſt. c ſi duo fratres.

* c. 19. & leuit.

* c. 1. gl. in c. qui ea. & c. ſi. diſt. 37. & ca. cum olim de uerb. ſig. Ancha. in cle. cũ eccleſiæ. de ꝑtate & æqual.

conſtituitur differentia inter diuinum & canonicum, ſiue poſitiuum ius; nam iure diuinoq; efficimur culpabiles atque ex quauis leuiſsima culpa obligamur ipſi Deo. at ex canonico, ſiue poſitiuo iure, nullus peccaſſe diiudicatur, nullus excommunicationis reatum patitur, niſi ea perſona fuerit ad quam ſpectauerit ea ſcire, quæ in eum caſum, ignorauerit; hinc, quærenti utrum is diiudicetur uerè confeſſus, qui adierit ſacerdotem non habentem poteſtatem ſimilem audiendi caſum, ſic rectè reſponſum eſt diſtinguendo, aut pœnitens habebat iuris peritiam, quo caſu non dubitatur hunc nulla eſſe excuſatione dignum, qui debuit peritos medicos conſulere & ſimilem facultatem habentes: aut non habebat iuris peritiam, & tunc aperti iuris eſt hunc excuſari, neque deinceps, niſi ex conſilio teneri, quemquam alium adire ſacerdotem*; quatum rerum fuit differentia, quia canones effugiunt ſemper occaſionem fidelium animas illaqueandi; continuoque exiſtentes proni ad abſoluendum magis, quàm ad condemnandum*.

* Anch. in cle. dudum. §. ſtatuimus. num. 25. de ſepult.
* Anch. in d. cle Arch. in c. cum medicinalis. de ſent. excom. in 6.

Quia uerò tàm ex noua, quàm ex ueteri lege domini cautum legitur in hoc particulari auricularis confeſsionis negotio, præter præcedentem confeſsionem, quæ antea domino Deo facienda eſt, adhuc neceſſarium eſſe particularem iudicem, cum nullus cenſeatur idoneus iudex in cauſa propria*, hinc uulgi ſermone dici conſueuit, in cauſa propria aduocatum quære; & inſuper, propter multorum rudem conſcientiam, ipſa natura doceat hominem neceſſario ab altero eſſe diiudicandum; qua ratione in hæc uerba ſubdit Euangeliſta Matthæus*, quid autem uides feſtucam in oculo patris tui, & trabem in oculo tuo non uides? poſtremoque ita loquitur Paulus ad Romanos*, beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat. iterumque ſubdit in primo ad Corinthios*, nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum; innuens non ſolum abſtinendum eſſe à iudicando alios in materia diſceptabili, ſed etiam abſtinendum eſſe à iudicando ſeipſos

* l. ſi de re ſua. ff. de recep. arbit.
* cap. 7.
* cap. 14.
* cap. 4.

ſos

ſos in materiã certa & laudabili. propterea dominus Ieſus Chriſtus, quæ maxima eius de nobis cura fuit, uoluit ante receſſum ſuum Apoſtolis tradere & confirmare id neceſſarium confeſsionis munus, ſecundum Euangeliſtam Ioannem*, dicens quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. ad quam neceſſariam comprobandam confeſſionem in hunc modum dixerat Iſaias*, ego ſum ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor; reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul, narra ſi quid habes, ut iuſti ficeris, quaſi dicat, per te diligenter ſuperioribus tuis exponatur. cui adiice illud quod expreſsius dixerat dominus in Leuitico*, leproſus homo adducetur ad Aaron ſacerdotem, uel ad unum quamlibet filiorum eius. quos, iuxta Ezechielem*, cunctæ domus Iſrael ſpeculatores cõſtituerat, innuens omnium peccatorum cognitionem ad ipſos ſolos indubitatè ſpectare. vt antea idem dominus iuxta ſecundum Pentateuchi*, iuſſerat ſic dicens, Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filijs Iſrael: & ſubdit in ſequenti libro, quem dicimus Leuiticum*, & rogante pro eis ſacerdote propitius erit eis dominus, & ſi peccauerit princeps, & fecerit unum è pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, & poſtea intellexerit peccatum ſuum offeret hoſtiam coram domino hircum de capris immaculatum, ponetque manum ſuam ſuper caput eius, cumque immolauerit eum in loco ubi ſolet mactari holocauſtum coram domino, quia pro peccato eſt tinget ſacerdos digitũ in ſanguine hoſtiæ pro peccato & reliqua. quam eamdem autoritatem, ad Moyſen locutus cõprobat iuxta quartum Pentateuchi*, dicẽs loquere ad filios Iſrael, uir ſiuè mulier cũ fecerint ex oĩbus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligẽtiã tranſgreſsi fuerint mandatum domini, atque deliquerint confitebuntur peccatũ ſuũ, & reddẽt ipſum caput, quintãq; partem deſuper ei in quem peccauerint, ſin autem non fuerit

* ca. 20. & de pœn. diſt. 2. c. quẽ pœnitet.

* cap. 43.

* cap. 13.

* cap. 33.

* cap. 28.

* cap. 4.

* cap. 5.

rit qui recipiat, dabũt domino & erit ſacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, ut ſit placabilis ho-
* cap 22. ſtia. dixerat lex Exodus*, ſi quis furatus fuerit boue aut ouem occiderit uel uendiderit, quinq; boues pro uno boue reſtituet, & quatuor oues pro una oue; qui à proximo ſuo quicquam horum mutuo poſtulauerit & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præſente, reddere compellitur; quod ſi in præſentiarum dominus fuerit non reſtituet, maximè ſi conductum uenerat pro mercede operis. unde, ex modo ablatæ rei reſtituendæ, quæ fieri nec potuit niſi per manum ſacerdotis cognita cauſa, ac ex modo impoſitæ pœnæ rei ablatæ reſtituendæ; quando enim boues reperiantur ablati, quinq; pro uno, & quatuor oues pro una oue reſtituũtur, quia maior infertur domino iactura, cum boues ſint dediti aratro & culturæ ad priuatam & publicam utilitatem & commodum; adhuc ex gradu & qualitate perſonarum; inſuperq; ex modo diuerſarum offerendarum ſacerdotibus aut domino hoſtiarum, apertiſsimè demonſtratur auricularem confeſsionem ſacerdotibus neceſſariò eſſe faciendam in omnem caſum quauis dictante conſcientia ex ipſa ueteri lege, poſtremoque domini noſtri Ieſu Chriſti expreſſo mandato & comprobatione intercedente; nulla prorſus ſacerdotibus ipſis impoſita lege, cum fuerit comprobatum, dominum Ieſum generaliter fuiſſe locutum, ac dixiſſe, quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum in cœlis & reliqua: necnon dixerit domi-
* ca 4. & ſeq. & c 13. nus in Leuitico*, & ſi peccauerit anima, & audierit uocem iurantis, teſtisq; fuerit quod aut ipſe uidit, aut conſcius eſt, niſi indicauerit portabit iniquitatem ſuam, quicunque maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium ſacerdotis habebit ueſtimenta diſſuta, caput nudum, ex ueſte contectum, contaminatum ac ſordidũ ſe clamabit; ſi ſteterit ſanguis, & fluere ceſſauerit numerabit ſeptẽ dies purificationis ſuæ, & die octauo offeret pro ſe ſacerdoti duos turtures, aut duos columborũ pullos ad oſtium tabernaculi teſtimonij. neque propterea

hodie

hodie abſonum eſt, immò neceſſarium eſſe fateri oportet elemoſynas, ac oblationes pro peccatis tàm pro mortuis, quàm pro uiuis, ad ſubleuandas animas offerendas eſſe pauperi, aut ſacerdoti, ut ſtipendium eius ſuſtentationis, vnde Daniel*; peccata tua elemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum. & ſubdit Paulus primo ad Timothæum*, qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habentur, maximè qui laborant in verbo, aut doctrina, dicit enim ſcriptura nō alligabis os boui trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua. ad quam auricularem confeſſionem comprobandam adducitur non inelegans autoritas ex libro Eccleſiaſtici*, non confundaris confiteri peccata tua, ut ne ſubijcias te omni homini pro peccato, cui & adijce Apoſtolum Iacobum*; confitemini ergo alterutrū peccata ueſtrā, & orate inuicem, ut ſaluemini. ad cuius optimam perfectionē ſacri canones ueteris legis autoritatibus adhuc moniti multa infraſcripta addidere requiſita. Confeſſio enim debet eſſe pura, ſimplex, & nuda, vt ad eam plenè, ac perfectè explicādam ad ſacerdotem accedamus; quia, vt inquit Eccleſiaſticus*, Deus eſt duplicitatis aſpernator; & ut nuper dictum eſt, atque è conuerſo, ſimplicitati amicus eſt. Humilis, & ea fuit ratio, quia pœnitenti eſt aſſerere ſe miſerum eſſe peccatorem, nam qui ſe exaltat humiliabitur, ideſt Ieſu Chriſti particeps efficitur; cuius propria eſt uirtus, de qua Apoſtolus in ſecundo Corinthiorum*; libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut maneat in me virtus Chriſti, hoc eſt humilitas, quæ deſcribitur propriç conditionis, & ſui conditoris ex intuitu voluntariæ mentis inclinatio; propterea Deus uidēs Achab humiliatum, qui fuerat idola ſecutus, ut oſtendit tertius Regum*, noluit inducere illi mala in diebus ſuis. & ſunt hi de quibus meminit ſic vates in pſalterio*; beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata; beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. innuēns id beatitudinis ſpectare ad eos, qui ex animo ſe impuros, & multis peccatorū macu-

* c. 4 & j q. j. c. iudices.

* cap. 5

* cap. 4

* cap. fin.

* cap. 2. gl. in c. maiores. §. ſed adhuc, verbo, opus, de bapt. & xxij. q. ij. c. humilitatis.

* c. 12. Anch. in cle. dudū. §. ſtatuimus. nu. 14. de ſepult.

* c. 21. in fi.

* 32. & 50. & ad Rom. c 4. & de pœnitē. diſt. j. c. ſacrificium Deo.

maculis contaminatos eſſe cognoſcunt. in quam rem ſic loquitur Cicero primo Officiorum, deforme eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Frequens, nam ſtatim cum in mortale, aut etiam veniale crimen labimur, illud nullo temporis interpoſito interuallo, cum dies & hora mortis noſtræ nobis ſit ignota, per contritionem noſtram, ac ſacerdotis miniſterio, expurgandum eſt; namq; & tanto peccata cenſentur eſſe grauiora, quando diutius infœlicem animam alligatam detinemus; propterea ſic ait Euangeliſta Ioannes*, omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati; oportet enim hominem denuo peccare, niſi illum ſtatim pœniteat, quia animus iam auerſus eſt ab incommutabili bono retinente hominem ipſum. & vates in pſalterio*: ſtudens quamprimum ſanari animam ſuam, certo ſciens nullam eſſe reliquam ſpem curationis, ſi vita excedens ſecum ferat vulnera delictorum, ſic fatur: Non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? qua ratione viri de principibus filiorum Iſrael, aduerſus eos qui de prælio venerant, ex ſecundo Paralipomenon*, acclamabant, dicentes: non introducetis huc captiuos ne peccemus domino, quare vultis adijcere ſuper peccata noſtra, & vetera cumulare delicta? Libens, ſeu Voluntaria; Accelerata per conſequens: Fidelis: Fortis, atque parere parata. voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, inquit pſaltes*. Integra namque ſimul unita peccata grauiorem exigunt pœnitentiam uni relata ſacerdoti; quandoque enim celat peccator, quæ alijs manifeſtanda reſeruat, quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere, ad quam fruſtra totam putat peruenire, inquit canonica lectio*: quoties enim in lege oſtenditur adeundum eſſe de conſcientia ſacerdotem, toties iubemur pandere ſimul unico ſacerdoti iniquitates omnes. Lachrymabilis; Amara; atque dolens non doluiſſe; propterea ſic dixerat Propheta Iſaias*, recogitabo omnes

* c. 8. & 50. diſ. c. ponderet. & c. ſi. de cóſue. & c. nó ſatis. de ſymo. & c. non debet. in fi. de conſan. & affin.

* 6.

* c. 28. & 3. Eſd. c. 8.

* 54. & 119.

* c. cóſideret. de pœni. diſt. v. add. ad Ab. in c. oís, verbo, abſolui, de pœnité. & remiſſ.

* cap. 38.

annos

annos meos in amaritudine animæ meæ. in quam rem dixerat pſaltes*; Lauabo per ſingulas noctes lectum *6.
meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, nempè ſignificans, ſummum animi dolorem & cruciatum, quem ob domini violatam legem ſuſtinebat. qua tutisſima ſpe confiſus idem pſaltes*, in hunc ſubdit modum, di- *39. & Iudith
cens: Exaudi orationem meam domine, & depreca- cap. 8.
tionem meam, auribus percipe lachrymas meas. Accuſans, nempè & ſemetipſum ſolum, nullo proximi admixto negotio, quia miſericordia excuſat eum qui miſericorditer accuſat ſeipſum*. & ita loquitur idem pſal- *c. niſi de re
tes*, quoniam tacui inueterauerunt omnia oſſa mea; nunciatio.
propterea arrogans phariſæus grauiter deliquit; qui, iu- *32.
xta Euangeliſtam Lucam* dum oraret, cæteros corri- *c. 18. & de
piebat ſic dicens, Deus gratias ago tibi, quia non ſum pœnit. diſt. j.
ſicut cæteri hominum raptores, iniuſti, adulteri. aliam c. tres ſunt.
nempè non inutilem ad confesſionem tradidere qualitatem ſcribentes, quam Diſcretam appellant, ſiue Prouidam; ſicuti enim diligenti Medico priuſquàm conetur ægro adhibere medicinam, non ſolum morbus eius, cui medelam uolet adhibere, ſed etiam valentis conſuetudo & corporis natura eſt cognoſcenda; ſic cum aggredimur ancipitem cauſam & grauem ad animos; quam idẽ vates in pſalterio*: ſentiens fore neceſſariam, ſic receſet, *38. & de pœ
dicens: quoniã iniquitatẽ meam annũciabo, & cogitabo nitẽn. diſt. j.
pro peccato meo. & ſequitur preadductus Eccleſiaſt*. & c. quem pœnitet.
ait: non confundaris cõfiteri peccata tua, & ne ſubijcias *cap 4
te omni homini pro peccato. qua ratione ex diuinæ ſcripturæ verbis & mente, poſtremò traditum eſt neceſſario identitatẽ perſonæ requiri in ipſo confesſionis actu, cum perſonaliter fatus dñs dixerit, ite & oſtendite uos ſacerdotibus, quaſi per eum dictũ ſit, qui per uos peccaſtis, per voſmetipſos erubeſcatis, & in hoc qđ ꝑ ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam uincit timore offenſi, fit uenia criminis*. Hinc apertisſimè demonſtratur, quæ & quanta *ex d. c. quis pœnitet.
à domino Deo facultas ſacerdotibus fuerit conceſſa; prætereaque adeo ut nullus pro venialis, aut mortalis pec-

cati

cati redemptione,quorum fuerat frequens vſus, ad eos manu uacua eo tẽpore accedere auderet, ut legitur per totum librum Leuitici. At cum mos hic legitimus,necnon decimarum,atque primitiarum vſus mandato domini longisſimo tempore frequens fuiſſet,ac per totum populum Iſrael executioni demãdatus eſſet;ſed decreſcente deinde charitate ac obedientia, mandata hæc in deſuetudinem abierint: Propterea ex decreto canonicæ conſtitutionis, ac ultrò uniuerſi ferè catholicam fidem ſectantes,his ueteris legis mandatis,ac exemplis moniti, quibus,ut legitur in libro Numeri*; expreſsè mandauerat dominus Leuitas derelinquendos nõ eſſe, præſtitutis eis decimis,primitijs, ac oblationibus, ut loco ſuo demonſtrabitur,cum nihil aliud boni poſsiderent, in horũ reddituum locum, ſucceſsiuè ac tractu temporis tàm in vltima voluntate,quàm inter uiuos,hæreditates, legata, atque donaria immobilia multa reliquere, quibus & iure perpetuò cũcti ſucceſſores clerici, iuxta gradus & dignitatis conditionem honeſtè uiuentes fruerentur: proptereaque pro benefactoribus ipſis,necnon & pro defunctis quotidianas preces ad dominum effunderent*. plerunque autem incerto auctore & benefactore exiſtente; pro quo Leuitæ,& ſacerdotes dominum rogarent, traditus eſt modus ueteris legis autoritate comprobatus,quẽ vulgus canonicas horas ſeptem appellat, quo omnes clerici prædicta eccleſiaſtica beneficia, ac bona obtinẽtes, aut ſacro ordine decorati,ritè ſatisfaciant animabus pro quibus non eſt qui precetur dominum,certis,ſiue incertis benefactoribus prædefunctis.

Matutinum prima eſt Canonica hora,dictum ab aurora,quæ præeſt diei, cuius duæ ſunt ſpecies. diurnum videlicet, & Nocturnum, quæ diuerſo nomine nocturnæ vigiliæ nuncupantur*. Nocturnum continet ſub ſe matutinas,quæ ante diem mandata ſunt recitari,myſticè repræſentans primum hominis ſtatum in fælicem, cum ſub maxima capitis diminutione, abſque vlla redemptionis ſpe in tenebris obſeſsi,vitam ducebamus infœlicem; nihilo-

* c.18.& Deuter.c.12.

* c.requiſiſti. de teſta. & c. ſiæ. xiij.q ij. & ex Eccleſi. c.35. & de cõſec.diſt.1.cap. chriſtianus.

* c.1 & c.dolentes. de celeb. miſſa.

hilominus cum Matutinum diuidatur in Nocturnum, & matutinales Laudes, ut meminit pſaltes*, dicens: media nocte ſurgebam ad confitendum tibi; minime inconueniens eſt, ut matutino expleto, reſeruentur laudes ad lucem; quod quantum ad primum erit de nocturnis uigilijs, quod verò ad laudes de diurnis eſt, in primitiua enim Eccleſia ad diuinum celebrandum officium, cunctus clerus ſurgebat cum plebs conſueuerat ire cubitum; ſecundo loco ſurgebat circa mediam noctem; tertio verò loco ante diem ſic ordinatè ſurgebat, ut antequàm luceſceret, omnes nocturni, ac lectiones cum ſuis reſponſorijs eſſent peractæ; quarto loco apparente aurora compulſatis campanis, idem clerus alta voce cãtabat Te Deũ laudamus, & reliqua per totum; deinde matutinas laudes decantabat. Ad primam nocturnum ſurgebant tantũ Eccleſiæ miniſtri, qui dormierant intempeſtiuè cubãtes. ad ſecundam miniſtri, & coniugati viri, atque fęminę tantum ſurgebant. ad tertiam omnes cõmuniter ſurgebant, at charitate frigeſcente cum ad Nocturnum officium homines pigritarent accedere, conſultum fuit ut media ſaltem nocte ſurgerent, & totum noctis officium decantaretur, quem hodie obſeruant ordinem cuncti regulares, ac ſeculares religioſi, maximè in maioribus eccleſijs, qđ vnicam integrale matutinum canonicam horam fore ſacri canones decreuere, cum minimè deinceps diſtinguãt matutinum à matutinis laudibus*.

* 119.

* ex Arch in d.c 1. & in c. pſbyter. xcj. diſt.

Prima hora ſequitur poſt matutinum, in qua in hanc memoriam cum dominus Ieſus Chriſtus conſputus, alapis cæſus, ac Pilato traditus fuit laudes Deo damus. ſicuti enim ex utraque lege iubemur offerre primitias domino, & quicquid denique ex manuum noſtrarum labore prouenit, ita primam diei horam, & actionis noſtræ primitias domino offerre debemus; memores præterea ortæ nobis lucis poſt tenebras multas.

Tertia, hanc commemoramur horam, & eo tempore laudes Deo damus, ob memoriam paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eadem tertia hora ſpinis coronatus,

ac Iudæorum linguis cruci affixus fuit: cui adijce hanc rationem, quia eadem Tertia hora in die Pentecoſtes Spiritus ſanctus uiſibiliter deſcendit in Apoſtolos*.

* cap. nocte. diſt.3.de conſec.

Sexta hora, eo tempore laudes Deo damus, quia idem dominus in cruce exaltatus eſt, ut ad ſe omnia traheret, Iudæorum modico extincto lumine, de quo lux vera dixerat, adhuc modicum lumen in vobis eſt, necnon iuxta Euangeliſtam Ioannem*, ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebræ comprehendant.

* cap. 12.

Nona, id eo commemoramur, quia idem dominus in eandem horam voce magna acclamans emiſit ſpiritum, ut meminit idem Ioannes*: qua re factum eſt, ut reciſo legis, ac prophetarum velo, reuelata facie domini gloriam cœperimus contemplari. necnon ea ratione, quia eadem hora exaltatus eſt in cruce latro, propterea & nos huius tamen gratiæ memores rogitamus dominum, qui nos á morte liberet, cui æternali maximè ſubijcimur omnes.

* cap. 27. & Luc. c. 23.

Veſpere, id eo commemoramur tempore, cum dominus aſſumens panem, & uinum in ueritate ſui corporis & ſanguinis repræſentans ſuis portatus in manibus, hæredibus ſuis conſcripſerit teſtamentum, humilitatem videlicet & charitatem; & lauando diſcipulorum pedes maximè commendans, iterumque iuxta Apoſtolum ad Hebræos*, recumbens longi ſolemnitate ſermonis amicis & filiolis iam morituris extremum vale dixerit. adhuc eo, quia idem dominus Ieſus de cruce veſpere depoſitus eſt; inſuperque veſpere viuus apparuit in forma peregrini: & ex eodem Euangeliſta Ioanne*, eo tempore cognitus eſt in fractione panis, atque diſcipulorum corda iniecto ſuæ charitatis igne ſuccendit.

* c. 9. & Luc. cap. 22.

* cap. 20.

Completorium, ultima diei ad dominum præcipua actio eſt, ut nobis, ac cunctis benefactoribus noſtris perpetuam quietem cunctis diei horis poſtulare uideamur, cum ſub eadem hora fuerit ſepultus, quas ſingulas per hos verſus recenſet canonica lectio*.

* ex gl. in c. 1. de celeb. miſ.

Hæc ſunt ſeptennis propter quę pſallimus horis,

Matu-

Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat;
Prima replet ſputis, cauſam dat Tertia mortis,
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit.
Veſpere deponit, cumulo Completa reponit.

Quarum rerum duplex videtur ratio, prima ea eſt autoritate Dauidis in pſalterio*, dicentis; ſepties in die laudem dixi tibi ſuper iudicijs iuſtitiæ tuæ. Altera verò ea videtur ratio, de qua in hæc verba idem pſaltes*, Veſpere, inquit, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudit vocem meam, quæ non abſona ratio videtur; Inueterata enim lege, & conſuetudine mos fuit apud Hebræos. Primo mane. ſecundo ſub meridie. tertio verò veſpere orare; neque propterea inter has horas, & canonicas ſeptem numero (ſic rectè conſiderentur) longè diſcrepat; nam cum matutinum & laudes diſtinctæ, ac diſtributæ; ſint prima diei oratio, & hora in aurora, meritò quidem in orationis locum de mane ſubſtituuntur. ſic & horæ omnes incluſiuè uſque ad horam Nonam in locum meridianæ orationis ſubſtituuntur, nulla hodie habita ratione eas diſtinctè recitandi, prout vocabuli ætymologia ſonat, quia uſu receptum eſt, ut honeſtis ſuperuenientibus impedimentis (præter Completorium) liceat recitare eas de mane priuatis hominibus maximè extra chorum, quia melius eſt præuenire, quàm præueniri*. Veſpere autem, & Completorium recitari conſueuerunt, quaſi altera die imminente, ac ad ſolis occaſum, quo tempore ueteres illi tertium orationis debitum perſoluere conſueuere; quaſi; dum caperent hos tres modos, ac terminos orandi, videlicet mane, meridie, atque veſpere, totum noctis, atque diei tempus orandi interpellaſſe viderentur. quamuis autem apertisſimè demonſtratum fuerit Dauidem, teſtatum reliquiſſe ſe laudem domino ſepties in die dixiſſe; nihilominus non abſonum videtur id eum ſic prophetatum eſſe fateri, ut rectè doceamur nos omni, & quaſcunque hora diei ac noctis, ſi fieri posſit, debitores orare dñm; & propterea dixerat Pau-

* 118.

* 55. Geneſ. cap. xx iiij.

* Abb. in d. c. 1. arch. in c. clerus. xcj. diſtinc. & c. ex parte. de obſerua. ieiu. ubi idem Alb.

* cap. 5. lus primo ad Theſſalonicenſes*, orate ſine intermisſione. necnon & Eccleſiaſticus*, non impediaris, inquit, orare ſemper, & ne vereris vſque ad mortem iuſtificari. & in eandem rem ſapiens in Prouerbijs*, quia humana caro valde prona eſt ad malum, adeo ut non ſępisſimè peccare ſoliùs Dei ſit, deſcribens mpltoties, & abſque numero iuſtum cadere, ita dixerat, ſepties in die cadit iuſtus; hincq; pſaltes*, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad unum, quod eſt ſolus Deus. quem definitum numerum pro indefinito ſumpſerat idē dominus ad Cayn patricidam iuxta primum Pentateuchi*, dicens; nequaquam ita fiet, ſed omnis qui occiderit Cayn ſeptuplum punietur. Sicuti autem à granis palea, deinde lolium, & ſteriles auenæ ex trituratione ab optimo frumento ſegregantur: ita (operis habita mercede) omni conatu ſacerdotibus faciendum eſt, ad quos ſumma cum diligentia ſeligere bonos à malis ſpectat cura; & quicquid in bono viro, aut malo mali fit iniuſtum, habita ſemper tamen cōſideratione & qualitate loci, temporis, ſexus, modi, & ſummæ peccatorum, illud ope & ſumma cura reijcere & reſecare; quæ cuncta indubitatè ſolent augere crimina, de quibus in hunc modum loquitur Cicero de Oratore, qui aut tempus, quid poſtulat non uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibus cum eſt, uel dignitatis, uel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. Nam eo qualitatem perſonæ à ſacerdotibus conſiderandam eſſe tradidere ſcriptores, quia ratione adminiſtrationis, ac dignitatis delictum aggrauatur; propterea ita dixerat liber Sapientiæ*; exiguo conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, non enim ſubtrahit perſonam cuiuſque Deus, qui eſt omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus, fortioribus autem fortior inſtat cruciatio, ad vos ergo Reges ſunt hi ſermones mei, ut diſcatis ſapientiam, & non excidatis;

pro-

Marginal notes: * cap. 5. / * ca. 24. & de pœni. diſt. ca. ſepties. / * cap. 24. / * 51. / * ca. 4. & pſal. 78. / * cap. 6.

propterea principibus iuſtificantibus pro muneribus im pium, nec pupillos, nec viduas iudicantibus munera, ac retributiones inſectantibus, dominus extendit manum ſuam, & uindictam in cunctos populos, quaſi huius ſcele ris ac conſenſus, iuxta Iſa.* participes. & ſubdit Propheta Michea*, & in hunc modum loquitur aduerſus cunctos Iſraelitas, principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetę eius in pecunia diuinabant, propter hoc cauſa ueſtri Sion, quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum. & proculdubio innuens Eccleſiaſticus*, propterea maximam iacturam, ac ſcandalum cunctis populis inferri, ſic ait, ſecundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea, Rex inſipiens perdet populum ſuum. locum commiſſi criminis eo conſiderandum duxere veteres, quia ubi præſens Deus eſt ſpecialiter, ibi maior, præcipuaque reuerentia exigitur, quia baſilicæ ſanctæ diuino cultui mancipatæ, ſunt pro affectu & deuotione adeundæ: nec quicquam aliud ſibi voluit dominus affatus Moyſen in libro Exodus*, cui dixerat ſolue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt; quàm docere nos ſcire oportere locum longe differre à loco, & maiorem in uno exigi reuerentiam, quàm in alio; vbi dominus non mandauit præcipuè ſe venerari: & iſta ratione præcepit nullo alio in loco extrui templum ſuum, & ſolemnia, ſacraque fieri, præterquàm Ieroſolymis: vnde vates in pſalterio*, Te manet, inquit, hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur uotum in Ieruſalem. & in hanc eandem rem adhuc ita loquitur*, notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomẽ eius, & factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion; & ea ratione, ut domino exhiberetur maxima reuerentia demonſtratum eſt quatuor fores templi deman datas fuiſſe oſtiarijs cuſtodiendas. Tempus ex parte pęnitentis conſiderandum duxere ueteres, quia magis Deum offendimus in die Dominico, aut in honorẽ Dei feriato: nam

* ca. 1. & c. 5.
* cap. 3.
* cap. 10.
* cap. 3.
* 65. & Deut. c. 12.
* 75.

nam ex eo ſacrilegij facinus committimus, cum dominũ ipſum, quem præcipuè uenerari ea die debemus, contẽnere uideamur*; qui ſabbati obſeruantiam indixit, necnon & cæteros feſtos dies loco ſuo referendos. Qualitatẽ peccati eo nempè conſideramus, quia cum ſub fornicationis nomine ueniat adulterij facinus, inceſtus, ſtupri; atq; ſimplicis fornicationis, genus id ad ſuam ſpeciem diſtinguendum ac redigendum eſt, cum ex ſimplici fornicatione minus dominũ offendamus, quàm ex adulterio, inceſtove, aut ſtupro, & ſimilibus offenſionibus non retinentibus nomen ſimplicis fornicationis; nec non, ut ita dicam, ſpeties ſpetialiſsima eo diſcutienda eſt, quia inter non ſimplicem fornicationem, qua plures, uidelicet Deum & proximum ſemper offendimus, maius eſt facinus ex inceſtu, quàm ex adulterio; & facinus contra naturam uincit utrunque, nempè propter fœditatem; nanque diuerſis conſideratis, non autem ex eſſentia ſua peccatũ dicitur grauius altero; nam homicidium dicitur maius cæteris criminibus, horrore, nec non propter duplicẽ offenſionem; qua Deum & proximum offendimus; ſicuti adulterium grauius eſt altero, Communitate, quo plures offendimus, Deum, & proximum; ſic & ſymonia, uel hæreſis grauiſsimum crimen eſt, ac altero maius eſt hæreſis & ſymonia, eſſentia, quia tendunt ad diuinæ potentiæ impugnationem immediatè*; hinc ſoluitur communis regula, qua dicitur iuxta Paulum Grillandam in primordio tractatus ſui de pœnis, omnifariam coitus*, ſacrilegium cæteris carnis criminibus, his maximè quæ ſecundum naturam perpetrantur, grauius nuncupari. Peccati inſuper qualitates ac circũſtantiæ omnes perpendendæ ſunt, quia ſi iuſtum hominem occideris, grauiori ſupplicio afficieris, quàm ſi iniuſtum occidiſſes, ex probi enim hominis morte, ſuperſtites, maximè boni, priuantur eo cõmuni bono, quod inde percipere potuerant probi homines ad cõfirmationem, improbi uerò ad emẽdationẽ*; hinc, quærenti an maius peccatum ſit occidere Chriſtianum, quàm Iudæum, rectè ſic diſtinguendo reſpõdent ſacri canones;

* 17. q. 4. c. ſacrilegium.

* Arch. in ca. Non ſolum. 32. q. 7. & ca. quia ſanctitas tua, ver. quid enim grauius. 50. diſt. & per glo. in uerbo, duplici. 13. di.

* ex c. adulterij. 32. q. 7 & 27. q. 1. c ſciẽdũ. & ca. quid in oĩbus, & c. uſus naturalis

* Arch. in c. ſi habes. 24. q. 3

nones*, aut Iudæus occiſus adultus erat, quo caſu minus eſt peccatum nece huius, quàm Chriſtiani etiã non adulti, nam cum præſumatur Iudæũ ipſum perduraſſe in peccato & duritia ſua, ſolum corpus interimitur. aut Iudæus erat impubes & minor, quo caſu propter ſpem ut ad religionem noſtram & fidem Chriſtianã cõuerterentur, quę cunctos uocat, nec claudit gremium pœnitẽtibus*, hinc pſaltes*, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum; ad cautelam maior huic im̃ponitur pœnitentia, ne fortè fuiſſet in cauſa amiſsionis corporis, & animæ in ſimul. Nanque, & iſta ratione communi boni, populus Iſrael ſeptuaginta annis, ut loco ſuo demonſtrabitur, captiuus ductus eſt ſub manu Regis Babylonis, capta atque diruta Ieroſolyma ciuitate, occiderãt enim multos Prophetas docẽtes rectã uiã. Sexũ adhuc dignoſce, ut ſi maſculus fuerit, aut fœmina, cui magis q̃ maribus dedecori eſt turpitudo ac impudicitia. & hæc ſubiecta uiro eſt, hinc à debito exigendo excuſatur*, per quam Adam deceptus eſt; non autem ipſa per Adam, & quem uocauit ad culpam mulier iuſtum eſt, ut eam in gubernationem aſſumat, ne iterum fœmina facilitate labatur*, unde ut legitur in libro Eſther*, Rex Aſſuerus ad uniuerſas ſui Regni prouincias miſit Epiſtolas, ut quæq; gẽs audire & legere poterat diuerſis lĩguis, eẽ uiros principes ac maiores in domibus ſuis, & hoc per cunctos populos diuulgari, quia Regina Vaſthi eius cõtẽpſerat p̃ſentiã. Ordo ac modus peccati inſup ex parte pęnitẽtis ac ſacerdotis exquirĩt; minor.n. pęnitẽtia imponĩt ei q cũ pulchra aſpectu habuerit rẽ, q̃ cũ deformi uel turpi, quaſi uideatur in eo peccati genere ꝑtinaciter inueteratus; vñ inquit canon*, oportet.n. pęnitere fornicantẽ ſecũdũ excellentiã ſui ſtatus, aut officij, aut ſecũdũ modũ meretricis, & in modo ſui operis, & qualiter ſuã turpitudinẽ peregerit; ſi in loco ſacrato, aut cui debuit excellẽtiam fidei, ut ſunt domus dñorũ, aut aliorũ multorũ, ſi in tẽpore oratiõni conſtituto ut feſtiuitates ſanctorum, & tempore ieiunij conſideret quantum perſeuerauerit, & defleat quod perſe-

* gl. in c. ſi habes xxiiij. q. 3 Fely. in c. conſuluit. nu. 5. de Iudæis.

* l. Manicheos C. de hæret. & Maniche.

* 18.

* 32. q. 6. c. indignantur. & 33. q. 5. c. mulier.

* c. Adam. 33. q. 5.

* c. 1. Paul ad Epheſ. c. 5.

* c. 1. de pęn. diſt. 5.

perſeueranter peccauit, & quanta virtus fuerit in purgatione, ſunt qui non ſolum non uincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt, nec expectant tentatioñe, ſed præueniunt voluntatem, & pertractant ſecum quam multiplici actione uitij delectabiliter peccauerant & reliqua. hinc ratio ſoluitur quare domini mandato Rex Saul è Regno fuerit expulſus occaſione ſolius aduerſus ipſum dominum inobedientiæ. Rex verò Dauid, non obſtante grauiſsimo in Bethſabe adulterij crimine, ac propterea homicidio Vriæ eiuſdem Bethſabe viri, nec non grauiſsima aduerſus eũdem dominum ex populi ſui dinumeratione diffidentia, ut horum omnium meminit ſecundus Regum*, nedum minimè è regno fuerit expulſus ſed etiam ſecundum cor domini Dei electus fuerit & vixerit; nulla enim alia reddi ratio poteſt, quàm vt neceſſario fateamur Saulum depoſitum fuiſſe, quia dominus Deus omnium cordis ſcrutator, cor ipſius corruptum uiderat atque ad perpetranda facinora induratum ac propenſum. Regem autem Dauidem in ſinum & ſecundum cor domini fuiſſe receptũ ea ratione, quia etiam ſi ſæpius offendiſſet dominum, arguitur peccaſſe potius ex fragilitate humana, quàm ipſa uoluntate peccandi, nec cor eius fuiſſe corruptum; quem apertiſsimè videmus ad dominum toties eſſe conuerſum ac ueniam præcatum, quoties in dominũ cõmiſerat, humilemq; compoſuiſſe pſalterium, Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & reliqua*. cũq; dominus appropinquaſſet Salomoni eius filio per ſomnium nocte, ut legitur tertius Regum*, dicens illi poſtula quod ius ut dem tibi, ſic illi reſpondit, tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in conſpectu tuo in ueritate & iuſtitia, & recto corde tecum & ſeq. tam & ſi idem Rex Dauid dixerit in pſalterio*, Iudicia domini abyſſus multa, nihilominus ex demonſtratione ac effectu ſubſequẽte ſatis eſt nobis perſpecta domini ſententia aduerſus improbos & ſceleſtes homines, nec non aduerſus electos & in uijs ac rectis tramitibus ambulantibus, tunc maximè operante uiſibili

* cap. 15. & c. 11 cum ſeq. & c. 14.

* c totam pœnitentiam cũ ſeq. de pœni. diſ. 3. pſal. 89

* cap. 3.

* 35.

ſibili ſpiritu ſancto; propterea conſueuerit nuncupari Deus ultionum, eo tempore palam uindicans de inimicis ſuis. ſicque, ut oſtendit hiſtoria Exodus*, dum idem dominus dixerat Moyſi, ego indurabo cor Pharaonis, & non dimittet populum; illud ſibi uoluit, ego relinquam hominem illum ſibi ipſi, qui ſponte receſsit à me & induratus perſeuerabit uſque ad exitum uitæ ſuæ, ut eodẽ loci præmonuerat Moyſen dicens*, ſed ego ſcio quod non dimittet uos Rex Aegypti ut eatis niſi per manũ ualidã. Quibus rebus diligenter conſideratis, per ſacras conſtitutiones antiquo more receptum eſt, ut omne ad auricularem, nec non domino confeſsionem negotium ſpectans, una cum adhęrentijs ſuis omnibus perficiatur ex duabus tabulis, quas Angelus domini, in quibus tota pendet lex, in monte Sinai Moyſi dedit, ex ſecundo Regum*, ad perpetuam rei memoriam in arca fœderis iuſſas recondi, in quarum altera habentur hæc tria Præcepta. Vnum cole Deum. Nec iures vana per ipſum. Sabbata ſanctifices. In altera verò habentur hæc infraſcripta ſeptem. Venerare parentes. Non occides. Non mæchaberis. Non furtum facies. Non falſum teſtimonium dicas. Non deſiderabis rem alienam. Non concupiſces vxorem proximi.

* ca. 4. Gaieta. in Pau. ad Roma. c. 9.

* ca. 3. & c 9.

* c. 8. Exo. ca. 20. gl. fi. in ca. quid in omnibus 32. q 7.

VNVM COLE DEVM.

Videte, inquit, iuxta quintum Pentateuchi*, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me. & ob eam rem eloquentiæ princeps Cicero in primo de Natura deorum, qui qualem qualem Dei cognitionem tantum fuerat aſſecutus, in hæc uerba dixerat, in mundo Deus eſt aliquis, qui regit, qui gubernat, qui curſum aſtrorum, qui mutationes temporum, rerum uiciſsitudinis, ordineſque conſeruat, terras & maria contemplans, hominum commoda, vitaſque tuetur. qui adhuc, quia in primo officiorum antea dixerat prima officia dijs immortalibus deberi; pro Roſcio Ame-

* cap. 32.

rino, aſſignat rationem & ait, commoda quibus utimur, lucem qua fruimur, ſpiritum quem ducimus à Deo nobis dari, & impartiri videmus; propterea Gaietanus in Euangeliſtam Ioannem*; eundem ita deſcribit, Eſt lux non ſenſibilis, ſed intelligibilis, cuius iſta lux participatio quædam eſt; conſiſtit enim in ſolo intellectu, ac quædam eſt mens ſoluta, libera, ſegregataque ab omni concretione mortali, omnia ſentiens, & mouens, ipſaq; prædita motu ſempiterno ſua potentia, & uirtute gaudet. hinc, cultus, obſequium, ac ſimulacrorum ſeruitus, quam dicimus Idolatriam, ex idolon & latria, quaſi paruorum deorum alterum obſequium, diuino imperio, ac numini aduerſa pœnitus reprobari non dubitamus; ex his enim indignè fingimus eis conuenire ea, quæ ſoli Deo, prætereà nemini conueniunt, quam ueteres dixere à Perſis traxiſſe originē, & Selua variæ lectionis è Rege Ageſilao Rege Peloponeſij*, aduerſus quos huius abominabilis rei ſectatores, in quinto Pentateu.* dominus Deus in hunc modum acclamat, non uidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt dominus in Horeb de medio ignis, ne fortè decepti faciatis uobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi, uel fæmiliæ, ſimilitudinem omnium iumentorum, quæ ſunt ſuper terram, uel auium ſub cęlo uolantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis, ne fortè eleuatis oculis ad cęlum uideas cę'um & lunam, & omnia aſtra cęli, & errore deceptus adores, & colas quæ creauit dominus Deus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cęlo ſunt. & ſubdit Paulus ad Romanos*, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & ſerpentum, propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam; ut contumelijs afficiant corpora ſua in ſeipſis, qui commutauerunt ueritatem Dei in mendacio, & coluerunt, & ſer-

* cap. 8. & in Matt. cap. 24. Arch. ſ c. ęſtimāt. xj. q iij.

* c. 24 j par. & xxvj. q. iij. cum ſeq. c. 1.

* cap. 4. Iſa c. 47. & Ierem. cap. 19.

* cap. 1.

& ſeruierunt creaturæ potius quam creatori.

Non tamen ex his dominus prohibuit, quin omni idolatriæ committendæ ceſſante ſuſpicione, pingi aut erigi poſſit imago domini, aut ſanctorum memoria ad eiuſdē diuini numinis ſempiternam gloriam; quo pacto exponitur ſupradicta lex mandans ut ſoli Deo ſeruiamus, ne fortè decepti faciamus ſculptile, nam cum loquetur ſub dubio & dubitatiuè, cum nos certi ſimus habere directam ad dominum mentem etiam intuentes ſanctorum imagines occaſione præteritorum, procul dubio ceſſat omnis ratio huiuſmodi prohibitionis exhibendæ. Præterea idē dominus ex tertio Pentateuchi*, in hanc rem ſic fatur, non facietis uobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra ueſtra, ut adoretis eum; nam hæc dictio, ut, ad ſimilitudinem conditionis huius, ſi, modum operatur, ut optimè docet idem tertius Pentateuchi*, omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, ut releuet turpitudinem eius; inſuperq; ait turpitudinem uxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis, filiam filiæ eius, & filiam filiæ eius non ſumes, ut reueles ignominiam eius, quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt; nulli enim dubium eſt fuiſſe permiſſum habere colloquium & conſuetudinem cum propria conſanguinea; atque ſanguinis, affectioniſvè, & cæterarum honeſtarum occaſionum cauſa alterutri patere aditum ad utriuſque domum; ſed ex lege prohiberi acceſſum ad conſanguineam, ſi, & quoties cupias ignominiam eius detegere. poſtremò idem dominus intendens præmonere nos ut omnino caueamus ab idolatria, quia maieſtati, ac potentiæ ſuæ ualdè repugnat, exequamur autem ſolum ea quæ ad gloriam ſuam, & noſtram perpetuam ſalutem uideantur neceſſaria, in hunc modum alloquitur Moyſen in ſecundo Pentateuchi*, non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem; ſi enim dicit ut non faciamus omnem ſimilitudinem, ſequitur ut aliqua nobis ſimilitudo fieri concedatur; ſicuti in tertio Libro*, dixerat, omne opus ſeruile

* cap. 26.

* c. 18. l. leges la prima. C. de legib. & l. cauſam. §. fin. ff. de manumiſſio. & l ſi ita relictum. ff de leg. 2. & i Numeris. ca. 18.

* cap. 20.

* cap. 23.

non facietis in die ſabbati; quia non fuerat populo inter dictum accendere lucernam die ſabbati, à veſpere uſque in mane in tabernaculo fœderis extra uelum; populo tamen alia de cauſa, ut oſtendit idem tertius liber*, fuerat interdictum accendere lumen die ſabbati, quod totum ſeruile opus fuerat. propterea in ſecundo eiuſdem Pentateuchi*, ſic mandauit obſeruari, dicens ſex diebus facietis opus, ſeptimus dies erit uobis ſanctus, ſabbatum & requies domini, qui fecerit opus in eo occidetur, non ſuccēdetis ignem in omnibus habitaculis ueſtris per diē ſabbati; poterit tamen accendi ex legitima & neceſſaria cauſa abſque domini offenſione, ut pro languentium ſalute. in quam rem ſic loquitur eiuſdem Pentateuchi Tertius*, dices ad Aaron fratrem tuum ne omni tempore ingrediatur ſanctuarium, fuerat enim ſemel in anno ſanctuariū ingredi iuſſus; & hoc eſt quod per effectū dixerat pſaltes*, confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. idē enim dominus, iuxta eumdem librum Tertium*, ſacerdotibus ſuis mandauerat ne ſub tecto, aut in domo omnino ingrederentur ad omnem mortuū, ne contaminarentur; non tamen ſuper patrē matremq; (præter ſummum ſacerdotem cui ad nullum patebat aditus) contaminabantur quia ad eos licitè aditus patuit. adhuc dn̄s fruſtra dixiſſet mandans cō ſtrui cherubim, & fœderis arcā coli & uenerari, quia potius uideretur nobis otuliſſe occaſionē in idolatriæ facinus incidendi, qđ falſum eſſe fatentur oēs nationes; propterea indubitatè fateri oportet dicta hæc fuiſſe, vt res ſic oculis ſubiecta, cūctis uidētibus indicaret quæ & quanta fideles ſerui meruere conſequi præmia, pp eorumdē paſſionē, ac diuerſa tormentorū genera, quæ paſsi ſunt. ſicq; Moyſes fuerat iuſſus à domino ſculptos lapides ſumere, ac ea ipſa in recordationē filiorum Iſrael ad Aaron ſummū pontificem appellere, de quibus ita fatur iuxta ſecundū librum Pentateuchi*, poneſq; in eo quatuor ordines lapidum, in primo uerſu erit lapis ſardius & topazius, & ſmaragdus; in ſecūdo carbūculus, ſapphirus, & iaſpis; i tertio

* cap 24.
* c. 35. & cap. 27. & leuit. c. 6.
* cap 16 & c 21.
* 96.
* c. 21. Ezech. cap. 44.
* cap. 28

tio ligurius,achates, & amethyſtus; in quarto chryſolitus,onychinus,& beryllus incluſi auro erunt per ordines ſuos, habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus celabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus,& ſubdit, portabitq; Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum,quando ingredietur ſanctuarium,memoriale corã domino in æternum. necnon ut ſeruus Dei, Moyſi ſubſtitutus Ioſue*.tulit lapidem prægrandem in quo erant verba legis domini, & poſuit ſubter quęrcum, quæ erat in ſanctuario domini, & dixit ad populum, en lapis iſte erit vobis in teſtimonium quod audieritis verba domini,quæ locutus eſt vobis, ne fortè poſtea negare velitis, & mentiri domino Deo ueſtro: ex cuius tacita,ac expreſſa mente Iſraelites ipſi non potuere proculdubio non uenerari,ac obſeruare cherubinos, gemmas prædictas, nec non erectum lapidem ob memoriam geſtarum rerum, referentes omnia tamen ad dominum Deum ipſum, qui vnicus eſt opitulator in aduerſis, & refugium noſtrum tutiſſimum; at venerari, & colere lapidem immediatè, eivè aliquid diuinitatis tribuere, quibus detrahitur de domini maieſtate,ac ſolius potentia,nefas fuerat,Idolatrum,atque Maleficum. quorum plura ex ſacris conſtitutionibus & lege,referuntur genera. Nam alij ſunt Augures. alij Incantatores. alij Magi. alij Genethliaci. alij Mathematici. alij Horoſpici. alij Sortilegi. alij Aſtrologi. alij Salitores. alij Phytoniſſe. alij Necromantes. alij Hidromantes. alij Piromantes. alij Acromantes. alij Geomantes; qui ex ipſorum ætymologia ſatis rectè dignoſcuntur; alij ſunt obſeruantes ſomnia, quæ ex libro Deuteronomij*. imperio domini repugnare cernimus, vnde apparuit in ſomnis Abimelech, vt non tangeret Saram uxorem Abrahæ,quo diuino ſpiritu afflatus Ioſeph expoſuit ſomnium Pharaoni; necnon Daniel Nabuchodonoſori; hęc igitur non dubitamus reprobata, quæ ex præcedẽte crapula,aut præmeditata cordis uiſione ſomnia fuerint facta, atque à mortuis quærentes veritatem.

* c.fin.

* c.13.& c.18 & Leui.c.19.

* c. igitur. c. nec mirum. xxvj q iij. cũ ſeq. Leui. c. 19 cum ſeq. Deuter. c. 18.

tem* . quibus ignaras,& infatuas quaſdam mulierculas adijciamus oportet, quas ſtriges appellamus, quaſi humanum ſenſum, & totam denique eius mentem dæmonis arte perſtringant, quibus imprimis conatur perſuadere, ut fidem catholicam vnà cum recepto baptiſmo abnegẽt, eò maximè loci vbi nocturno tempore ſemper, & hora quadam, cunctis cubantibus, præmonita, ac præſtituta, ad ſaltus, luſus, epulas, & in totius religionis noſtræ contemptum innumera ludibria conueniunt, aduerſus ſententiam Gratiani, qui falsò aſſerit mulierculas iſtas, magis curioſas & faciles, quę dæmonis arte decipiantur, quoſuiſue hanc turpem artem profitentes, minimè corporaliter deferri, ſed deludi, in ſomnis, quem refert & ſoluit Ghirlanda in tractatu ſuo de ſacrilegijs in ſeprimo quæſito; nec immeritò; quia idem Gratianus non habuit poteſtatem legis condendæ, vnde niſi eius decreta in corpore iuris canonici inſerta reperiantur, adduci nõ merentur, neque in iure canonum Aquirenſe concilium receptum fuiſſe reperiatur, ſub quo canon ille, aduerſus quem communiter inſurgunt maximè Theologi fuit cõditus, ſicuti cætera Concilia, uel Decreta in corpore Decretalium à ſummis põtificibus recepta legimus*. Theologi in hanc Gratiani ſententiam unanimes inſurgunt, quam multis fundamentis improbant, contrariam ſententiam corroborantes quamplurimis legitimis, ac naturalibus argumentis, maximè autoritate Euangeliſtæ Matthæi*, in hæc verba dicentis, aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei: ſi filius Dei es, mitte te deorſum, ſcriptum eſt enim, quia angelis ſuis mandauit de te, in manibus tollent te, ne forte offendas, & reliqua. perpendunt enim iſtud verbum, ſtatuo, quod ex proprietate ac ętymologia vocabuli ſignificat idem, quod ſtatuam ſtatuo; ac manibus porto, atque affigo; quod comprobatur ex Euangeliſta Matthæo*; & accipiens puerum ſtatuit eum in medio eorum, quem cum complexus eſſet, ait illis; & ſequitur. naturali enim ratione conſiderata nihil

* Dec. i auth. ingreſſi. C de ſacroſ. ec. Fel. in c. ſuper eo, el j. de teſtib. c. epi xxvj. q. v. & c. de libellis. xx. diſ. & c. ſãcta. xv. diſt. cum ſeq.

* cap. 4.

* c. 9. ibi Gaiet. & cap. hæc autem, diſt. j. de pœnit.

aliud eſt dicendum, quàm ex eo verbo, ſtatuit, dominum Ieſum Chriſtum in vlnis ſuis poſuiſſe puerum, nempè illi conueniens qui teneris ætatis infantulum tenet manibus, qui ex ſeipſo deambulare nequit, niſi corporaliter deferatur, complectatur, & retineatur; & iſta de cauſa, ut refertur in quinto Pentateuchi*, ſic fatur Moyſes ad populum ſuum, portauit te dominus Deus tuus; ut ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum in omni uia, per quam ambulaſtis; ſed & ſi contingere non poſſet, ut animæ corpora unita aſportarentur, illud non dubitaſſet Paulus in primo Corinthiorum*, locutus per uerbum, neſcio, & dicens: veniam autem ad viſiones, & reuelationes domini, ſcio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit raptum huiuſmodi uſque ad tertium cœlum. adhuc non dubitatur Chriſtum eſſe delatum per fallacē manum diaboli ſupra pinnaculum; quia idem dominus ante diem mortis ſuæ non fuerat perfectè paſſus ab eo ſe dignoſci; qui nempè futurum domini aduentum perfectè præſciuerat; ignorabat autem præfinitum tempus; quia verò de ſubtiliſſima conditus mateтia rectiſſimæ perſpiciebat quæ & quanta mira panderet dominus, cupiens ſibi euidētiora exhiberi ſigna, ac uelū detegi, quo diuina virtute nō ſinebatur ea rectè pſpicere, & credere, tentabat illū; quē propterea dubitatiuè ſemper interrogabat, dicēs*: ſi filius Dei es mitte te deorſum, & dicitur dæmones non pfectè nouiſſe Chriſtum, nouiſſe quidem ambulantē ſup aquas, non nouiſſe aūt eſurientē; hincq; ſubdit idem Paulus primo Corinth.* ſapientiam aūt loquimur inter perfectos, ſapientiam verò non huius ſeculi, neque principium huius ſeculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapiētiam in myſterio, quæ abſcōdita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriā noſtrā, quam nemo principium huius ſeculi cognouit: ſi enim cognouiſſent, intelligendo de dæmonibus, nunquā dominum gloriæ crucifixiſſent. Eſt & aliud ſcelus improbatum idolatriæ genus, quod tripliciter diſtinguitur.

* cap. 1
* cap. 12.
* ex gl. in c. ſi quis veri. 37. diſtin.
* cap. 2.

Diui-

Diuinatoria ſors primum eſt.
Conſultoria ſecundum.
Diuiſoria tertium eſt.

Diuinatoria ſors ea nuncupatur, quæ alio nomine Inquiſitoria appellatur, quaſi quædam illarum rerum inquiſitio, quæ ad diminutionem diuinæ maieſtatis, aut proximi iacturam ſunt futuræ, de qua ſic fatur Ieremias*, dixit dominus ad me, falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo, non miſi eos, & non præcipi eis, neque locutus ſum ad eos, viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis, idcirco hęc dicit dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non miſi, dicentes gladius, & fames non erit in terra hac, in gladio & fame conſumētur prophetæ illi. quod in hunc modum ſortilegi genus deſcribit Ghirlanda eodem tractatu in primordio*, Sortilegiū eſt ſuperſtitio quędam illuſoria, & ſume noxia, qua utitur homo dæmonis miniſterio.

* cap. 14.

* & c ſors nō eſt. xxvj. q. ij.

Conſultoria ſors ea dicitur quandocunque verū conſuluerimus Deum, aut dæmones, ad fœlices ſiue infœlices præſciendum ſucceſſus; propterea altera recipitur, altera verò quæ dæmonis arte concipitur indubitatè reprobatur; namque Rex Dauid conſulens dominū Deum utrum aduerſus Philiſthęos eſſet pugnaturus minimè peccauit, cui iuxta primum Regum*, idem dominus ita reſpondit: vade, & percuties Philiſthæos; nec peccauere filij Iſrael, qui, ut oſtendit liber Iudicum*, poſt obitum Ioſue eorum Ducis, & Moyſi ſubſtituti, conſuluere dominum, dicentes: quis aſcendet ante nos contra Chananęū, & erit dux belli, dixitque dominus: Iudas aſcendet, hoc eſt tribus Iuda nulla proprij nominis habita mentione, ex Hebræorum intelligentia, ac textus vera declaratione. ac Ochozias Rex grauiſſimè deliquit in dominum, qui dum graui morbo eſſet affectus, miſit nuncios ſuos ad conſulendum deum Accaron utrum ex eo morbo vitam euadere poſſet, & iuxta quartum Regum*, angelus locutus eſt ad Eliam Thesbiten, dicens: ſurge, & aſcende in

* cap. 23.

* cap. 1.

* cap. 1.

in occurſum nuntiorum Regis Samariæ, & dices ad eos nunquid non eſt Deus Iſrael ut eatis ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron, quamobrem hæc dicit dominus, de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris.

Diuiſoria ea ſors appellatur, quoties quærat quid cui exhibendũ ſit, ſiue res poſſeſſa, honorvè, aut dignitas fuerit. quæ quatuor improbatur modis. Primo ſi fiat ipſa diuiſio abſq; neceſsitate ulla, cuius rei fuit ratio, quia quotieſcunque habeamus quid rationabili cõſilio faciamus, debemus ſemper euitare omnem occaſionem tentandi dominum; ſicuti nos docuit Patriarcha Abraam homo iuſtus & rectus, qui cũ uxore ſua Sara deſcenſurus in Aegyptum famis neceſsitate, eo adductus, percunctantibus illis perſuaſit Saram ſororem fuiſſe; quia ſi ſecus dixiſſet, fortè & proculdubio interfeciſſent illum euitandi adulterij criminis cauſa; quod quamuis ſola naturali ratione abſque ulla lege ſcripta fuiſſet morte dignum, ut traditur exemplum in Thamar ſponſa Selę, iuxta primum Pentateuchi*, quæ ob hanc adulterij ſuſpicionem fuerat iuſſa produci ut combureretur; nihilominus non ita graue facinus eſt adulterij crimen ac homicidium, quod ea ẽt naturali ratione abſque alia lege fuerat abominabile, ut oſtendit eiuſdem primi Pentateuchi ſcriptura in Cain fratricidam; qua de re quia neceſſe fuit Abraam alterum de duobus in extrema neceſsitate ducta ſeligere, crimine mendacij non conuincitur cum latenter & non apertè uerum dixerit, pœnas uerò dedit Pharao Rex Aegypti, ac uniuerſa eius domus ex ipſa ſola adulterij facinus cõmittendi mente corrupta, ut refert idem Pentateuchus.* Secundo modo cuncti fideles peccant ex ipſa diuiſoria ſorte, ſi etiam neceſsitate ducti, abſque tamen debita reuerentia ea fuerint uſi ſorte, Apoſtoli enim, ut eorum docẽt Acta*, ſubſtituere alium in præuaricantis locũ neceſſitate ducti, nempè oratione & ſumma intercedente reuerentia fratrum cœtu ſolemniter collecto; & ita legitur obſeruatũ eſſe apud Ioſue*, qui uolens demandare exe-

* cap. 38.

* ca 12. & ca. quæritur. 22. q 2 & ca. duo mala. 13 diſt. gl. in c ſi qđ, uerbo, adulterium. 33. q. 2. & 27. q. 8. ca. ſi nulla.

* cap. 1.

* cap. 18.

cutioni domini mandatum, præcepit filijs Iſrael ut conuocarentur in Silo,& ad eum uenirent ut coram domino ipſo ſortes mitterent, qui ſic fecit, diuiſitq; terram filijs Iſrael in ſeptem partes.nanque & neceſsitatis occaſione ſorte dirimi poteſt utri facienda ſit elemoſyna duobus æquè indigentibus,necnon rectè dirimi ſorte poteſt, debita ſemper tamen reuerentia præcedente, ſi ciuitate obſeſſa aliqui eijciendi forent*. Tertio modo occaſione eccleſiaſticæ electionis ſorte faciendæ in conſpectu Dei excidimus omiſſa debita reuerentia, ne fortè indignus eligeretur,& propterea grauis in eccleſiam iactura inferratur.uidetur tamen communior recepta ſententia huiuſmodi improbatam eſſe electionem, quia actio iſta ēt reuerenter facta, tendit potius ad tentandum Deū, quē ex eo cupimus ut uiſibiliter detegat meliorem; hinc reprehenſione digni cenſentur quicunq; diuina oracula ad terrena conuertunt; ut ſi quis Euangelicum aperiens librum,per id quod ſe illi primo obtulerit, profiteatur ſcire præterita ac futura, & ea denique quarum rerum occaſione ad ea fuerit deuentum*. in quem modum ubi ſortes recipiuntur, declaratur ſententia Salomonis in prouerbijs*, qua dicitur,ſortes mittuntur in ſinum, ſed à domino temperantur. Aſtrorum uerò iudicia, curſus lunę, eiuſdemq; cuncti ſucceſſus, quæ circa hominum corporalem ſalutem, ut experientia docet, cernimus creata & effectus ſuos producere,quod ad pluuias,& ſiccitatem ratione cœleſtis influxus ſacræ leges minimè duxere eſſe reprobanda; quarum rerum indubitata experientia in ſuas naturales & priſtinas cauſas reſtituit corpora, unde quartus Eſdræ*,quarta autē die imperaſti fieri ſolis ſplēdorem,lunæ lumen, ſtellarum diſpoſitionem,& imperaſti eis ut deſeruirent futuro plaſmato homini, & dixerat pſaltes*, fecit lunam in tempora, ſol cognouit occaſum ſuum; cui adijce Prophetam Baruch*, ſol quidem & luna,ac ſydera, cum ſint ſplendida, & emiſſa ad utilitates, obaudium; ea nempè iſta lege & conditione ut, quicquid proſperi uel aduerſi nobis contingat, aut quicquid dijudi-

* Ex gloſ. ubi Arch. in c. 1. xxvj. q. ij.

* Arch in ca. hi qui. 26. q. 2. Abb. in ca. ſi. de ſortileg.

* cap. 16.

* cap 6.

* 103.

* cap. 6.

dijudicetur nobis euenturum ex ſtellarum curſu per quoſuis aſtrologos,& ſapientes huius mundi, illud Deo acceptum referamus,per quem cuncta reguntur, & ea ſolum inclinare genus humanum, quod in libertatem ſuã nec neceſſario prædeſtinatum uoluit dominus, unde in hunc modum acclamat Iſaias*, ſtacum incantationibus tuis, defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum, ſtent & ſaluent te augures cæli, qui contemplabantur ſidera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annunciarent uentura tibi. quarum rerum præparatorium & improbatum ſcelus illud eſt, quod conuenienti nomine ſacri canones ſuperſtitionem appellant; ut puta ſi aliquis non incidat in aliquod ex prænominatis uaticinij generibus, incenſum ſoli, lunæ vè, aut duodecim ſignis, uel ſeptuaginta duabus imaginibus, cœleſtive militiæ non adolens, de quibus in hunc modum meminit quartus Regum*, & erexit aras Baal, & fecit lucos ſicut fecerat Achab Rex Iſrael, & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam, extruſitque aras in domo domini, de qua dixit dominus, in Ieruſalem ponam nomen meum; & extruxit altaria vniuerſæ militiæ cœli, & ſubſequitur hiſtoria, & deleuit aruſpices quos poſuerant Reges Iuda ad ſacrificandum in excelſis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ieruſalem, & eos qui adolebant incenſum Baal, & ſoli,& lunæ, & duodecim ſignis, & omni militiæ cœli. propterea Propheta Habachuc*, innuens prædicta aſtare miniſtrantia, & ſeruientia creatori ſuo domino Deo, eiuſdemque domini creaturæ, cuius occaſione, & ad cuius utilitatem ea fecit, quod eſt humana caro, ſic fatur, ſol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. Eſt igitur ſuperſtitio ficta quædam religio ad diuini numinis gloriam non tendens, quod eſt ſi præter Eccleſiæ inſtitutionem quiduis obſerues; ſub quo numero ſunt inanis gloriæ cupidi, archypocritæ, & quicunque

*cap.47.

*cap.21.&c. 23.

*cap.3.

N 2 quoſdam

quoſdam dies præciſos,infauſtos,periculoſoſvè; aut fau
ſtos,ac fœlices aſſerunt humanæ vitæ eſſe; quibus adijce
eos qui Diui Vincentij natale; Paulivè conuerſionem
indubitatè obſeruant, in quibus diebus ſi fuerint nebu-
læ, uentorumvè oriantur perturbationes, infatuè bella
* cap 11. fore prænunciant,quos ita corripit Eccleſiaſtes*;qui ob-
ſeruat ventum non ſeminat, & qui conſiderat nubes;
nunquam metet: inſuperq; ſacræ leges hanc dijudicant
ſuperſtitionem, execrabilem remediorum ligaturam,
quam medicorum ars non commendat,necnon præcan-
tationes in ligandis,ac ſuſpendendis characteribus; nec
non & quendam calcandi limen vſum ante tranſeuntis
domum; pariterq; inſerendis arboribus, domibusque,
* 26.q.2.c.il habita diei præciſæ obſeruantia, ædificandis & ſimilia*;
lud quoq;.& quaſi liberum Dei arbitrium ab eo abduci uideatur, cũ
22.q.5.& 7. ut nuper eſt dictum, ab eo ipſo ſolo hæc cuncta depen-
c.nec mirũ.& deant,atque fuerint immediatè creata; quos in his va-
c. non obſer- nis & fallacibus rebus ſpem collocantes, ſtultiſsimos di-
uetis. cũ ſeq. judicat pſaltes*; dicens: odi obſeruantes vanitates ſuper-
gl.in ca.quiſ- uacuè,ego autem in domino ſperaui: atque rectus Iob*,
quis,uerbo,ſu inferens per ſolam Dei manum cuncta regi & gubernari,
perſtitionis. ad eundemque propterea omnes dirigendas actiones eſ-
41.diſt Ghir ſe,in hunc modum fatur,quis dedit vehementiſsimo im-
land tract.q. bri curſum, & uiam ſonantis tonitrui, ut plueret ſuper
6.nu.21.
* 31.
* cap.38. terram abſque homine in deſerto,ubi nullus mortalium
commoratur,ut impleret inuiam, & deſolatam, & pro-
duceret herbas virentes? quis eſt pluuiæ pater? uel quis
genuit ſtellas roris? & paulò inferius ſubſequitur, nun-
quid noſti ordinem cœli, & pones rationem in terra, &
ſeq. quod idem demonſtrat Moyſes in primo Pentateu-
* 73. chi;& in hũc eundem modum comprobat pſaltes*; Tuus
eſt dies,& tua eſt nox, tu fabricatus es auroram & ſolem;
tu feciſti omnes terminos terræ, æſtatem, & ver tu plaſ-
maſti ea. qui poſtremò intendens ei ſoli, præterea ne-
* 78. mini,cuncta obedire imperanti, ſic fatur*; & mandauit
nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis
manna ad manducandum,& panem cœli dedit eis,& re-
liqua.

liqua. quo pacto exponitur illud quod in hæc verba refert Eccleſiaſtes*; omnia tempus habent; & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo; tempus naſcendi & tempus moriendi, tempus plantandi & tempus euellendi quod plantatũ eſt, tempus deſtruendi & tempus ędificandi. At diuini numinis, beatæuè Mariæ virginis, ſanctorũ nunc verba nullo improbantur tempore, necnon memorabile crucis ſignum, quæ vbique indubitatè affigi poſſunt, dummodo nullus adſit incognitus character, qui legi, aut intelligi nequeat, ne propter obſcuritatẽ ipſam de incertitudine, ſiue ſuperſtitione dubitari contingeret; ſicuti dubitaretur ſi poſt aliqua non improbata verba palam prolata, cætera ſecretò prolata dijudicaremus, quæ præſentes exaudire rectè non poſſent, ex quibus crederetur, ut ſecundum naturalem medicinam curationis effectus producere non poſſent, niſi rectè & palam cunctis audientibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti prolata cerneremus: qui iuxta Euangeliſtã Lucam*, conuocatis duodecim Apoſtolis, dedit illis poteſtatem & virtutem ſuper omnia dæmonia, & ut languores curarẽt, quosq; miſit ut prædicarent regnum Dei, & ſanarent infirmos, necnon illi tantum, ſed omni in eundem dominum credenti. quo loci Ioanne Apoſtolo conquærente, & ad dominum dicente, præceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum, quibus uel cui reſpõdit dominus, nolite prohibere, qui enim non eſt aduerſum nos pro nobis eſt. quanta fuerit Moyſis autoritas in domo Pharaonis immunda animalia autoritate, ac virtute diuina immittendi, eademq; eodem nomine expellendi, & cætera faciendi, quarum rerum infinitus eſt numerus, cunctis innotuit & ueteres docent ſcripturę, quæ & docent quoties malefici, & magi eiuſdem Pharaonis, eã de domo expellere dæmonis virtute ſæpius fuerint conati; homo Dei deprecatus eſt dominum orans pro Rege Ieroboam, cuius exanierat manus, quæ propterea pęnitus reſtituta, ac ſanata fuit. quo adhuc orante ut ignis ſuper holo-

* cap. 3.

* c. 9 & Matthæ. ca. 10.

holocauſtũ caderet, ita factũ eſt, minimè aũt ceciderat ad infatuas preces inuocantium Baal idolum. necnon idem
* c. 17. cũ ſeq. Elias, ut de his mentionem facit tertius Regum*, expandit ſe, & menſus eſt ſuper quendam ad mortẽ infirmum puerum, clamans ad dñm, ut reuertentur anima pueri, & reuerſa eſt, ac reuixit: poſtremoq́; ut oſtendit quartus
* cap. 2 Reg.* percusſit aquas fluminis, quas in utranque partem diuiſit, tranſijtq́; per ſiccum vnà cum Eliſeo. rectè igitur
* 59. locutus eſt vates in pſalterio*: In Deo faciemus uirtutẽ, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos; quales ſunt peruerſi, ac duræ ceruicis hæretici, qui funditus oẽm naturam & vim diuinam tollunt; vel qui falſas religiones colunt, ut ſunt Turcæ, vel Iudæi à tribu Iuda, quæ fuerat cæteris præſtantior; Turcę verò, diuerſo agnomine nuncupati Saraceni à Sara uxore legitima Abrahæ; qui nẽpè conuenienciori uocabulo debuiſſent Agareni nuncupari, ab Agar eiuſdem Abrahæ ancilla, ex qua deſcendit Iſmael, cuius prędicti ſucceſſores nec nouum, nec vetus recipiunt teſtamentum; etiamſi in aliqua parte non improbent vetus, prout eſt circuncisio; nonnulliq́; receperint quinque libros Moyſi, quos Pẽtateuchum dicimus, prophetica expulſa lectione, ſicuti Samaritani fecere, hinc
* Arch. in c. Iſmael. lvj. di. Abb. in rubr. de Iudæis. dictũ eſt in Euangelio, non bene conueniunt Iudæi cum Samaritanis*. Hæretici autem ſunt qui falſas ac nouas opiniones ſectantur ac gignunt; ab hæreo, quod eſt accedo, quaſi iam in fide recepti, modo adhæreant, quæ magis placet legi, diuinam ac Ieſu Chriſti potentiam impu-
* c. hęreticus eſt. & c. inter hæreſim. 24. q. iij. Ghirl. tract. de hęre. queſt ij. & p totum. gnare nitentes, aduerſus fideles maximè conuenientes*; de quibus in hęc verba acclamat magnus propheta Iſa.* nolite audire verba prophetarum, qui prophetizant vobis, & decipiunt uos, uiſionem cordis ſui loquuntur, & non de ore dñi. quos euitandos mandauerat dñs in quinto Pentateu.* non inibis, inquit, fœdus cum eis, nec miſe
* c. 7. & c. 12 * c. 7. & c. 22. reberis earum, neque ſociabis coniugia cum eis, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filiũ tuum: in quã rem, in quarto eiuſ-
* cap. 5 dem Pentat.* per ora Moyſi mandauerat præcipiendum

filijs

filijs Iſrael, ut eijcerent de caſtris omnẽ leproſum, & qui ſemine fluit. vt enim in corpore, ſi quid eiuſmodi eſt, qđ reliquo corpori noceat, vri ac ſecari patimur, ut mẽbrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat, ſic in eccleſiæ corpore, ut totum ſaluum ſit, quicquid eſt peſtiferum amputetur; vnde Paulus ad Galat.* modicum, inquit, frumentũ totam maſſam corrumpit; & hi ſunt Sanſonis Vulpeculæ, ut legitur in libro Iudicum*, facies habentes diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate flammeæ ſuperbiæ conueniunt in hoc ipſum ut ſegetem iam albeſcentem ad meſſem, & ſplendoribus fidei relucentem, morſu amariſſimo demoliantur. hæretici habẽt caudas adinuicẽ colligatas, quia, etiamſi inter ſe diſſentiant, de uarietate tamen conueniunt in vnum aduerſus Dei Eccleſiam, quaſi colligatè conſpirant; vulpium caudæ nihil aliud deſignant, quàm hæreticorũ poſteriora, qui primo magna, blandia, & deceptoria poſteriora habent ligata, ideſt damnata, & ad exurentem trahentia ignem, ut illorum acta conſumant, qui ſuis ſeductionibus acquieſcunt. poſt Ieſu Chriſti aduẽtum prima ea fuit hæreſis, de qua ita meminit Euãgeliſta Ioannes*, niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis; quibus verbis multi qui Chriſtum ſequebantur, reſponderunt intra ſe murmurantes, durus eſt hic ſermo, & quis poterit eum audire, & murmurauerunt, & ex illa die abierunt retro. quid à brutis alienius, quorum nullus offendit ſuum benefactorẽ quauis uigeat innata feritate? quid turpius eſt, q̃ detrahere potẽtiæ illius, à quo puenimus oẽs, & oĩs tributa nobis eſt ſalus? quid turpius eſt, q̃ pertinaci aĩo negare apud Deum oĩa poſſe fieri; propterea cũ ſimiles iſtis nõ dubitemus eſſe blaſphemos in eos, ita protulit ſnĩam dñs Deus iuxta tertiũ Pent.* dicẽs: educ blaſphemũ extra clauſtra, & ponãt oẽs qui audierũt manus ſuas ſup caput eius, & lapidet eũ populus vniuerſus; hos.n. dijudicamus blaſphemos, q diuinę maieſtati detrahãt, aut potẽtię Ieſu Chri, aut btẽ Marię virginis, ſctõrũvè meritis; Euãgeliſta Mat-

* cap. 5
* c. 15. & de hæret. c. excómunicamus.
* c. 6. & diſ. ij. de conſec. c. prima quidẽ.
* cap 24.

* cap. 27. Matthæus*, inducens Iudaicam gentem blaſphemantem,
* ca. 5 & Io. ca. 10. ſic fatur, vah qui deſtruis templũ Dei, & ſubſequitur Lucas*, quid hic ſic loquitur? blaſphemat, quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? inſuperq; nullatenus dubitemus quin blaſphemus diiudicetur, qui Deo, beatę Marię, aut ſanctis illud negat conuenire, quod eiſdem propriũ & conueniens eſt. nec non illud tribuit, qđ eis minimè cõuenit. Sanguis enim, membrumve non conuenit Deo, ne quid humani illi adſcribatur, hinc crederetur ſenſibilis, recipiens diuiſionem, corruptibiliſvè; qui, cum ſit ubiq;, ibi tantum eſſet ubi ſiſteret pedem; qua de re iurantes p ſanguinem Ieſu Chriſti, matriſve, aut ſanctorum, nomine blaſphemiæ non mulctarentur, qui Chriſtus incarnatus eſt ex utero uirginis, & ſancti atq; beata uirgo ex ſanguine ſumpſere ſpiritum*. Cuius improbandæ ſpeciei comites ſunt ſuperbi, de quibus in hæc uerba meminit Eccleſiaſticus*, initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum receſsit cor eius, quoniã initium omnis peccati eſt ſuperbia, qui tenuerit illã adimplebitur maledictis & ſubuertet eum in finem, & dixerat quartus Pentateuchi*, anima uero quæ per ſuperbiã aliquid cõmiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, quoniam aduerſus dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo, uerbum enim domini contempſit, & præceptũ illius fecit irritum, idcircò delebitur & portabit iniquitatem ſuam. ut autem apertius demonſtretur qui dicantur uerè ſuperbi & rebelles domino, dicamus tripliciter conſiderari ſuperbiam, Primo pro quandam intelligentia ex flexibilitate naturæ, uel ex fomitis corruptione ad ſuperbiendum, quæ in hunc modum conſiderata dicitur initium omnis mali, ſicuti traditur exemplum in Euam ſeductam à ſerpente, quæ ſibi perſuaſerat ſe ſicut Deũ fore. Secundo modo ſumitur ſuperbia pro quadã generali conditione ex parte auerſionis omne & quodcunque genus peccati continente; propterea qui ſuperbiens reſiſtit principi, procul dubio cenſetur Deo reſiſtere, quia, ex Paulo ad Hebræos*, poteſtas omnis à Deo eſt. Tertio ſumit ur

* Boſſ. tit. de inquiſi. num. 129. cum ſeq. Leuit. ca. 17.
* cap. 10.
* cap. 15.
* ca. 13. & ſapient. ca. 6. & c. qui reſiſtit. 11. q. 3.

mitur ſuperbia pro quoddam propriæ excellentiæ inordinato appetitu,ut gradus,ac dignitatis,quę propriè ſpecialis eſt una ex ſeptem mortalibus peccatis; videlicet Superbiæ,Auaritiæ,Luxuriæ,Iræ,Gulæ,Inuidiæ,& Accidię; cuius eo modo ſupradicto ſumpto ſuperbiæ ſepties quadripartita reperitur: nam prima ea eſt,ut quando aliquis putat à ſeipſo ſolo ſe bonum habere; quem meritò præmonet Paulus ſecundo Corinthiorum*, in hæc verba nō quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt,omnia enim quæcunque facitis in verbo,aut in opere domini noſtri Ieſu Chriſti facite gratias agētes Deo,nam in ipſo viuimus, & mouemur, & ſumus, & ab ipſo omne donum optimum perfectum legitur deſcendiſſe. & hoc idem præmonuerat Eccleſiaſticus*, ne dicas ſufficiens mihi ſum, quicunque autem aliter ſenſerunt maledicti erunt, & maledictionibus replebuntur. Secunda ea ſpecies eſt,ut quando quis deſuper quidem datum putat,ſed tamen ex proprijs meritis, ſiue congrui,ſiue digni,ſiue condigni meriti. Cōgruum enim meritum illud dicimus, ut quando quis proponit ſibi domini mandata ſeruare,abſtinere ab illicitis,atque de præteritis pęnitentiam agere,eſt nempè congruum,ut ex hac abſoluta deliberatione fructiferam pęnitentiam is cōſequatur,qui omni conatu facit quod in ſe eſt abijciendo cuncta impedimenta,propterea quoque Deus facit illud quod in ſe eſt,videlicet exercendo pietatem, ac miſericordiam ſuam,quā ſimilibus perſonis uoluit ſemper eſſe paratam. Congrui meritum illud dicimus, ut quando iuſtus homo exorat Deum pro peccatore,cui tribuat gratiam pœnitentię, quem dignum eſt exaudiri à domino,cuius proprium eſt ſemper parcere,& miſereri, & uniuerſę eius viæ miſericordia eſt inquit pſaltes*, & quoties exaudierit Moyſen, & Eliam pręcantes pro populo,necnon pro particulari perſona nuper eſt comprobatū. Condigni meritum illud eſſe dixere, dum ea quæ illi accepta ſunt facimus recepta à Deo gratia gratum faciente; vnde poſtquam ad altare æneum coram taberna-

* c. 3. & 5. q. 4. c. quam pie.

* cap. 18.

* 25.

O culo

culo fœderis aſcendiſſet Salomon, in quo mille obtuliſ-
ſet hoſtias, ſic loquitur ex eo hiſtoria ſecundi Paralipo-
* cap. 1. menon*, ecce autem in ipſa nocte apparuit ei Deus, di-
cens poſtula quoduis,ut dem tibi; qui petijt gratiam gra
tis datam,quæ dicitur ſermo ſcientiæ & ſapientiæ,cui re
ſpondit Deus, quia hoc magis placuit cordi tuo, & non
poſtulaſti diuitias,& ſubſtantiam,& gloriam, neque ani-
mas eorum qui te oderunt, ſed nec dies vitæ plurimos;
ſapientia & ſcientia data ſunt tibi, diuitias autem & ſub-
ſtantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in Regibus
nec ante te,nec poſt te fuerit ſimilis tibi. propterea mul-
to tempore ambulauit in uijs domini, à peccatis procul
longo tempore exiſtens, quæ res dicitur gratia gratum
faciens,id eſt ea gratia quæ gratos nos Deo facit, dum ea
* Abb. in ca. cum gratia. commod. Arch. in c. Nabuchodonoſor, xxiij. q. 4. facimus, quæ ipſi domino accepta ſunt*. quo pacto & in
hanc declarationem non dubitamus intelligendum eſſe
illud quod refert Paulus ad Epheſios*, gratiā enim eſtis
ſaluati per fidem,& hoc non ex vobis, Dei enim donum
eſt, non ex operibus vt ne quis glorietur, ipſius enim ſu-
* cap. 2. mus creatura.& ita dixerat Moyſes in ſecundo Pentateu-
* cap. 34. chi*, dominator domine Deus miſericors & clemens, pa
tiens & multæ miſerationes,ac uerax,qui cuſtodis miſe-
ricordiam in millia,qui aufers iniquitatem & ſcelera, at
que peccata,nulluſq; apud te per ſe innocens eſt. cui idē
* cap. 33. dominus eodem loci*, ſic antea dixerat ego oſtendam
omne bonum & uocabor in nomine domini coram te &
miſerabor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi pla
cuerit.Tertia ſuperbiæ ſpecies ea eſt in eo qui ſe iactat eū
eſſe,qui talis non ſit, uel ſibiipſi perſuadet illud ſe habe-
* c. 2. & c. de conſtantinopolitana xxij. diſt. re quod uerè non habet, unde Paulus ad Philippenſes*;
qui cū in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt ſe eſ
ſe æqualem Deo, ſed exinaniuit ſemetipſum formā ſerui
accipiens.& dixerat ſapiēs in Prouerbijs*, qui ſe iactat &
* cap. 28. dilatat iurgia concitat. quo crimine ſeipſum uincit ira-
tus vates in pſalterio*, dicens quoniā tacui inueterauε-
* 32. runt oīa oſſa mea;quaſi dicat quia exiſtimabā me diuina-
rū legū ita obſeruantem eſſe vt non committerē quicquā

quod ſupplitio uindicandũ eſſet,propterea graues huius
criminis pœnas dedi. Quarta ea ſuperbiæ eſt ſpecies,exẽ
pli gratia ſi quis cæteris ſimpliciter deſpectis appetat ſe
videri habere quod non habet,& ab eo longe abeſt;vnde
ſi quis per ſuperbiam tanquam ſe perfectum exiſtimans,
conuentus qui per loca,& ſanctorum martyrum baſilicas
fiunt,accuſauerit; aut oblationes quæ ibidem fiunt cen-
ſuerit eſſe ſpernendas, eo crimine ſuperbiæ indubitatè
conuincitur*.quãuis.n.de noſtra ſalute indubitatã ſpem
habeamus corde contriti, nihilominus aſsiduis precibus
exorare dominum debemus, ne propter noſtram deſidiã
promiſſa uenia retractetur, vt exemplũ tradit primus Pẽ
tateuchi*, quo loci apertiſsimè demonſtratur humanæ
carni ſic eueniſſe,cui Deus pollicitus fuerat annorũ cen
tum ſupra viginti, interuallũ, vt non deleretur; ſed quia
in peccato perſeuerauit,nec debitam poſtulauit veniam,
idem dominus reſtrinxit tempus illud longum ad annos
dumtaxat centũ numero.Quam non dubitamus ſuperbiã
non lõge ab inuidia diſtare;& in libro tertio Tuſculano-
rum Cicero deſcribit ægritudinem ex alterius rebus ſe-
cundis; in quam propriè Saul inciderat, dum ex primo
Regum*, ſic conquæſtus dixerat,dederunt Dauid decem
millia, & mihi mille dederunt, quid ei ſupereſt niſi ſolũ
regnum?& propterea deſcribitur quędam arbor,cuius ra
dix eſt maleuolentia; cuius frondes ſunt Ira;cuius flores
Iriſio; cuius fructus æmulatio & detractio; cuius folia li-
uor & palor,& quẽ aſpicit deſpicit, & quẽ deſpicit inter-
ficit & corrumpit*. quinq; autem modis contingit dolor
ſiue triſtitia de alienis bonis, quorum primus eſt modus
de eo qui de alterius bono triſtatur;non quòd is conſecu-
tus fuerit illud boni,de quo naſcitur triſtitia,ſed iſtã nem
pe ratione,qa ille q̃ triſtatur caret eo bono,ut,ꝓbitate,aut
ſanctitate,q̃ oĩa inſita ſunt illi cui is inuidet, quã propre-
rea inuidiã minimè dicimus,ſed bonum zelum, unde idẽ
Cicero primo inuectio. in Catilinã,ſic ait inuidia virtute
parata,gloria,nõ inuidia putáda eſt. & meminit quartus
Pentat.* ecce ego do ei pacem fœderis mei,& erit tã ipſi,q̃

* c.ſi quis per ſuperbiã. 30. diſt.

* c.5.in fi.cũ ſeq.c.7. & de pœnit. diſt.j. c prædixerat. & 22.q.4 ca. nouit dominus.& c. incõmutabilis.

* cap.18.

* Arch in ca. alias. 25. diſt.

* cap.25.

ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo. & ſubdit Paulus primo Corinthiorum*, & uos æmulatores eſtis ſpirituum ad ædificationem eccleſię, quærite ut abundetis. Secundus eſt modus, quo de alterius temporali bono aliquis triſtatur ex eo, quia is qui potitur ipſis bonis videtur ſibi illis indignus; quam propriè inuidiam dicimus; cuius fuit ratio, quia temporalia bona, quæ indigno homini proueniunt, altera de duabus cauſis proueniunt, aut ad correctionem, aut ex pertinacia eius ad perpetuum interitum: qua de re ſic præmonuit nos ſapiens in prouerbijs*: non zeles gloriã & opes peccatoris, non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio, cui adijce eundem Ciceronem in tertio Tuſculanorum, omnes cum ſecundæ res ſunt, tum maximè ſecum meditari oportet quo pacto aduerſam ęrumnam ferat. Tertio & ultimo modo oritur triſtitia de alterius bono propter temporalia, uel ſpiritualia bona, in quibus proximus præpotens eſt; quo etiam caſu hanc aperti iuris eſt improbandum ſcelus eſſe, exemplo Cain, qui occidit fratrem ſuum Abel, ad cuius dũtaxat munera Deus reſpexerat: vnde idem ſapiens in prouerbijs*, vir qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egeſtas ſuperueniet ei. in quam rem ſubdit canonica conſtitutio*, & ait qui primatum quærit in terris, inuenit confuſionem in cœlo. ſi igitur uis perfectus eſſe, certusq́; fieri te domi tuæ placide vitam perducturum, fac quod docet vates in pſalterio*: noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris ſuper facientes iniquitatem, quoniam tanquã fęnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decident, ſpera in domino & fac bonitatem, & inhabita terram, & paſceris in diuitijs eius, & ſeq.

* cap. 14.

* c. 9. & de pœnit. diſt. iij. c. quid ergo. & c. cauẽdi, ubi Arch. & cap. ſunt ij. xlvij. diſt.

* c. 28 & c. q̃pio. xxiij q. 4.

* xl. diſt. c. ſi.

* 37.

NEC IVRES VANA PER IPSVM.

Et ita ſibi uoluit iuxta tertiũ Penta.* nõ pollues nomẽ Dei tui. & in quinto eiuſdem Pent.* idem recenſet pręceptũ cum cõminatione, dicẽs, non erit impunitus qui ſup

* c 19. Exod. cap 20.

* cap. 5.

re vana nomen eius aſſumpſerit; innuẽs cũ oĩ reuerentia nobis accedendum eſſe ad eius altare, ubi ſuadeat neceſſitas, optimeq; perpendendam eſſe cauſam, locum, tempus, & omnem denique debitam rationem, quæ ſuadeat nos ad huiuſmodi ſuſcipiendum iuramentum; propterea iurantes erroneæ cenſemur uana iuraſſe, de quo ita meminit Euangeliſta Matthæus*, uæ uobis duces cæci, qui dicitis quicunque iurauerit per templum nihil eſt, qui autem iurauerit in auro templi, debitor eſt, ſtulti & cæci, quid enim maius eſt, aurum, an templum quod ſanctificat aurum? & quicunque iurauerit in altari nihil eſt, quicunque autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud debet; cuius erroneitatis fuit ratio, quia Iudæi non debuere in ſuperficie differentiam conſtituere, uidelicet utrum templum auratum eſſet, quia per quancunq; præſentem rem iurauerimus, ſemper tacitò intelligimur uti re illa præſenti prout Dei eſt, & Deus eſt in illa ipſa per eſſentiam; & per præſentiam; & per potentiam; de quo p aſſentiam ſic loquitur Propheta Iſaias*, cœlum eſt thronum ſiue ſedes Dei, & terra ſcabellum pedum meorum. eſt autem Ieroſolymis ſpecialiter per præſentiã vbi Euãgeliſta Matthæus*, proteſtatur neque iurandum per Ieroſolymam, quia ciuitas magni Regis eſt, & ſui regiminis prouidentia ibidem præſens eſt. & ita mandauit obſeruari iuxta ſecundum librum Pentateuchi*, dicens, facientq; mihi ſanctuariũ, & habitabo in medio eorum iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi. Per potentiam Deus eſt vbiq;, & per conſequens in templo præſens eſt ſiue aurato, ſiue non; hinc idẽ Euangeliſta ſubdit hominem non poſſe mutare colorem capillorũ ſuorũ, tanquã ſolius diuinæ cuſtodiæ cuncta fuerint reſeruata. de quo pſaltes*, ſi aſcendero in cœlũ tu illic es, ſi deſcendero in infernũ ades. Eſt igitur iuramentũ aſſertio vel negatio de aliquo licito poſsibili & honeſto ſacræ rei atteſtatione firmata. Licitũ aũt multis modis contingit*. Primo ex perſona q̃ iurauit, necnõ ex perſona cui iuratur; minor. n. annis quatuordecim, tametſi de uiſu teſtificari poſsit, non tamen cogi

* c. 23. & 22. q. 1. c. animaduertendum.

* c ſi. gl. ĩ cle. 1. de reliq. & uener. ſancto.

* cap. 5.

* ca. 25. pſal. 131.

* 139.

* gl. in ſumma. 22. q. 4. & 22. q 5. c. honeſtũ cũ ſeq.

cogi poteſt ad ſuſcipiendum iuramentum, quod ſi in omnem euentum ſuſcipiatur non obligat. neque licitum eſt iuramentum ex perſona eius cui iuratur, quia clerici nō debent iurare coram eccleſiaſtico iudice, cui ſubijcere ſe nequeunt. Secundo loco ex re pariter duplici modo illicitum dicitur; primo ſi res quæ iuratur illicita fuerit, vt occidendi hominem, quod eſt aduerſus diuinam legem, quam nemo cogitur aut impugnare, aut eam quouis modo violare; ſecundo modo ex re illicitum dicitur iuramētum, ſi res per quam iuratur non ſacra fuerit. Tertio ex fine illicitum cenſetur, vt ſi non ſuo iudici iuretur. Quarto ex cauſa illicitum redditur, vt ſi iuretur pp inſtantem populi clamorem. Quinto loco ex modo iuramentum illicitū cenſetur, vt ſi temerè, vel indiſcretè iuretur. Sexto & vltimo ex tempore illicitū redditur ab aduentu vſque ad octauā epiphaniæ; necnon à ſeptuageſima vſq; ad octauam paſchæ, & ſub quatuor anni tēporibus; quibus adijce tempus præcum, ſiue rogationum faciendarū, atq; omnes dominicales & ſolemnes dies, niſi illis temporibus contingeret fieri pacem; quarum rerum rationem adducit ſupradictus Euangeliſta eodem loci dicens, ſit aūt ſermo veſter eſt eſt, non non, quod aūt his abundantius eſt à malo eſt, hoc eſt præſtat nobis occaſionē mali propter hominū incredulitatē, & quandam famæ proximi diminutionem, ex ignorantia nempe facto primi hominis nobiſcum annexa, qua alterius non ualemus præſcire propoſitum; hinc eius aſsiduitatē interdixit Eccleſiaſticus*, iurationi non aſſueſcat os tuum, & vir multum iurans implebitur iniquitate. cuius inſuper liciti iuramenti quoddam eſt licitum expediens. quoddam verò licitum non expediens eſt. licitum & expediens illud eſt quod promouet hominē ad melius, eumdemq; in omni caſu obligat, qui enim agunt bona, ſi meliora agere deliberant, & poſt deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perſeuerent, in conſpectu Dei tamen exciderunt*. illud uero licitum non expediens dicimus, quod promotionem ad melius impedit; ſi. n. quis iurauerit ſe fieri nolle Epi-

* cap. 23.

* 17. q. 1. ca. qui bona.

ſcopum, qui tamen vtilis & neceſſarius populo fuerit, cũ nullus reperiatur dignior, tunc nullo iure tenebitur ad obſeruantiam iuramenti prædicti; neque ſequitur illud dicendum, is diſcretè iurauit, & omnes debitas qualitates facti conſiderauit, ergo debuit iuramento obligatus permanere; cuius rei fuit ratio, quia per iuramentũ quauis cauſa licitum, non eſt aduerſus publicam utilitatem impediendum maius bonum, quæ nempè ſuadet nos vt diligentiores ac doctiores Epiſcopos, & rectores ſemper eligamus; aut ſi fieri non poſsit huiuſmodi collatio abſque ſcandalo, tunc virtute iuramenti is permanebit obligatus; quo iure nec non tenebitur ſi ad id muneris æquè prudens & doctus homo reperiatur; & hoc eſt quod ſibi vult Paulus primo Corinthiorũ*, omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt; quamuis Ioſue, vt in primordio eius hiſtoriæ legitur*, fuiſſet iuſſus deuaſtare cuncta bona promiſsionis terrã occupantium, eoſdemque cunctos detentores interficere, & ne unum quidẽ comprehẽdere & viuum ſeruare, nihilominus pollicitã fidẽ per exploratores à ſeipſo ad promiſsionis terrã cõſiderãdã miſſos, mulieri meretrici cõſeruare voluit, q̃ ex vrbe Iericho dimiſerat eos incolumes. ſic quoq; nulla publica vtilitate repugnãte, ĩpunèq; iniuit pacẽ cũ Gabaonitis iureiurando, quã eodẽ uinculo prĩcipes multitudinis cõfirmarũt; q̃a uero pſuaſerãt ipſi ſe ex lõginquis & remotioribus regionib' venire, detecta ueritate eos de terra ꝓmiſsionis fuiſſe, nolẽs uiolare iuramẽtũ, ſed tm̃ pp eorũ fidẽ mẽtitã cõſtituit ad natatoria vt portarẽt ligna ad ſacrificia. Honeſtas inſup reqrit in iuramẽto, nõ.n.oẽ qđ licet honeſtũ eſt, qua de re fit ut honeſtatis rõne tollerabili' ſit nõ exequi ꝓmiſſa; q̃ minimè debuit exeq̃ Herodes Rex, cuius filia petierat caput Ioãnis Baptiſtæ*. nec ĩprobãdus eſt Rex Dauid, q, ut legit̃ in primo Regũ*, nõ obſtãte iur̃o noluit sãguinẽ effundere, q maior fuit pietas nõ ulciſci de inimicis, q̃ temere cõceptũ iur̃m sãguinis effuſione obſeruare. Sacræ rei atteſtatione firmata, quã declãramus euãgelicũ librũ. quamuis.n.iuxta p̃dictũ Euãgeliſtã Matthæũ, dictũ profitea-

* ca. 10. Arch. in c. 3. 86. diſ. Abb in ca. ueniente de iureiur.
* c. xx. & c 6. & c. 9. & c. 21. in ſi. Deut. c. xx.
* cap. unuſquiſq; . 22. q. 4.
* cap. 25. & c. quod Dauid cũ duob. ſeq. 22. q. 4.

profiteamur non iurandum, omnino neque per cœlum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum pedum eius eſt, tantummodo impediens iurare omnino, hoc eſt ex omni & leui cauſa, loco, aut tempore inconſiderato, innuens nobis ſe ubique ſemper eſſe. nihilominus eà ratione ſancitum eſt iurandum eſſe per Deum ſolum, atque tangendam eſſe ſcripturam more Chriſtianorum ſcriptam vt intelligatur, ne fortè idiote homines & inſcij, in deteſtabile idolatriæ facinus inciderent, putantes fore terram & creaturas adorandas, ſi iurandi is obſeruaretur modus, & ita legimus dominum mãdaſſe obſeruari ex libro quinto Pentateuchi*, dominum Deum tuum timebis, & ei ſoli ſeruies, ipſi adhærebis, iurabiſq; in nomine illius, ipſe eſt laus tua & Deus tuus. qui dominus Deus, quoniam habuit neminem per quem iuraret maiorem, iuxta primũ Pentateuchi*, iurauit per ſemetipſum; quem, quia ſemper diſcretè iurauerat, nunquam, præcedente iuramento niſi noſtri culpa, pœnituiſſe non dubitamus. propterea optimum iurandi docuit modum Ieremias*, iurabis viuit dominus in iudicio, veritate, & iuſtitia. in veritate enim iurandum nobis eſt, qa propria niti conſcientia debemus ne mentiamur Deo, qui eſt ueritas infallibilis. in iudicio, hoc eſt in diſcretione, æquum ab iniquo ſegregantes, ac perpendentes quid rei nos moueat ad ſuſcipiendum iuramentum, hinc cautum eſt minorem quatuordecim annis iuramento non obligari, in quo nulla cadit animi diſcretio*. in iuſtitia, quod eſt generale nomen, cui omnes iuramenti qualitates rectè conueniunt, qua de re fit vt quotieſcunque veritas, ac totius facti alieni etiam qualitas pateat nobis, tunc & eo caſu indubitatè teneamur omnino ſuſcipere iuramentum, atque ex eo omnem detegere ueritatem & facti qualitatem; ne, ſi ſecus faceremus, per nos propterea proximus lęderetur, cui in foro poli, atq; in foro fori teneremur omne reſarcire damnum, ex vulgari regula damni dans cauſam, damnũ dediſſe videtur*. quam antea ſententiam docuerat nos lex domini ex tertio Pent.*

* c. 10. & c. 6. Ioſue. ca. 23. Abb. in c & ſi Chriſtus. de iureiu. & 22. q. 1. c. conſideret. & 3. q. 9. ca. hortamur.

* ca. 12. & ad Hebręos. c. 6.

* cap. 4.

* xxij. q. 5. ca. paruuli cum ſeq.

* c. damnũ de reg. iur. in 6. & 11. q. 3. cap. quicunque cũ ſeq.

* cap. 6.

ſi peccauerit anima, & audierit uocem iurantis, teſtiſq; fuerit quod aut ipſe uidit, aut conſcius eſt; niſi indicauerit portabit iniquitatem ſuam. cui fraternizans adijce uotum, quamuis ex ſua ratione magis obligatorium ſit, quàm iuramentum; nam uoti obligatio cauſatur ex fidelitate, quam Deo debemus promiſſa ſoluere tua. Iuramenti autem obligatio cauſatur ex reuerentia, quam illi debemus, ex qua illud uerificare tenemur quod per eiuſdem promittimus nomen; nanque omnis infidelitas continet irreuerentiam, ſed nō conuertitur*, & ratione preuentionis, ſi precedat licitum iuramentum, deindeq; ex eodem fonte ſubſequatur uotum, tunc iuramentum ſeruandum eſt potius quàm uotum; quod deſcribitur alicuius boni cum deliberatione facta promiſſio, à ueteribus deductum; nam Philiſthçis percuſſis à domino in natibus, quia eiuſdem arcam detinuere captiuam, ita meminit primus Regum*, Philiſthçis ſacerdotes cōſulentibus, & reſpondentibus; ſi remittitis arcam Dei Iſrael nolite dimittere eum uacuam, ſed quod debetis reddite ei pro peccato, & tunc curabimini, & ſcietis quare nō recedat manus eius a uobis; quibuſmet interrogātibus quid reddere deberent, adhuc reſponderunt ſacerdotes, iuxta menſuram prouinciarum Philiſthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos, quia Plaga una fuit omnibus uobis, & Satrapis ueſtris, & facietis ſimilitudines anorum ueſtrorum, & ſimilitudines muriū qui demoliti ſunt terram, & dabitis Deo Iſrael gloriam. eos enim dominus percuſſerat in ſecretiori parte natiū & ebullierunt uillę & agri in medio regionis, & nati erant mures, & mortis cōfuſio magna fuerat facta in ciuitate Azotus, quę fuerat ciuitas Paleſthinę in Tribu Dan; quā ut refert hiſtoria Ioſue*, idē capit; ac Tribui Iudę ſorte ceſſit, & antea gigantes inhabitauere. pariter ad huius uoti concipiēdam obligationem tradita ſunt tria requiſita; propoſitū; deliberationē; & tertiū promiſſionem. propoſitū eo diximus, quia debemus imprimis nobis proponere in animo, & huic delectationi aſſiſtentes,

* Arch. in c. quidā iuramē p cum. 22. q. 1. & 27. q. 2. ca. de uidua.

* ca. 5. & ſeq.

* c. 11. & ca. 15.

ut Deo uoueamus. Deliberatio ſecundum eſt requiſitũ, q̃ dicitur quędam ſtipulatio declarans animũ in mente retentum, atque conſumatus conſenſus poſt delectationẽ prorumpens, quæ antea fuerat nudum pactum efficacem non producens obligationem, & ita dixerat quintus liber Pentateuchi*, quod autem ſemel eſt egreſſum de labijs tuis obſeruabis, & facies ſicut ꝓmiſiſti domino Deo tuo, & propria uoluntate, & ore tuo locutus es. cui adijce quartum eiuſdem Pentateuchi*, mulier, inquit, ſi quiſpiam uouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui & in ætate adhuc puellari, ſi cognouerit pater uotum, quod pollicita eſt, & iuramentum quo obligauit animam ſuã, & tacuerit, uoti rea erit; ſin autem ſtatim ut audierit, contradixerit pater, & uota, & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſpõſioni; ſi maritum habuerit & uouerit aliquid, & ſemel de ore eius uerbum egrediens animam eius obligauerit iuramento, quo die audierit vir, & non contradixerit uoti rea erit, reddetq; quodcunque promiſerat. nã cũ quatuordecim annorũ pupilli, quos lege dñi declaramus annorũ uiginti & intra, & uidebimus propterea non fuiſſe reos murmurationis propter exploratores miſſos ad conſiderandã promiſsionis terrã. nã à uiginti annis ſupra tanquã animi iudicium habentes periere in deſerto, perfectũ animi iudiciũ non habeant, tũ ẽt propter patris reuerentiam, quam fœminę, ac uxores etiam adultæ debẽt maritis ſuis, niſi præcedente, aut ſubſequente patris aut mariti cõſenſu minimè obligati permanebunt. Promiſsio tertium eſt requiſitum poſt deliberationem & firmũ propoſitũ ſubſequens; namq; ſi Deo pollicemur propriam animam, aut corpus, uel quiduis arbitrio promittentis, ſub conditione tamen conſuetum firmari, uidelicet ſi uouens conſecutus fuerit illud, cuius occaſione inductus eſt ad uouendũ, ut ex primo Regum*, ita obſeruauit Anna ſterilis exiſtens, quã uouit Deo filiũ quẽ pareret. & vt legitur in ſecundo Regũ*, Abſalon dixerat in hũc modũ ad Regẽ Dauid uadã & reddã vota mea, quæ voui dño in Hebron, uouit

* c. 23. in fin.

* c. 30 & glo. in c. dixit 14. q. 5. Arch. in c. 1. de regula. in 6. & in ca. noluit. 32. q. 5. & c. qui bona. 17. q. 1.

* cap. 1.

* ca. 15. & in Numeris. ca. 24.

uit enim ſeruus tuus cũ eſſet in Ieſſur Syriæ, ſi reduxerit me dominus in Ieruſalem, ſacrificabo domino; tunc illud neceſſario ſequitur dicendum, ut ceſſante ea ratione & cauſa, qua inducti fuerimus ad uouendum, uoti quoque ceſſet obligatio: quæ arbitrio ſacerdotum regulari conſueuerat, utrum rectè fuerit conceptum, relato caſu, qui nec non non taxatum munus à uouente, illud taxare conſueuere; poſsibile propterea, honeſtumve an eſſet, cũ irrationabilia animalia uoueri conſueuiſſent; reddi quoque iuxta illarũ ęxtimationem ſi, ut, de his meminit tertius Pentateuchi*, præciſè haberi non potuiſſent iuxta difficultatem uouentis habita ratione perſonarũ, ſexus, ætatis, conditionis, ac gradus. hinc deliberationem requirendam propoſitũ eſt, quia ſi calore iracundiæ quis uouerit, non prius ratum erit uotũ, q̃ ſi perſeuerantia appareat animi iudiciũ adfuiſſe*. quæ nempè uera non dubitamus, ſi calor iſtę originem duxerit ex cauſa p̄cedẽti; nã ſi quis ludo aleæ; aut cuilibet improbatæ rei deditus & ſępius dans operam, multoties intra ſe cogitauerit fieri nõ poſſe, ut à diuini numinis offenſione abſtineat ob innumeras detractiones Dei ac blaſphemias, Deo uouerit ſub calore iracũdiæ, ſe uidelicet deinceps nõ luſurũ pſpiciẽs cauere non poſſe à maledictis; quãuis ſub calore iracundię uouerit, nihilominus quia cauſa traxit originẽ de p̄terito, in hunc modũ calore iracundiæ uouens obligatus permanebit. & hoc ſibi uoluit Eccleſiaſticus*, dicẽs ſi q̄d uouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet. n. ei infidelis & ſtulta promiſsio, ſed quodcunq; voueris redde, multoq; melius ẽ nõ uouere, q̃ poſt votũ ꝑmiſſa nõ reddere necnõ ĩ prouerbijs*, ruina eſt homini deuotare sãctos, & poſt uota retractare. ppea minimè abſonũ ẽ vouere sãctis. eorũdẽq; imagines affigere, qũo illorũ fidẽ (qua uicerũt regna, operati sũt iuſtitiã, adepti sũt repromiſsiones) libẽtiori aĩo ſuſcipiam', ipſoſq; uelut iã ppetuos filios Dei fratres & cohęredes Chriſti, ac sãcti ſpiritus tẽpla honoremus, quos iõ laudare ac bñdicere iuſsi ſumus; quorsũ vt refert prim' Pẽt*. memorabilẽ vitã Noe & Abrahã uiri ſuſ

* cap. 6.

* l. quicquid calore. ff de reg. iur. Arch. in ca. procliuus. 20 q.

* ca. 5. Arch. in c. ſunt qui. 17. q. 4. Io. an. in Rub. de uoto in 6.

* cap. 20.

* c 6. & c. 11.

ti ac timorati commemoramur, quem dicimus credidiſſe & reputatum illi ad iuſtitiam, deindeq; operatum eſſe, cum proprium & vnigenitum ſuum charitate Dei duxit ad imolandum, niſi ut doceamur ſic oportere nobis fieri cupientibus æternam ingredi uitam? nec ab re dixerat Eccleſiaſticus*, laudemus uiros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. & paulò inferius ſubdit, corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorũ uiuit in generationem & generationem, ſapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet eccleſia, Henoc placuit Deo & translatus eſt in paradiſum, ut det gentibus patientiam & reliqua. ſi enim in hoc præſenti ſeculo iuſſi ſumus præcari ac exorare iuſtos uiros, quorum precibus millies legimus in ueteri lege particulares homines, necnon uniuerſum mundum ab ira domini & peſsimis iudiciis ſuis exéptos fuiſſe; cui dubiũ eſt eorũdem preces ad dominum tanto magis non prodeſſe poſteaquàm, exuti corpore, meruere, æterna aſſequi præmia, atque diuinitate adeo imbuti ſunt, ut deinceps labi nequeant? cum antequam carnem humanam dimittant omnes & quicunque quamuis grati & accepti Deo, ualde ſint proni ad peccandum ſepties in die; proptereaq; ea facilitate non exaudiantur à domino pro nobis exorantes.

* ca. 44 cum ſeq.

SABBATA SANCTIFICES.

Sabbatum hæbraica dictio eſt, latinè ſonans diẽ quietis, cum opere cuncto & huius mundi uniuerſa machina dierum ſex ſpatio peracta, Deus ipſe ſeptima die quieuit, nobis mandans ut in hanc memoriam ab omni ſerui li opere ſeptima die abſtineamus, nec non à peccatorum nexibus præcipuè agnoſcentes; ab ipſo ſolo progenitos ac redemptos fuiſſe; propterea ulterius obſeruari manda uit iuxta ſecundum Pentateuchi*, dicens cuſtodite ſabbatum meum, ſanctum eſt enim uobis, qui polluerit illud,

* cap. 31 & c. 20. & Geneſ. cap 2. Ezech. cap xx.

Iud, morte morietur, qui fecerit in eo opus peribit anima eius de medio populi ſui, ſex diebus facietis opus, in die ſeptimo ſabbatum eſt, requies ſancta domino, omnis qui fecerit opus in hac die morietur, cuſtodiāt filij Iſrael ſabbatum & celebrent illud in generationibus ſuis, pactum eſt ſempiternum inter me, & filios Iſrael, ſignumq; perpetuum, ſex enim diebus fecit dominus cœlum & terram, in ſeptimo ab opere ceſſauit; hunc autem diem præciſum ſabbati patres noſtri in ſequentem tranſtulere, quem appellamus Dominicam, Iudæi vero primam ſabbati, ſucceſsiueq; ſecundam ſabbati, quam nos diem lunæ appellamus, ne iudaizare atque unam & eandem diē cum Iudæis uenerari ac obſeruare uideremur*. adhuc ſacri canones hanc dominicalem diem diei ſabbati ſubſtitui ac diſtuli uoluere, vt is uenerationis ordo ac memoria nempè obſeruaretur, ſed in memoriam paſsionis & reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ facta eſt ea die*. quod nec propterea domini expreſſum mandatum duxere canones uiolandum, quia præciſa diei ſabbati obſeruatio ad naturales mores minimè tendit, ſed tantummodo ad ceremonialia; ut ex ſecundo Pentateuchi*, in hæc uerba colligitur, memento ut diem ſabbati ſanctifices, ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die ſabbatum domini Dei tui eſt. ſumentes enim argumentum ab ætymologia uocabuli, nihil aliud erit dijudicandum, quàm ut nomen & dictio hæc ſabbati ſignificet diem quietis; ſicuti non aliter exponendum eſt ex uerbis & ſententia domini in tertio libro eiuſdem Peutateuchi*, à quintodecimo ergo die menſis ſeptimi quando congregaueritis omnes fructus terræ ueſtræ, celebrabitis ferias domini ſeptem diebus, die primo, & die octauo erit ſabbatum, id eſt requies. In quam rem ſubſequitur in quinto eiuſdem Pentateuchi*, ſeptimus dies ſabbati eſt, inquit, ideſt requies domini Dei tui. & antea dixerat in ſecundo, quem diximus Exodum*, in die ſeptimo ſabbatum eſt, requies ſancta domino. quibus autoritatibus indubitatè apparet ſumendam eſſe hanc dictionem

* quartus Eſd. cap. 6.

* de conſecr. diſ. 3. c. ſabbato. & c. peruenit.

* cap. 20.

* cap. 23.

* cap. 5.

* cap. 31.

nem ſabbatum pro ſeptima deſcripta die hebdomadæ, nulla nempè præciſæ diei habita differentia ac mẽtione, utrum uidelicet uellit id eſſe ultimam diẽ, hebdomadæ per ordinem deſcriptæ; quia ſecundũ totius anni ordinarium curſum minimè fieri poteſt ut quælibet dies prima mẽſis, uel octaua, quolibet anno obueniat in ſeptima die hebdomadæ, hoc eſt in ſabbato. propterea ſacri canones minimè repræhenſione digni ſunt ad placitum aſsignantes dño intra hebdomadam diẽ quietis, nulla habita conſideratione ad eã præciſam ſeptimã diẽ quã obſeruãt Iſraelites. At quia pter iſtud ſabbatum, necnõ & cęteros domini Dei mandato ſolemnes dies, quorũ numerus infra patebit; adhuc Iſraelites prædicti ſibi ſelegere nonnullos dies, quorũ trãſgreſsio ex eorũ canonico iure nefas fuit. habent.n. diem ieiunij ſeptima die menſis Iunij, habita tamen ſemper ratione ad principium nouilunij, qua die menſis incipit, quo die Ieiunij nihil prægustant uſque ad ſolis occaſum ob memoriã fractionis duarum tabularum ea die per manum Moyſi cum deſcendit de monte Sinai, & uidiſſet expectãtem populũ Iſrael peccatum idolatriæ in uitulo commiſiſſe. habent & alios non ſolemnes, dominive mandato dies non indictos, in quibus exultauere, & una cum muſicis per ſeptem dies continuos epulabantur, ac ut meminit tertius Eſdræ*, læti uixere. habent & alia canonica ieiunia quæ pro tempore obſeruant; de quibus in hæc uerba meminit Propheta Ezechielis*, hæc dicit dominus exercituũ, Ieiuniũ quarti, & Ieiuniũ quinti, & Ieiunium ſeptimi, & Ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudiũ & lætitiam & in ſolẽnitates pręclaras uerita tẽ tantũ & pacẽ diligite. cuius rei ratio fuit ut eatus animus, appetituſq; carnalis extingueretur ductus ad pęnitentiã pteriti exitus & magnaliũ rerũ nõ immemor. Nãq; Ieiunium quarti menſis obſeruari cõſuetum die decima ſeptima refertur à ueteribus fuiſſe indictum populo Iſrael, quia quinque euenere ea die; primum eſt quia Moyſes fregit pręd ictas duas tabulas in quibus fuerat lex ſcripta; ſecundum eſt quia impedita fuere ſacrificia ſub primi

* c.4. Iſai. ca. 1. Eſther. & Iudit. cap. 8.

* cap. 8.

mi templi deſtructione; tertium fuit quia ea die aperta fuit Ieroſolyma ciuitas in deſtructione ſecundi templi: quartum fuit quia Apoſtumius Rex igni tradidit totam legem: quintum fuit quia ea die idemmet Rex ſtatuit in templo idolum. Ieiunium quinti menſis nona die antea indictũ per Prophetam Ieremiam*, eo memoriale eſt qa primo & ſecundo ea die fuerat deſtructum templum domini, & poſt multos annos ea die famoſiſsima hebræorũ ciuitas Bitter fuit capta, ac eorumdem ingens numerus gladio perijt, inſuperq; ſanctus ſanctorum perijt, ac poſtremo totus templi circuitus fuit aratro ſubiectus. Ieiunium ſeptimi menſis die uero tertia refertur indictũ ob memoriã Ghedaliæ filij Micam hebræi, qui fuit magnus uir & potens inter eos. Ieiunium decimi menſis die decima eo celebratur ac memoriale eſt, quia Nabuzardan Princeps exercitus militiæ Regis Babylonis, ut legitur in quarto Regum*, incæpit obſidere Ieroſolymam ciuitatem. poſtremò obſeruant ac uenerantur diem uictoriæ Iudith*, vigeſimaquinta die menſis noni quem Nouembrium dicimus, de quo ita fatur hyſtoria, dies autem uictoriæ huius feſtiuitatis ab Hebræis in numero ſanctorum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore in præſentem diem. propterea his, atque euidentioribus rationibus, ac exemplis moniti ſacri canones quotidie in diuerſis totius reipublicæ Chriſtianæ locis commemorantũr plures feſtos dies, quos decem numero canonicæ legis præcepta appellant.

* cap. 39. & c. 52.

* c. ſi. Ierem. cap. ſi.

* cap. ſin.

Obſeruare Ieiunium.
Feſtum colere.
Miſſam audire.
Decimas ſoluere.
Confiteri ſemel in anno.
Proprio ſacerdoti.
Non comedere carnes certis diebus.
Abſtinere in die Ieiunij à quibuſdam cibis.
Nuptias certo tempore non fieri.

Matrimo-

nem ſabbatum pro ſeptima deſcripta die hebdomadæ, nulla nempè præciſæ diei habita differentia ac mētione, utrum uidelicet uellit id eſſe ultimam diē, hebdomadæ per ordinem deſcriptæ; quia ſecundū totius anni ordinarium curſum minimè fieri poteſt ut quælibet dies prima mēſis, uel octaua, quolibet anno obueniat in ſeptima die hebdomadæ, hoc eſt in ſabbato. propterea ſacri canones minimè repræhenſione digni ſunt ad placitum aſsignantes dño intra hebdomadam diē quietis, nulla habita conſideratione ad eā præciſam ſeptimā diē quā obſeruāt Iſraelites. At quia pter iſtud ſabbatum, necnō & cęteros domini Dei mandato ſolemnes dies, quorū numerus infra patebit; adhuc Iſraelites prædicti ſibi ſelegere nonnullos dies, quorū trāſgreſsio ex eorū canonico iure nefas fuit. habent.n. diem ieiunij ſeptima die menſis Iunij, habita tamen ſemper ratione ad principium nouilunij, qua die menſis incipit, quo die Ieiunij nihil prægustant uſque ad ſolis occaſum ob memoriā fractionis duarum tabularum ea die per manum Moyſi cum deſcendit de monte Sinai, & uidiſſet expectātem populū Iſrael peccatum idolatriæ in uitulo commiſiſſe. habent & alios non ſolemnes, dominive mandato dies non indictos, in quibus exultauere, & una cum muſicis per ſeptem dies continuos epulabantur, ac ut meminit tertius Eſdræ*, læti uixere. habent & alia canonica ieiunia quæ pro tempore obſeruant; de quibus in hæc uerba meminit Propheta Ezechielis*, hæc dicit dominus exercituū, Ieiuniū quarti, & Ieiuniū quinti, & Ieiunium ſeptimi, & Ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudiū & lætitiam & in ſolēnitates pręclaras ueritatē tantū & pacē diligite. cuius rei ratio fuit ut eatus animus, appetituſq; carnalis extingueretur ductus ad pęnitentiā pteriti exitus & magnaliū rerū nō immemor. Nāq; Ieiunium quarti menſis obſeruari cōſuetum die decima ſeptima refertur à ueteribus fuiſſe indictum populo Iſrael, quia quinque euenere ea die; primum eſt quia Moyſes fregit pręd ictas duas tabulas in quibus fuerat lex ſcripta; ſecundum eſt quia impedita fuere ſacrificia ſub primi

* c.4. Iſai. ca. 1. Eſther. & Iudic. cap. 8.

* cap. 8.

mi templi deſtructione; tertium fuit quia ea die aperta fuit Ieroſolyma ciuitas in deſtructione ſecundi templi: quartum fuit quia Apoſtumius Rex igni tradidit totam legem: quintum fuit quia ea die idemmet Rex ſtatuit in templo idolum. Ieiunium quinti menſis nona die antea indictũ per Prophetam Ieremiam*, eo memoriale eſt qa primo & ſecundo ea die fuerat deſtructum templum do mini, & poſt multos annos ea die famoſiſsima hebræorũ ciuitas Bitter fuit capta, ac eorumdem ingens numerus gladio perijt, inſuperq; ſanctus ſanctorum perijt, ac poſtremo totus templi circuitus fuit aratro ſubiectus. Ieiunium ſeptimi menſis die uero tertia refertur indictũ ob memoriã Ghedaliæ filij Micam hebræi, qui fuit magnus uir & potens inter eos. Ieiunium decimi menſis die decima eo celebratur ac memoriale eſt, quia Nabuzardan Princeps exercitus militiæ Regis Babylonis, ut legitur in quarto Regum*, incæpit obſidere Ieroſolymam ciuitatem. poſtremò obſeruant ac uenerantur diem uictoriæ Iudith*, vigeſimaquinta die menſis noni quem Nouembrium dicimus, de quo ita fatur hyſtoria, dies autem uictoriæ huius feſtiuitatis ab Hebræis in numero ſanctorum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore in præſentem diem. propterea his, atque euidentioribus rationibus, ac exemplis moniti ſacri canones quotidie in diuerſis totius reipublicæ Chriſtianæ locis commemorantur plures feſtos dies, quos decem numero canonicæ legis præcepta appellant.

* cap. 39. & c. 52.

* c. 8. Ierem. cap. 8.

* cap. fin.

Obſeruare Ieiunium.
Feſtum colere.
Miſſam audire.
Decimas ſoluere.
Confiteri ſemel in anno.
Proprio ſacerdoti.
Non comedere carnes certis diebus.
Abſtinere in die Ieiunij à quibuſdam cibis.
Nuptias certo tempore non fieri.

Matrimo-

Matrimoniale debitum certo tempore non reddi.
Obſeruare ieiunium, quod feſti ſubſequentis præparatorium immediatè dicimus, ad hoc nempè ut ſobriè & caſtè uiuentes, magis grati ac accepti Deo efficiamur. vnde Eccleſiaſticus*, non apparebis ante conſpectum domini uacuus, hæc enim omnia propter mandatum Dei fiant, oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu altiſsimi, ſacrificium iuſti acceptum eſt, & memoriam eius non obliuiſcetur dominus. domita. n. caro, quod per abſtinentiam euenit, humiles nos reddit atque remotos ab omni diabolica tentatione, ad cœleſtẽ contemplationem conuocans; & propterea ſic fatur Ezechielis*, ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia; & quam Niniuitarum abſtinentia, qui, niſi triduo una cum brutis ieiunaſſent, minas domini non euaſiſſent, ſalutaris fuerit, demonſtrat liber Ionæ prophetæ. cum, ut legitur in ſecundo Pentateuchi*, Moyſes nuntius Dei, eundem alloqui, & pro nobis uitam poſtulare uoluiſſet, ieiunus fuit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtremoq; obtinuit, qui in percuſsione Aegyptij deſignauit paſtorem eccleſiæ Petrum, Aegyptium diſpenſatione Dei occidit, natiuitate, repulſione, ac inuentione Chriſtum præfigurauit, quem quadraginta diebus & quadraginta noctibus quoque ieiunaſſe conſtat; hinc, vt eiuſdem, ſanctorũ nec ne uita cæteris uiuendi ſit norma, ſacri canones induxere quoſdam continuos dies numero quadragintaſex, quos appellat vulgus quadrageſimales dies; in quibus & eo tempore ab eſu carnium, caſei, ouorum, & buthiri cũ ieiunio, cuncti fideles iuſsi ſunt abſtinere, præter tamen interpoſitos ſex dominicales dies, quos de abſtinentia ieiunij uoluere ſelectos, ut à cæteris diebus diſtari ſignificarentur. unde uno & eodem tẽpore duplici officio fungimur. primum illud eſt, quia omnium totius anni dierũ decimam Deo damus, quæ iuſta ueram ſupputationẽm, dierum trigintaſex numero eſt, inſimulq; eiuſdem Ieſu Chriſti exemplo, cuius omnis actio fuit noſtra inſtructio, inten-

* c. 35. Pſ. 50.
* cap. 26.
* cap. 34.

intēdimus quadragīta diebus ieiunare, additis quatuor*.
eſt igitur ieiuniū parſimonia uictus, abſtinentiaque, cibo
rū, ex quadā uiſcerū tenui uacua parte ſemper, quæ uul-
go ieiuniū nuncupatur; quorū duplex eſt ſpecies, alterū
naturale: alterū uerò Eccleſiæ ieiuniū eſt. Naturale illud
dicimus eo quia per cuiuſuis minimæ rei, etiā aquę aſſū-
ptionē ſtatim reſoluitur; quod expreſſe indicitur accedē
tibus ad ſanctiſſimū euchariſtię ſacramentū; ſub reatu au
tē excōmunicationis ſacerdotibus, obtanti miſterij reue
retiā, donec miſſæ ſacrificiū totū perfecerint *. alterū eſt
ieiuniū quod eccleſiæ ieiuniū, in corporale & ſpirituale
ieiuniū bipartitū dicimus; eo ſpirituale nuncupatū, quia
niſi tota mens ab omni criminis labe remota, dedicetur
Deo, corporis abſtinentia parū aut nihil prodeſt; unde
Propheta Iſaias*, ecce, inquit, in die ieiunij ueſtri inueni
tur uoluntas ueſtra, & omnes debitores repetitis, ecce ad
lites & contētiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè;
nolite ieiunare ſicut uſque ad hanc diē ut audiatur in ex-
celſo clamor ueſter, nunquid tale eſt ieiuniū quod elegi
per diē affligere animā ſuā? nunquid contorquere quaſi
circulum caput ſuum & cinerē ſternere? nunquid iſtud
uocabis ieiuniū & diē acceptabilē domino? nonne hoc
eſt magis ieiuniū quod elegi? diſſolue colligationes im-
pietatis, ſolue faſciculos deprimentes; dimitte eos qui
confracti ſunt liberos, & oē onus dirūpe, frange eſurienti
panē tuū, egenos, uagoſq; induc in domū tuā, cū uideris
nūdū operi eū. Corporale autē illud eſt, ad cuius perfe-
ctionē quatuor traduntur requiſita. menſura primū eſt,
quia ciborū auiditate mens laxata, perdit orationis me-
ritū; hinc Sapiens in prouerbijs*, anima ſaturata calca-
bit fauū, & anima eſuriens amarū pro dulci ſumet. Secun
dū eſt requiſitū debita hora, quā canones pręſcripſere ad
horā Nonā; at in quadrageſimalibus ieiuniis, poſt ueſpe-
ras immediatè, cæteris canonicis horis & diei Miſſis per-
fectis; cuius diuerſitatis rationem aſſignat Archidiaco-
nus*: nam cū ad imitationē Moſis, & dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti tanto tēpore ieiunare teneremur, nihil prægustantes:

Q quod

* diſt. 2. de cō ſecr. c. non li ceat cū dub. ſeq & de cōſe. ſe di. 5. c. qua drageſima.

* 7. q. 1. c. ni- hil. cōtra add. ad Abb. i. c. ex parte de cele. miſſa. & de cō ſe. diſt. 1. c. ſa- cramenta.

* c. 58. & Zac. ca. 7. & 1. Thi mo. c. 4 & c. quid prodeſt. 82. diſt.

* c. 27. Iob, c. 6

* in c. ſolent. de cōſec. di. 5

quod pati nequit humana caro; propterea eſt inductum, ut poſt ueſperas, & cæteras diei præcedentes completas horas, ad placitum comedamus; quaſi per totam illam diem, ſucceſsiueque eo per omnes quadrageſimales & ieiunij dies ſeruato ordine, nihil prægustare uideremur, quia imminens dies perficitur à ueſperis incluſiuè, & ſub ſequens dies incipit; nec immeritò morti adiudicatus
* cap. 14. fuerat Ionathas, qui, ut oſtendit primus Regum*, non paruit mandatis patris ſui, nihil ab exercitu prægustandum eſſe panis ad ueſperas; donec ulciſceretur de inimicis. Tertium eſt largitas, de qua diuus Hieronymus, quod manducaturus eras, ſi non ieiunares, da pauperibus, vt ieiunium tuum ſit ſaturitas animæ non marſupij lucrum.
* cap. 6. Quartum eſt de quo Euangeliſta Matthæus*, inferens ad ieiunium accedendum eſſe læto animo ſic fatur, cum ieiunatis nolite facere ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus ieiunantes, amen dico uobis receperunt mercedē ſuam, tu autē cū ieiunas unge caput tuū, & faciem tuā laua ne uidearis hominibus ieiunans, quaſi dicat ſolita in Chriſto lætitia ac hilaritate utere. Deus enim fide, ſpe, & charitate colitur, quarū rerum comites ſunt iuſtitia, pax, & gaudiū,
* 100. & 99. vnde pſaltes*, ſeruite domino in lætitia; & ſequitur Apo
* cap. 9. ſtolus primo Corinthiorum*, hilarem. n. datorem diligit Deus. vnde ex contingentia facti, ſacri canones indixire hos de præcepto ieiunij ſubſequentes dies. Diem ante Natiuitatem domini noſtri Ieſu Chriſti. Aſſumptionis beatæ Mariæ uirginis. Ioannis Baptiſtæ Laurentij. Omnium ſanctorum, ne eorum, quos ſanctos & in ſinu domini receptos ignoramus, omitteretur commemoratio. Omnium Apoſtolorum, præter Iacobū Philippum, & & Ioannē Euangeliſtā; quibus de præcepto ieiunij adijce quatuor, ſic vulgo dicta, anni tēpora; primā uidelicet diē Mercurij vna cū proxima die ueneris, & ſabbati ſubſequētis poſt cineres. primā pariter Mercurij diē, venerisq́; ac ſabbati immediatè ſubſequentis poſt Pentecoſten. poſt Crucem ſanctam menſis Septembris ijdē per ordinē dies.

poſt

poſt diuam Luciam eodem dierum ordine ſeruato. cuius rei fuit ratio, ſicuti enim in quatuor anni curriculis per æquinoctium, ac ſolſtitium fit temporum mutatio die decima menſis Martij; necnon decima tertia die menſis Septembris, quod dicitur æquinoctium; inſuperque die vndecima menſis Iunij, ac Septembris, quod ſolſtitium dicitur, ſtatque ſol, nec ulterius progreditur; ſic quoque nos monemur, ut eo memorabili tempore veteribus exuuijs & peccatis exuamur, ad nouam & priſtinam innocentiæ gratiam & ſtatum retrogredientes*, nanque & ueteres, ut legitur in quarto Pentateuchi*, in nouilunio, quod eſt in Calendis cuiuſlibet menſis, offerrebant domino holocauſta: ſicuti ex nouilunio ſolet plerumq; fieri temporum mutatio, ita fingerent ſe á veteri inſtituto ac peccatis omnibus eſſe mutatos. qua fortaſſe ratione ac exemplo cautum eſt hodie, vt in prima Dominica menſis publicè fiant rogationes, & ſacrum ac verum domini noſtri Ieſu Chriſti corpus, exemploq; fœderis arcæ domini noſtri ferratur per ſacerdotes & leuitas, deindeq; holocauſtum, non vitulorum in figura, ed eiuſdem verus cibus & potus offeratur domino.

*c.1. cum ſeq. 81. diſt.

*c.28. & c.10. Iſa. c.1. Deut. c.14.

Feſtum colere. } idem eſt feſtum colere, ac ſanctorũ om
Miſſam audire. } nium fœlicem, ac perpetuũ ſtatum, paſſiones ac tormenta cõmemorari, quæ pro Chriſti gloria & nomine, vnde præmia meruere, paſſi ſint; quod eó ſanctorũ Natale dicimus, quaſi ab hoc ſeculo eo tempore diſceſsi, in Chriſto nati ſint nunquã morituri. præter tamẽ Natiuitatem domini, ac Ioannis Baptiſtæ per quem, ne ſubito homines inſperatũ agnoſcerent, dominus voluit aduentum ſuũ eſſe teſtatũ, iu ſpiritu appellatũ Eliã: inſuperq; eiuſdẽ Natiuitatis cõmemoramur diem, quia ſanctificatus eſt in vtero virginis*, ſequũtur igitur de præcepto habita mortis ſanctorũ cõſideratione, Stephanus prothomar. Ioannes Euangeliſta: Circuncirſio domini Ieſu Chriſti. Epiphania eiuſdem. Paſcha reſurrectionis eiuſdẽ cũ duobus diebus ſequentibus. Paſcha Pentecoſtis pariter cũ duobus ſequentibus. Duodecim Appoſtoli; præter eos

*de cõſe. diſ 3 c. perlatum & gl. in c. unum orariũ 25 diſ. arch. in c. uiſi pridẽ. de renũci. in 6.

Q 2 quos

quos loci conſuetudo excipit. Aſcenſio eiuſdẽ domini. Solemnitas corporis. Natiuitas beatæ Mariæ uirginis. Annunciatio eiuſdẽ. Aſſumptio. ac Purificatio. Laurentius. Michaelis dedicatio menſis Septẽbris Solẽnitas omnium ſanctorũ. Dominicales dies omnes, & præter hos, hi quos in propria diæceſi conſuetudo, aut Epiſcopus obſeruandos indixerit.*quorũ præcedentiũ, ac ſolẽniũ dierũ quorũcunque ueneratio, diuerſa fuit ex lege obſeruatio; nã in caſu ſabbathi feſti, & cæterorum quos dominus Deus cuſtodiri præceperat, dies & ueneratio ad ſolis occaſum incipit & in ſubſequenti ſolis occaſu & ueſpere perficitur, de quibus ita fatur tertius Pentateuchi*, hæ ſunt ergo feriæ domini ſanctæ quas cœlebrare debetis tẽporibus ſuis menſe primo quarta decima die menſis ad ueſperũ phaſe domini eſt; & hanc nos naturalẽ diẽ dicimus. artificialis uero ex duodecim conſtat horis; quẽ ſic obſeruant quoties feſtus dies aut ieiuniũ Prophetarũ ædicto, aut particulari populi ratione in dictus legitur, qui ab ortu ſolis incipit, & ad occaſum perficitur; & ita ſentit canonica ſcriptura, dicens*; licet ſcriptum ſit de ueſpere in ueſperã cælebrabitis ſabbata ueſtra, feſtorũ tamen prĩcipiũ, & finis iuxta eorũ qualitatẽ, & diuerſarũ regionum conſuetudinẽ attendi debet; & ſicut magnitudo dierũ exigit, prius incipere, & tardius terminari & intra. & ſubdit gloſa, dies incipit à ueſperis quod ad officij cælebrationem, & canonicam ſupputationem, iuris fictione quo caſu cum ueteri lege conuenire uidentur. quod ad iudicium mane incipit, & in fine diei ante noctis tenebras terminatur, quod ad cęlebrationẽ contractuũ, dies terminatur uſque ad mediã noctẽ, & ab inde ſupra ſubſequens incipit. quod ad carnis eſum in hoc & præcedenti caſu conueniunt veteres diem terminari poſt cœnam. quãuis etiam prędictæ naturales rationes ad dies feſtos obſeruandos non urgerent, (quod apertè negandũ non dubitamus) nihilominus ſolum Accidiæ peccatum ac deteſtabile crimen, ad ea ſuadere ac ſæpius nos totos tradere ſufficiens eſt; quæ nempe adeo deprimit & aggrauat huma-

ex. ſi. de ferijs. & de cõſe. diſ. 3. in prin.

ex 23. & in Numeri.ca. 28.

ex. qm̃ de ferijs. l. more Romano. ff. de ferijs.

humanam mentē, ut nihil boni ei agere permittat. ſicuti enim ea quæ ſunt Accida, frigida ſunt, ita Accidia dicitur frigiditas ac tedium quoddam operandi; quæ dupliciter conſideratur, primo ſecundū ſeipſam. Secundo modo conſideratur ſecundū effectū, ut ſi ſic hominē deprimat & aggrauet, ut à quouis bono opere diſtrahatur; de quo tacitè in hunc modū fatur Ezechielis*, hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſaturitas panis & abūdantia; inter effectus enim triſtitię eſt deſperatio, puſillanimitas, atque boni operis deteſtatio, ut non ſanctificare diē ſabbati, quo omnis quies noſtra ad dominū ipſum eſt dirigenda; nā feſtiuitas, id eſt ſolēnitas uel ſuauitatis dulcedo, ornatuſve lætitia deſcribitur. vnde quartus Pentateuchi*, ſi quando habebitis epuliū, & dies feſtos, & calendas canetis tubis ſuper holocauſtis. & pacificis victimis, vt ſit vobis in recordationem Dei veſtri. & ſequitur Propheta Iſaias*, neomeniā & ſabbathū, & feſtiuitates alios non feriā, iniqui ſunt cœtus ueſtri, calendas & ſolēnitates ueſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laborani ſuſtinens. Feſtiuitates autē à ferijs valde diſcrepant, nā feſti dies tantū ocioſi & religioſi ſunt, in quibus ſola diuina res eſt peragenda; feriæ autē à fando dictæ ſunt, eo quod in eis nobis ſit dictionis tēpus, hoc eſt in diuino vel humano officio fandi; quas legimus quandoque confundi diſtinctiones; nihilominus proprio ſumpto uocabulo feriæ ſummuntur pro quotidiano Leuitarum ſacrificio, de quibus in hunc modū meminit idē dominus in tertio libro Pentateuchi*, in genere & in ſpetie eas referens, hæ ſunt ergo feriæ domini ſanctæ, quas cælebrare debetis temporibus ſuis; menſe primo, quartadecima die menſis huius ſolemnitas azimorū domini eſt; hæ ſunt feriæ domini, quas vocabitis cęleberrimas, atque ſanctiſſimas, offeretisque in eis oblationes domino; holocauſta, & libamenta iuxta ritum uniuſcuiuſque diei exceptis ſabbatis domini, donisque ueſtris, & quæ offertis ex voto, uel quæ ſpōtè tribuetis domino. is enim habitus eſt ritus, ut, mane & ueſperi quotidie; agni ſacrificia fierent

*c. 16. & ſecūdo ad Corin. cap. x.

*c. 10. & Deu. c. 14. Arch in c. 1. de conſe. diſt. 3.

*cap. 1.

*c. 23. Arch. in c. 1 diſt. 3. de conſec. & c. ieiunia co.

c.6. ad Heb. c.10. igne conſumenda, ut meminit idē tertius Pentateuchi. propterea proprio feriarū ſumpto, eoque retento uocabulo, Siluester ſummus pontifex in ſanctorum collegio relatus, ſabbati & dominici diei nomine retēto, reliquos hebdomadæ dies feriarum nomine diſtinctos appellari noluit, quò ſignificaretur clericos, abiecta certarum rerum cura, vni Deo prorſus quotidie uacare debere. Ad huc ſecundum effectum alia triſtitia, ſed bona dicitur ea, *cap.26 quam recenſet Euangeliſta Matthęus*, triſtis eſt anima mea uſque ad mortem, & ſubdit ſpiritus quidem promptus eſt, caro autē infirma; quam eo bonam dicimus triſtitiam, quia ſpiritus & affectus Ieſu Chriſti fuerat paratus ad omnes perſecutiones ſufferendum pro mundi redemptione, nulla urgente dubitatione; quam dicimus *cap.7. effectum ipſum, & ita loquitur Paulus in ſecundo Corinthiorū*, quoniā & ſi contriſtaui uos in Epiſtola, non me pœnitet, & ſi pœniteret, uidens quod Epiſtola illa, & ſi ad horā, uos contriſtauit; nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pęnitentiam, contriſtati enim eſtis ſecundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis, quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſeculi autem triſtitia mortem operatur. & dixerat Sapiens in Pro- *cap.10. uerbijs*, cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi *cap.38. deijcitur ſpiritus. & ſubdit Eccleſiaſticus*, à triſtitia. n. feſtinat mors, & cooperit uirtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem, ne dederis in triſtitiam cor tuum, ſed repelle eam à te, & memento nouiſsimorum, & noli obliuiſci, neque enim eſt cōuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſsimabis. hinc Cicero Caio Tironi, opus eſt, inquit, te animo ualere, vt corpore poſsis. Secundum ſe ipſam uero & mala, ſeculiq; triſtitia ea dicitur, quæ indubitatum æternæ mortis operatur effectū; ut ſi amor mundi, diuino amori cōtrarius, pro ratione habeatur, qualis eſt triſtitia illorum, qui à fruitione delectabilium per fas & nefas impediuntur.

Decimas ſoluere, quidnam aliud ſibi uoluit dominus

Ieſus Chriſtus per ſuum quadrageſimale ieiuniū, quàm
ex huiuſmodi ſuæ pſonæ afflictione coæterno patri ſuo
decimā ſoluere voluiſſe? quā ita præceperat Deus iuxta
quintum Pentat.* decimas & primitias manuum veſtra- * c.12.ad he-
rum offeretis: alia vero eſt decima, quam realem dici- bręos.ca. 7.&
mus, de qua eodē loci*, ſic fatur, decimam partē ſepara c. ad apoſtoli
bis de cunctis fructibus eius, qui naſcuntur in terra per cæ,ubi glo.de
annos ſingulos, & comedes in conſpectu domini Dei tui decim.
in loco, quem elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur, * ca.14.Exo.
decimam frumenti tui, & vini, & olei, primogenitaq́; de c.32.& Nu-
armentis, & ouibus tuis, vt diſcas timere dominum Deū meris.cap.18
tuum omni tempore. hinc percipitur iuris diuini eſſe de
cimam, vti ſubiectionem ac reuerentiam conſiderando
eam, quæ nēpè minimè tolli poteſt, vt ratione obedien-
tiæ domino, aut ſacerdotibus eius non debeatur; ſed cū
ſub nomine quotæ impoſita atque indicta ſit, quæ nam
pars offerenda debeat, non dubitamus minui, augerive
poſſe; quā ppea, candē ſentiens opinionem, ita deſcribit
Rebuffus in tractatu ſuo de decimis*. Decima eſt oīum * q.13 nu.49.
bonorum licitè quæſitorū quota pars Deo diuina conſti & q.4.
tutione debita. cuius diſtributionis ex lege ordo is fuit.
Primo cūctus populus Iſrael oīum fructuū decimā par
tē frumenti, vini, oleiq́; ac cæterarū ſimiliū rerū Læuiti-
cæ Tribui offerebat. Secunda fuit decima, nā ex eo qđ ſu-
pererat, hoc eſt nonē partibus, q̄ remāſerāt, idē populus
Iſrael aliā ſumebāt decimā, quā fecerāt cōem cū Lęuitis
ad uictū eo tpe cū ad faciēda ſacra, & feſtos dies exequē
dos in Ierosolymā ciuitatē ter in anno, vna epulātes in-
grediebātur; nullibi.n. p̄terquā Ieroſolymis fas erat tēplū
cōſtruere aut ſacra facere; vñ cū idē cūct' populus Iſrael
exularet apud Babylonos, ita cæcinit Pſaltes*, Te decet * 65.
hymnus Deus in Sion; & tibi reddetur uotū in Ieruſalē;
erant aūt in ſingulis urbibus & opidis Iudææ ædes publi
cæ, in quas alio tpe, & ad placitū conuenerāt ciues, vt di
uiſim, unitiue præcarentur Deum, & docerent rudes ho
mines, quæ loca græco vocabulo ſynagogæ nominaban-
tur, de quibus idem meminit in hunc modum pſaltes*, * 74.
rugie-

fugierunt qui oderunt te, in medio ſynagogarum tuarū. Ingreſſus autem ter in anno mandato domini indictus
* c. 16. 2. Pa rali. c. 8. eſt in hunc modum in quinto Pentateuchi*, tribus uicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in cōſpectu domini Dei tui in loco, quem elegerit dominus. Nā primus fuit ingreſſus propter ſolemnitatem azimorū & memoriam exitus de Aegypto quartadecima die menſis primi, quem Martium diximus, vt in ſecundo eiuſdem
* cap. 23. Pentateuchi*, tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta cœlebrabitis, ſolemnitatem quoque azimorum cuſtodies, ſeptem diebus comedes azima; ſicut præcepi tibi tēpore menſis nouorum quando egreſſus es de Aegypto. rurſuſq; in hæc verba allocutus eſt Moyſen & Aaron eo-
* c. 12. & ſeq. dem loci*; dicens menſis iſte uobis principium menſiū, primus erit in menſibus anni; ſeptem diebus ueſceris azimis, & in ſeptimo erit ſolemnitas,;dies prima erit ſancta atq; ſolemnis, & dies ſeptima eadem ſolemnitate venera
* cap 23. bilis. & proſequitur in libro tertio*, hæc ſunt ergo, inquit, feriæ domini ſanctæ, quas cęlebrare debetis in temporibus ſuis menſe primo quartadecima die menſis ad veſperum phaſe domini eſt.

Secundus fuit in ciuitatem ingreſſus propter hebdomadarum ſolemnitatem, quæ dicitur pentecoſtes, in memoriam legis præſtitæ populo Iſrael ea die, de qua ita fa
* ca. 23. Exo. cap. 34. tur idem dominus iuxta tertium Pentateuchi*, numerabitis ergo ab altero die ſabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum ſeptem hebdomadas plenas, vſque ad alterum diem expletionis hebdomadæ, id eſt quinquagintā dies.

Tertius & vltimus totius anni fuerat ingreſſus, quod Scenophegiū dicitur, propter ſolemnitatem tabernaculorum cum cedris ac viridis palmis in templo, decimaquinta die menſis ſeptimi, quem Septembrium dicimus propter diuinam in deſerto protectionem; quo tempore per ſeptē dies continuos ſub umbraculis illis edebant, bibebant, ac dormiebant, conuocati prius tamen ante primam diem huius ſeptimi menſis, ne nimis grauarentur

eunte s

euntes & redeuntes ad perficiendos omnes infraſcriptos ſolemnes dies, non diſceſſerant niſi peractis ſeptem diebus a quintodecimo menſis; hoc uidelicet ordine ex prę dicto tertio libro Pentateuchi; menſe ſeptimo prima die menſis erit uobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis, & ſubdit, decimo die menſis huius ſeptimi dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur ſanctus, affligetiſq; animas ueſtras in eo, adhucq; ſubſequitur, à quintodecimo menſis huius ſeptimi erũt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus. nam prima die ſeptimi menſis fuere iusſi celebrare feſtum, illudq; ſanctum uocare propter initium imminentis anni futuri, nec non propter recollectorum elapſi anni fructuum memoriam, ut pro acceptis beneficijs benedicerent dominum, illiq, cuncta referent accepta, ac gratiam ſibi augeret abundantiores con donans fructus; ſicuti dies Ieiunij die decima, eadem ferè de cauſa innuit gratiarum actionem, atque peccatornm abſolutionem a domino expoſtulat; quo propterea die nec ullo alio tẽpore, ut legitur in prędicto tertio libro*, ſolus magnus ſacerdos ingrediebatur in ſancta ſanctorum, quod fuerat intra velum. & ita comprobat Propheta Ezechielis*, & in die introitus ſui in ſanctuarium ad atrium interius ut miniſtret mihi in ſanctuario offeret pro peccato ſuo; quamuis uero dominus non declaraſſet pręciſam diem introitus in ſanctuarium, nihilominus ex autoritate quæ populo competierat dandi ſenſum diuinæ legi, quæ non fuerat expreſſa, præſtituta fuerat dies ieiunij in introitu intra uelum, qua nulla fuerat ſanctior & ſolemnior, nec propterea aptior ad offerendum pro peccatis holocauſta & dominum ſibi placandũ. Solemnitas cum cedris & palmis fuerat iuſſa obſeruari poſt ieiunium in hanc memoriam cum populus Iſrael ex ſola mana degit uitam in deſerto annis quadraginta. Solemnitas menſis primi, quem Martium diximus celebratur quia is menſis eſt primus, ut dixit dominus, in mẽſibus anni, quo tempore iuxta Seluam uariæ lectionis*, dicitur mundum fuiſſe à domino creatũ, quamuis hebręi

* cap. 16.

* cap. 44.

* tertia parte. cap 26.

aſſerant creatum fuiſſe prima die menſis ſeptimi; adhuc ea ratione fit ſolemnitas menſis primi, quam nuper retulimus in memoriam exitus de terra Aegypti: hac nempe obſeruantia ſemper retenta, menſem, ut iam dictum eſt, incipere ad nouilunium, de quo meminit tertius Eſdræ*, hinc fit ut propter curſum lunæ quandoq; celebretur azimorum feſtum ſub menſe primo ſequenti, quem appellamus Aprilem; necnon ſolemnitas menſis ſeptimi quãdoque celebretur ſub menſe octauo; nam degentes in his regionibus noſtris, qnia pœnitus abiecti ſunt e regno, nec habent unde conueniant ad prędictos ritus exequendos & ſacra facienda, duplicem pro tempore ſolemnitatẽ celebrant (præter diem magni ieiunij quod dicũt ferre nõ poſſe) quia cum eo tempore cum poſsidebant terram, cõſueuiſſent mittere nũcios fide dignos, q per fide dignos teſtes habita ueritate nouilunij, illud referebant teſtificãtes de uiſu præciſæ diei lunæ nouę; nec habeant hodie p quos fideliter hoc idem executioni demandare poſsint, profitentes ſe ad unguem legis eſſe obſeruatores, ita faciunt capientes duplicem diem, ne in calculo nouilunij errore decipiantur. Tertia igitur, ut ad rem redeamus, fuit ex lege decima, quia illud quod ex redditibus eidẽ populo ſupererat, adhuc ſubdiuidebatur inter pauperes perſonas, pupillos, & uiduas, necnõ inter leuitas omnes in alimentis, donec prædicta fuiſſent expedita ſacrificia, de qua ita præceperat dominus in quinto Pentateuchi*, anno tertio ſeparabis aliam decimam ex omnibus, quæ naſcuntur tibi eo tempore & repones intra ianuas tuas, venietq; leuites, qui aliam non habet partem nec poſſeſſionem tecum, & peregrinus, & pupillus & uidua, qui intra portas tuas ſunt, & comedent & ſaturabuntur; quamuis enim nullo mandato domini compellerentur peregrini, pupillive, aut uidue accedere ad ciuitatem prædictis feſtiuis tribus temporibus & diebus, cũ lex eſſet impoſita uiris & adultis, nihilominus dominus non intenderat claudere græmium ſuum ulli etiam forẽſi qui omnes ad placitũ accedere poterant, ut epularentur eo feſtiuo

* ca. 1. & c. 7.

* c. 14. & c. 16.

no tempore;unde ita ediderat legem iuxta ſecundum Pẽtateuchi*,nox iſta eſt obſeruabilis domini,quando eduxit eos de terra Aegypti, hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in generationibus ſuis, dixitq; dñs ad Moyſen & Aaron,hęc eſt religio phaſe,omnis alienigena non comedet ex eo. omnis autem ſeruus emptitius circumcidetur, & ſic comedet; aduena,& mercenarius non edent ex eo;in una domo comedetur,nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius cõfringetis, omnis cætus filiorũ Iſrael faciet illud;quod ſi quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domini, circumcidetur prius omne maſculinum eius. * cap.12.

Quarta fuit decima, quam leuitæ omnes ex ipſa decima eis oblata ſummo ſacerdoti ſuo in ſignum ſupremi iudicis ac reuerentiæ offerebant, ſicuti iure optimo cunctus clericalis ordo beneficiatus his autoritatibus facere & exequi compellitur;præcipe, inquit tertius Eſdræ*, leuitis atque denuncia cum acceperitis à filijs Iſrael decimas,quas dedi uobis; primitias earum afferte domino, ideſt decimã partem decimæ, ut reputetur uobis in oblationẽ primitiarũ tam de ares, q̃ de torcularibus,& uniuerſis quorũ accipitis primitias offerte domino, & date ea Aron ſacerdoti. ex qua is cõficiebat duodecim panes Propoſitionis, quorũ duos recẽtes & calidos ſingulo die per hębdomadã altari offerebat; quos ſabbato ſumebat, ac cõione & euchariſtitia quadã inter omnes leuitas diſtribuebat, quibus ſolis, præterea nemini, ut oſtendit primus Regum*,licuit comedere;quo fortaſſe exemplo ſacri canones moniti decreuere ut euchariſtia domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ non in figura ut fuerant panes illi,modo non offertur, conſeruari non debeat aut differri ultra hæbdomadam*. * c.10. & Nume. ca 18 & Exo. cap. 22. leuit.c.ii. * c.21.glo. in cap.eccleſias. 13.q.1. Arch. in c.conſuetudinem.10 q.1. * Abb.in cap. permittimus. de ſent. excó.

Confiteri ſemel in anno,tametſi comprobatum fuerit confeſsionis frequentiam adeo fore neceſſariam, ut toties auricularis confeſsio fiat, quoties labamur, edocti quomodo ſtatim poſt lapſum Adæ,eumdem dominus uocauerit, dicens Adam ubi es? innuens de commiſsis

nullo medio pœnitentiam eſſe peragendam; qui culpam ſuam agnoſcens, ad confeſsionem ipſam deuenit, dicens mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno & comedi. hinc apud ſacros canones improbatur Cain fratricida qui, interrogante domino ac ad confeſsionem eum prouocante, in hæc uerba, ubi eſt frater tuus, arroganter & elatus reſpondit, neſcio. nihilominus diuerſis ſacrorum canonum rationibus animum mouentibus, tolleratur confeſsio uſque ad annum, quod eſt ab altero paſchate reſurrectionis*, ut ſimilem taxationem temporis legimus à domino fuiſſe taxatam, qui præter cætera ſacrificia ac pro peccatis cæteras oblationes, mādauit ut ſummus pontifex pro ſuis & populi generalibus peccatis, in tabernaculo ingrederetur ſemel in anno.

* c. omnis utriuſq; ſexus, ubi Abb. nu. 18. de pœnit. & remiſsio.

Proprio ſacerdoti, quamuis cuncti ſacerdotes ritè ad ſacrificium promoti, amplißimam ligandi & ſoluendi facultatem immediatè proſequantur, pro quibus dictū eſt ite & oſtendite uos ſacerdotibus, nec non quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; urgenti tamen ratione omniumq; rerum experientia magiſtra ſuadente, cautum eſt ut cuncti fideles compellantur proprium de conſcientia adire ſacerdotem; nec quiſquam ſacerdos, nedū in alienam meſſem falcem mittat, ſed nec confeſsionem audiat niſi ad id muneris aſcitus, & per examen comprobatus fuerit*, ſicuti enim medico diligenti, priuſquam conetur ægro adhibere medicinam, non ſolum morbus eius cui mederi uolet, ſed etiam conſuetudo ualentis & natura corporis eſt cognoſcenda; ita, cum ancipitem & grauem cauſam aggredimur, conueniens ac neceſſarium propterea fuit per proprium curatum ſacerdotem id muneris executioni demandari; oues enim, inquit Ioānes Euangeliſta*, ſequuntur paſtorem; quia ſciunt uocem eius, & quanti ſit iſtud curati ſacerdotis munus apertiſsimè demonſtrauerat Propheta Ezechielis*, in hæc uerba fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo uerbum, & annuntiabis eis ex me, ſi dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei,

* gl. in c. 2. §. per huiuſmodi, uerbo, à iure extrauag. commun. de ſepult.

* cap. 10.

* c. 3. & c. 33.

ris ei, neque locutus fueris ut auertatur à uia ſua impia, ut uiuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem de manu tua requiram. quibus adijce id quod in eam ſententiam proponit Eccleſiaſticus*, nō confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubijcias te omni homini pro peccato; quaſi dicat, quia non omnis homo reperitur idoneus ad id expediēdum muneris, ppea uade ad eum, qui fuerit approbatus riteq; rigoroſum ſubiuerit examē. quamuis autem perſonalis curati reſidentia adeo indicta uideatur, ut per ſubſtitutum eodem officio ſuo curatus fungi non poſſe uideatur, quaſi fuerit electa induſtria perſonæ; nihilominus legitimo ſuperueniente impedimento, ut ſi ad maius miſericordiæ opus uel ꝑ utilitate ſedis Apoſtolicæ, neceſſario accedi oportuerit, proculdubio ouium ſuarum curā tuta conſcientia per æquè idoneum & approbatum ſubſtitutum curatus futurus abſens rectè exercere poterit; quo deinde ceſſante impedimento & ratione ſubſtituti ptocreandi, ſubſtitutus ab onere ceſſabit, & ita demonſtrat ſecundus Pētateuchi*, quo loci Moyſes aſcenſurus in montem ut ſumeret reſpōſa, ſic ait populo, expectate hic donec reuertamur ad uos, habetis Aaron & Hur uobiſcum, ſi quid natum quæſtionis fuerit referetis ad eos; quo reuerſo non dubitamus ad eum fuiſſe relatas omnes & quaſcunq; cauſas. dum igitur Euangeliſta Matthæus*, dixerat ex uerbis domini, ite & prędicate Euangelium omni creaturæ; non cenſetur dominum coegiſſe Apoſtolos, quin urgentiori ſuadente neceſsitate poſſent inde diſcedere; ſed hæc nēpè eum ſibi uoluiſſe, ut omnes quibus prædicationis cōpetit munus, exequantur cuncta ea, quæ humanæ generationi magis neceſſaria fore uiſa fuerint; cumq; nec ita dictum illis fuerit ite hue & prædicate, & ita ſentit Thomas Campeggius Epiſcopus Feltrenſis in tractatu ſuo de p oteſtate Ro. Pontificis.

* cap. 4.

* ca. 24.

* cap. 10.

Non comedere carnes certis diebus. } hęc ea
Abſtinere in die ieiunij à quibuſdam cibis. } ratione indicta eſſe non ambigitur, qua ab eſu carniū ieiunij

 tem-

tempore iuſsi prius abſtinere; uidelicet die Veneris; die ſabbati; nec non & die Mercurij ex conſilio; in eam memoriã abſtinemus die Veneris ab eſu carnium tantum propter domini Ieſu Chriſti paſsionis memoriã, per quẽ abolita eſt mors æterna ea die pendentẽ in cruce; & ita mandauit obſeruari dominus Deus poſtquã a percuſsione primogeniti exẽptus fuerat cunctus populus Iſrael, de quo ita præcepit iuxta ſecundum Pentateuchi*, Nox iſta eſt obſeruabilis domini, quando eduxit eos de terra Aegypti, hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in generationibus ſuis. & ſuperius dixerat habetis aũt hunc diem in monumentum, & celebrabitis eam ſolemnem dño in generationibus ueſtris cultu ſempiterno; nam uno & eodẽ ictu exiuere de terra & facta eſt primogenitorum occiſio. Sabbato abſtinemus ab eſu carniũ pariter in memoriã ſepulturæ eiuſdem domini; ut memores ſimus quę & quanta inde expectaret & deſideraret humana caro, uidelicet reſurrectionẽ, moniti nos quidem ut nullo unquã tempore, quãuis ſecuri de ſalute, deſiſtamus quin continuò dñm exoremus. Mercurij aũt dies ab carnis abſtinentia ex conſilio tantum ſelectus eſt, quia eo tẽpore Iudas cogitauit prodere dominũ*. nec non eã ratione conſueuerat obſeruari dies Mercurialis, quia, ut oſtẽdit primordium Pentateuchi, & ſequitur quartus Eſdræ*, in creatione mundi dominus Deus quarta die, quam Mercurij diẽ dicimus, lucem creauit.

* c.12 & Deu te.c.6.

* de cõſec.di. 3. ieiunia. & ca. ſabbato. & de obſeruati. ieiun. c. conſilium.

* cap. 6.

Nuptias certo tempore non fieri; quãuis inſtitutũ fuerit matrimoniũ, ut humanæ ſocietatis eſſet copula, q̃ germanã coniunctionẽ quandã alterius regentis, & alterius ſequentis complecteretur, ac ut eſſet quædã coniunctio, quæ ſoboli amanter ſuſcipiendæ, & religioſè educendæ deſeruiret, nec non ut incontinentię noſtræ honeſtate nuptiarũ coadiuuaretur infirmitas; nã cũ conſtet niſi cæcidiſſent primi parẽtes, oẽs ſine carnis incẽdio ac libidinis feruore ſucceſsiue, atq; non ſolũ abſq; peccato, ſed & cum merito fuiſſe procreaturos, poſt peccata uero cum lex mortis inhęſerit mẽbris noſtris, & fuerit radicitus affixa,

ſixa, neceſſe fuerat ut haberemus quoddã Dei inſtitutũ, quo ob reprehẽſibilẽ concupiſcẽtiã excuſaretur carnis commixtio, unde paulus primo Corinthiorũ*, pp fornicationẽ uitandã unuſquiſq; ſuã uxorẽ habeat. Nihilominus cõueniẽs & rationale fuit certos excipere dies in honorẽ ac reuerentiã dñi, cui eo maximè tpe pœnitus ſe totos tradant, ab uxoribus tã futuris, q̃ pręſentibus abſtinẽtes; & in hanc rẽ idẽ paulus eodẽ loci in hæc uerba ita ꝓſequitur, reliquum eſt ut & qui habent uxores tanquã nõ habentes ſint. ſicq;, ut legitur in ſecundo Pentateuchi*, Moyſes ad populi Iſrael, & totius humanæ carnis ſalutẽ ſumpturus dñi legẽ in monte Sinai; præcepit populo ut prius lauarent ueſtimẽta, eſſentq; in diẽ tertiũ parati proprijs uxoribus non appropinquantes; cui adijce eundem paulum primo Corinthiorũ*, uxori uir debitum reddat, ſimiliter aũt & uxor uiro, mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet, ſed uir, ſimiliter autẽ & uir ſui corporis poteſtatẽ nõ habet ſed mulier, nolite fraudare inuicẽ niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus, ut uacetis orationi, & iterũ reuertimini in idipſum, ne tentet uos ſatanas pp incõtinentiã ueſtrã, hoc aũt dico ſecundũ indulgentiã, non ſecundum imperiũ; inferens nẽpè præter imperiũ, quandoq; ex conſenſu licere à cõcubitu recedere, ut uacetur orationi; unde ſacri canones ex nouella ſacri concilij Tridentini cõſtitutione uigeſimaquarta ſeſſione, decreto de reformatione cautum uoluere à nuptijs celebrandis eſſe abſtinendum uſque ad Epiphaniam domini Ieſu Chriſti incluſiuè. & à feria quarta cinerum uſque ad octauam paſchæ reſurrectionis incluſiuè.

Matrimoniale debitũ certo tpe non reddi, quã rem ob tanti myſterij & ſacramenti memoriã, ſacri canones neceſſariã fore de abſtinentia in die Natiuitatis dñi Ieſu ieiunij tempore, qđ ad diuinum cultum ad affligendas animas comprobarunt. eadem nec non ratione rogationum ac quorumcunque dierum ſolemnium tempore inſuperque triduo antequam eiuſdem domini ſacrum corpus percipiatur eiuſdem ueteris legis exemplo*.

* cap. 7.

* cap. 19.

* cap. 7.

* de conſecr. diſt. 2. c. omnis homo. 33 q. 4. c. quotieſcunque.

VE-

VENERARE PARENTES.

Quo parentum nomine ueniunt quoties iure optimo, obſequium, aut reuerentiam ſiue ſponte præſtamus, uel ex debito præſtare debemus; unde legitur in quarto
cap. 5. Regum*, filios Naam principis appellaſſe ipſum patrem, dicentes pater & ſi grandem rem dixiſſet tibi Propheta, certè facere debueras. & dixerat Cicero in lælio, ſi quam præſtantiam uirtutis, ingenij fortunæ conſecuti ſunt nõnulli, impartiant eam ſuis, communicentq; cum proximis; ut ſi parentibus nati ſunt humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores uel animo uel fortuna, eorum augeât opes, eiſq; honori ſint & dignitati; ut in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerint, cum cogniti ſunt, & aut Deorum, aut Regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in paſtores, quos patres per multos annos eſſe dixerunt. quanto honore Ioſeph in Aegypto uenditus, poſteaquam domui Regis Pharaonis præpoſitus fuerat deſignatus, patrem Iacob ad ſe deſcendentem proſecutus fuerit; quanta denique celebritate in Aegypto eumdem extulerit, & in terra Chanaam ad patres ſepelierit, oſtendit primus Penta-
c. 46. cũ ſeq. teuchi*. quanta reuerentia ſapientiſsimus Rex Salomon
cap. 2. matrem fuerit proſecutus, demonſtrat tertius Regum*, quam in ſolio ſuo Regio, & inſurgens, libentiſsimè collocauit. & ita ſemper obſeruandum præcepit liber Eccle-
c 7. & c. 3. & c eſt probã da. 86. diſt. ſiaſtici*, dicens honora patrem tuum, & gemitus matris non obliuiſcatis. adhuc, qui diligit Deum exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur, & ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam, qui honorat patrem ſuum uita uiuet longiori, & qui obedit patri refrigerabit matrem, qui timet dominum honorat parẽtes; & quaſi dominus ſeruiet his qui ſe genuerunt. eſt enim in filium tanta patria poteſtas, ut nedum ipſum pater uerberibus cædere poſsit, ſed ẽt ſi proteruus & contumax fuerit, commeſſationibus, conui-

uijs,

uijs, ac luxuriæ uacans, poſsit ducere illum ad ſeniores ciuitatis; quem, ut pręcipit quintus Pētateuchi*, perſpe cta rei ueritate, patre inſtante, a populo lapidibus obrui mandabunt ita ut moriatur. Achitophel ex rectiſsimo domini iudicio ſuſpendio interijt, propter iniquum pręſtitum conſilium Abſalon aduerſus patrem eius Dauidē; cuius propterea aſſentitus conſilijs, diuino iudicio quęr reui adhæſit caput, & ex ſecundo Regū*, ſuſpenſus permanſit. quamuis uero iuſtiſsima uideatur exoriri cauſa ut aduerſus patrem machinentur filij, nihilominus quia ex eius uiſceribus & propagine ſelecti ſunt filij, debent æquo animo ſemper eſſe parati obſeruare ac toto corde patres ſuos diligere, unde ait Eccleſiaſticus*, ſuſcipere fili ſenectam patris tui, & ne contriſtes eum in uita illius, & ſi defecerit ſenſu ueniam da, & ne ſpernas eum in uirtute tua. qui tamen eodem ferè imperio monetur educare eos cum omni māſuetudine, ac charitate, nam inquit Iſaias*, nemo unquam odit carnes ſuas. propterea ſubdit idem Eccleſiaſticus*, in hæc uerba aduerſus patrem dicens, noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos, & opprimens domeſticos tibi. quem ita proſequitur Paulus ad Epheſios*, & uos patres nolite ad iracūdiam prouocare filios ueſtros, ſed educate illos in diſciplina & correctione domini. & ſubdit ad Colloſſenſes*, mulieres ſubditæ eſtote uiris, ſicut oportet in domino, uiri diligite uxores ueſtras, & nolite amari eſſe ad illas, filij obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitū eſt in domino, patres nolite ad iracundiam prouocare filios ueſtros, ut non puſillo animo fiant. tantam nempè inuicem coæqualitatem habent pater, & filius, ut cum ſint una & eadem met caro, eiuſdem patris crimina ſecum ferat. nanque & uidemus quod ad temporalem ac ſpiritualem pœnam ante aduentum meſsiæ, hoc eſt ſub lege, ex paterno crimine filios & cæteros deſcendentes reos effectos fuiſſe attrahentes carnis corruptionem à primo parente, ſua culpa ſola originali iuſtitia ſpoliato ac nudo effecto; propterea in ſecundo Pentateuchi*, Moyſes exo

*cap. 21.
* c.17. cū ſeq.
* cap. 3.
* cap 58.
* cap. 4.
* cap. 6.
* cap. 3.
* ca. 34. & in Nume. ca. 14.

rat dominum in hunc modum dicens dominator domine Deus miſericors & clemens patiens & multæ miſerationis, ac uerax, qui cuſtodis miſericordiam in millia, q aufers iniquitatē & ſcelera, atq; peccata, nullusq; apud te per ſe innocens eſt, qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. rur-
c.20.Pſ.68 ſusq; eo ait loci, ego sū dn̄s Deus tuus, fortis & zelotes uiſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me; quibus adijciamus id quod ita loquitur in terrenis Propheta Iere-
cap 5. mias, patres noſtri peccauerunt, & non ſunt, & nos iniquitates eorum portauimus, temporalis ſola comprobatur pœna ex prima populi Iſrael captiuitate ſub Ppharaone Rege, à quo propter peccatum in Ioſephum fratrem, multo tempore detentus eſt captiuus. nec non propter adulterium & homicidium Dauidis in Vriam, idem Dauid cum populo ſuo peſte percuſſus eſt, quorum mortui ſunt ſeptuaginta millia; quamuis enim iudicia domini abyſſus multa dixerit idem uates Dauid in pſalterio, nihilominus ex effectu ac demonſtrationibus, quia ad noſtri emendationem atque inſtructionem dominus pandit omnia quæ cernimus, non dubitatur unum pro altero temporali pœna affligi ſolere à domino ipſo iuſto iudice, nec graue eſt; quia temporalis pœna (præ ſpirituali) qua perpetuis tormentis affligitur anima, non dijudica-
1.q.4.c.nō imputantur. ubi no. A·ch. tur pœna, ut ita ſentiūt omnes ſcriptores. At quia ſumpta occaſione legitur in ueteri ſcriptura iuxta Prophetam
cap.18. Ezechielem, dominum fuiſſe allocutum populū in hęc uerba, quid eſt quod inter uos parabolam uertitis in prouerbium iſtud in terra Iſrael? dicentes patres comederūt uuam accerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt; uiuo ego dicit dominus, ſi erit ultra uobis parabola hæc in ꝓuerbium in Iſrael, & ſubdit, anima quæ peccauerit ipſa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatē filii, iuſtitia iuſti ſuper eū erit, & impietas impij erit ſuper eum. & huic annecte prophe-
c.31.& quartus Regū.c.14 tam Ieremiam, in diebus illis non dicent ultra, patres come-

comederunt uuam accerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt, ſed unuſquiſq; in iniquitate ſua morietur, omnis homo qui comederit uuam acerbam, obſtupuerunt dentes eius, ecce dies uenient, dicit dominus, & feriam domui Iſrael fœdus nouum, quia propitiabor iniquitatibus eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. propterea iuxta Iſidorũ Clariñ in eumdem locum, is eſt ſenſus, ut dominus Deus intendat delere ac pœnitus remittere omnem æternam pęnam, quam tunc patiebantur humanæ carnes propter peccatum primi parentis Adami aduerſus crimen inobedientię; unde ut iam diximus in exordio operis, uſque ad domini Ieſu Chriſti aduentũ, aduerſus etiam humanam carnem indignatio permanſerat, omnem ad cęleſtẽ patriam aditum excludens; & ita uaticinatur Ezechielis*, & ſuſcitabo eis germen nominatũ, & nõ erunt ultra immuniti fame in terra, neq; portabunt ultra opprobrium gentiũ. & prædicta Ieremiæ uerba in eumdem ſenſum atq; domini aduentum reaſſumẽs Paulus ad Hebræos*, ſic loquitur, & peccatorum eorum iam non memorabor, dicendo autem nouum ueterauit prius, quod autem antiquatur & ſeneſcit propẽ interitũ eſt, adhuc tamen dominus, vt olim, uiſitat peccata omniũ parentum quod ad temporalem tantum pœnam; nanq; Dauid uaticinatus peccatũ proditoris & ſacrilegi Iudæ, illudq; prænuntians fore protrahendum in eiuſdem filios temporali tamen plectendos pęna, non habita deinceps ratione ad primi hominis facinus, eo pacto intelligi poſſunt prædictorum Ezechielis & Ieremiæ ſententiæ, q in hunc modũ fatur*, fiant dies eius pauci, & epiſcopatũ eius accipiat alter, fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua; inſtabiles uagẽtur filij eius, & mendicent, & qrant ex uaſtatis habitationibus ſuis; illaqueet fęnerator oẽm ſubſtantiã eius, & diripiant alieni labores eius, & nõ ſit illi adiutor, nec ſit qui miſereatur pupillis eius; fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius; in memoriam redeat iniquitas patrum eius in cõſpectu dñi & reliqua. ſicq; ẽ cõuerſo filius particeps efficitur

* ca. 34. Dan. c. 9. & Iſai. c. 11.

* cap. 8.

* 108.

ficitur ſanctitatis & uitæ religioſæ patris ſui, in quam rem
* 37. & Tobiæ. c. 9. ita fatur idem pſaltes*, iunior fui etenim ſenui & non ui
di iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem; to
ta die miſeretur & commodat, & ſemen illius in benedi-
ctione erit. tametſi dictum comprobatúq; fuerit patrum
iniquitates conſueuiſſe à domino uiſitari uſq; ad tertiā
& quartam generationem, propterea minimè apta aut cō
ueniens uideatur prædicta expoſitio, cum limitatū ac de
terminatum quartæ generationis deſcriptum tempus ui
deatur; nihilominus eſt indubitatè fatendum illud finitū
tempus, pro indefinito eſſe ſumendum, nec non genera-
tionem pro quoddam genere multa corpora continen-
te ac multas propagines; uidelicet omnem humanam car
nem longiſsimo tempore ac ad placitum propter pecca-
ta primi parentis à domino eſſe plectendam, donec emit
teret ſaluatorem, quo deinde omnis indignatio cenſere-
* cap. 44. tur pœnitus eſſe dimiſſa. unde Eccleſiaſticus*, laudemus
uiros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua, &
ſubdit, corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt & nomen
eorum uiuit in generationem & generationem. & dixe-
* 112. rat pſaltes*. beatus uir qui timet dominum in mandatis
eius uolet ualde; potens in terra erit ſemen eius, genera-
tio rectorum benedicetur. qui adhuc, de regno ac cōuer
ſione per eiuſdem Ieſu Chriſti aduentum; ac degentibus
ad ueram religionem & pietatem, & ſeculum aureū per-
ducendis intendens uaticinari, in hunc modum loqui-
* 102. tur*; ſcribantur hæc in generatione altera, & populus q
creabitur laudabit dominum. ſic quoque capi conſueuit
tempus pro tempore, ac definitum pro indefinito tēpus
* cap. ſin. præſcribi, ut millenarius numerus iuxta Cantica*, millè
tui pacifici; intendens tamen indefinitam ipſi ſalomoni
* cap. 32. præſtare ſalutem. cui & adijce Ieremiam*, qui facis, in-
quit, miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatē pa-
trum in ſinum filiorum eorum poſt eos. ita & ſeptenna-
* ca. 24. & de pœn. diſt. 3. c. ſepties. rius numerus definitus hoc pacto ſumitur pro indefini-
to; de quo ita meminit ſapiens in prouerbijs*, ſepties in
die cadit iuſtus. in quam rem Moyſes commemoratur do
minum

minum Deum ad Cain iuxta primum Pentateuchi*, dixiſſe, omnis qui occiderit Cain ſeptuplum pũnietur. Secundo autem modo quod ad æternam animæ perditionẽ, non dubitat ullus filios & cæteros, præter filios, effici reos & ſecum patris crimina trahere imitatione, nam ſi proteruus fuerit pater; cuius filij eiuſdem peccata, ac malos mores imitentur, proculdubio portabunt patris iniquitatem, & ita loquitur Iob*, homini qui ſimilis tui eſt nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua. ſic & legitur in tertio Regum*, dominum percuſſiſſe Baaſſa, Ela, & Zambi filium & nepotem, qui ambulauerant in uijs peſsimis Ieroboam, occaſionem peccandi populo Iſrael præſtantes. & ſequitur Euangeliſta Ioãnes*, uos, inquit ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri vultis facere, ille homicida erat ab initio, quaſi dicat, diabolum imitantes, non natura ſed exemplo, imitari uidentur peruerſum patrem, propterea eodem damnantur crimine.

* c. 4 & pſal-tes. 78. & 119. fin.

* ca 35. & 1. q. 4. c. homini.

* cap. 16.

* cap. 8.

NON OCCIDES.

Tantus enim in humani generis culpam domini eſt zelus ut, quo quomodo perpetratum homicidij facinus nedum deteſtabile ei ſit, ſed animalium etiam ratione carẽtium, eſum ſanguinis, ex quo homo concipitur & anima, eo palam interdixerit cunctis, ne ad hominis necem uiderentur inuitati; ſicuti, poſt factum generale omni carni diluuium, eam ipſam rationem ex primo Pẽtateuchi,* ſecum adducit dicens, omne quod mouetur & uiuit erit uobis in cibum (traditur enim nulli antea carniũ eſſum fuiſſe indictum) ſubditq́;, excepto puod carnem cum ſanguine non comedetis, ſanguinem enim animarum ueſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis, de manu uiri, & de manu fratris eius requiram animam hominis; unde hebræi profitentes ſe ad unguem legis fore obſeruatores, cautum uoluere anima-

* c. 9. & ex le uit. c. 17.

lia, quæ ſibi ædi fas eſſet, edi minimè poſſe, niſi accutiſſimo gladio feſtinanter & uno ictu ea prius iugulauerint; qua re, uti experientia docet, toto impetu facilius in unũ profluit, ac exit ſanguis. Cuius propriè ſumpto uocabulo homicidij præparatorium eſt Ira, iure homicidij ferè uindicanda, quædam uis iraſcibilis, qua quis appetit uindictam contra rationem, quę & Ira per uitium proprie nũcupatur, de qua Paulus ad Romanos*, non uoſmetipſos defendentes charißimi, ſed date locum iræ, ſcriptum eſt enim mihi uindictam & ego retribuam; & dixerat ſapiẽs in prouerbijs*, graue eſt ſaxum, & oneroſa arena, ſed ira ſtulti utroque grauior, ira nõ habet miſericordiã. cuius, ſicuti in eamdem tribus protrahimur modis, tres pariter ſunt pœnales modi. Iudicij primus eſt, de quo ita fatur Euangeliſta Matthæus*, omnis qui iraſcit̃ fratri ſuo reus erit iudicio. Secũdus eſt modus, quo grauior imponitur multa, quia ulterius & extra prorumpit iratus proximum contumelijs afficiendo; unde idẽ Euangeliſta proſequitur, qui autem dixerit fratri ſua Racha, reus erit cõcilio; hoc eſt non tantum opus erit iudicis decreto, ſed etiam plurimorum erit neceſſaria conuocatio; qua de re fit ut propter hunc primo grauiorem exceſſum non quæratur utrum is damnandus ſit, quem indubitatè conſtat eſſe dãnandum, ſed iudices conuocati & in unũ collecti determinabunt quo illum ſupplicio oporteat damnari; racha enim eſt hæbraica dictio, quæ latinè ſonat idem quod uacuus, quo hæbetes homines & ſine familiari intellectu ex indignatione ac animi rancore exterius prorupto conuitio uincit iratus. Tertius uero pęnalis modus eſt, gehenna ignis, quam dixere duplicem, alteram ignis, alteram ſulphuris, quidã uidelicet Deus, quem à ualle idolis cõſecrata iuxta olim muros Ieruſalẽ cadaueribus repleta, appellari dicitur; à ge dicta quod eſt terra, & annos quod eſt profundum, quia in profundo ac interiori terræ parte infernus habitare deſcribitur. Altera eſt gehenna, quã frigoris dicimus, ubi ex eodem Euangeliſta Matthæo*, erit fletus & ſtridor dentium, Altera itidem eſt ira, ſed p

zelum,

* c. 12 & 55. diſt. c. ſi Euangeliſta.

* cap. 27.

* c. 5. Abb. in c. ſicut dignũ. num. 3 de homic.

* c. 24. Arch. in c. denique. diſt. 4.

zelum, à mera in dominum & proximũ charitatẽ proueniens, de qua ſecundus Pentateuchi*, ego ſum Deus zelotes, hoc eſt eximio amore non patior uindicare in facinoroſos homines. propterea Moyſis ira minimè fuerat à domino uindicanda, qui ut colligitur in ſecundo prædicto libro*, reuerſus de monte portans duas tabulas teſtimonij opere ac digito Dei conſcriptas, cum appropinquaſſet ad caſtra uidit uitulum & choros, iratuſq; ualde proiecit atq; cõfregit eas ad radicem montis, arripienſq; uitulum, quem populus fecerat, combuſsit & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam & dedit ex eo potum filijs Iſrael, ſalutare nempè remedium, nimiaq; dilectio; nam cum idem populus, abſq; contractu & obligationis ſtipulatione, ſolum cum domino pactum nudũ feciſſent, dumtaxat dicentes; faciemus omnia quæ locutus es & erimus obedientes, & dominus dixiſſet Moyſi, dabo tibi duas tabulas lapideas, eaſq; ante ſtipulationẽ non recepiſſet aut fregiſſet, tunc proculdubio propter ſuperuenientem conſenſum & ratihabitionem ſub eo idolatriæ facinore ſubſecuturam, perijſent omnes; quorum tria millia dumtaxat per manum leuitarum mandato domini cæcidere propter fidem mentitam, nec non immiſsutæ fuerant facies, uel uentres inflati ut à leuitis cognoſcerentur ac interficerentur quicunque idolatriæ cauſam dedere; pro quibus præcante Moyſe, reſpondit dominus; ego in die ultionis uiſitabo & hoc peccatum eorum; quaſi dixerit ego minimè immemor ero huius ſceleris & flagitij cum in idem iterum incideritis, propterea dicitur peccati cauſam primam nõ pęnitus extingui, quoties in illam poſtea reincideris, ſed maiori propterea ſupplicio afficieris*. ne dum igitur Moyſes non peccauit, opus domini infringẽs, imo bonum opus operatus eſt conſulens huic populo ne periret; qui enim præſtat bonum conſilium, æternæ remunerationis conſequitur præmium, quod inter ſeptem opera miſericordiæ cõnumeratum legimus*.

Ignorãtes docere ſecũdũ obtinet locũ, hominis.n.igno-

rantia

*c. 20. Archi. in d.c. homini. 1.q.4. glo. in c. qui peccat. 23. q. 4.

*cap. 32.

*de pœn. diſ. 2 c. ſi quis ubi Arch.

*e 21. q. 2. ca. qui bona.

rantia eſt ualde periculoſa, quam cunctorum errorũ matrem ueteres dixere, de qua Eccleſiaſticus*, non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur; & quemadmodum ex debito naturæ proximum diligere compellimur eodem uinculo, quo noſmetipſos, ita opus eſt nobis eos docere*.

* cap. 8.

* 38. diſt. ca. ignorantia.

Peccatores monere tertium eſt in ordine opus, uidelicet fraterna correctione, quæ dicitur charitatis medicina peccato proximi addita; nam ſi ex eo profeceris, profectò lucratus eris totum hominem, quod ſi omiſeris, illum interfeciſſe uideris, de quo ita fatur Euãgeliſta Matthæus*, ſi peccauerit frater tuus, uade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum; frater enim tam ex noua, quàm ex ueteri lege regulariter is nũcupatur, qui ſub una & eadem lege ducitur; unde inquit idem Euangeliſta, ſi frater tuus te non audierit ſit tibi tanquam ethnicus, nec quiſquam poteſt ethnicus eſſe, quin chriſtianã fidẽ inſequat̃, uel eamdẽ profiteatur inſequi, qa priuatio p̃ſupponit habitũ vñ tertius Pét.* ſi attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu & ſuſceperis eum quaſi aduenã & peregrinũ & uixerit tecum, nõ accipies uſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti, time Deum tuum ut uiuere poſsit frater tuus apud te. & ſequitur in quinto libro*, caue, inquit ne fortè ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat ſeptimus annus remiſsionis & auuertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat mutuum commodare, propterea iuxta eumdem librum*, idem dominus ſubdit, non fœnerabis fratri tuo ad uſuram, ſed alieno. Proximus autem in ipſa ueteri lege diuerſimodè conſideratur. Aut ratione hæreditariæ ſucceſsionis, de quo idẽ in quarto libro*, homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filium eius tranſibit hæreditas, ſi filiam non habuerit habebit ſucceſſores fratres ſuos; quod ſi & fratres nõ fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius, ſin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt, uidelicet ſanguinis habita ratione. alio

* ca. 18. & 11. q. 3. c. qui occidit.

* c. 25. & 11. q. 3. c. ad menſã. Arch. in ca. iã nunc. 28 q. 1.

* c. 15. & ca. 17.

* cap. 23.

* cap. 27.

mòdo

modo conſideratur proximus nulla ſanguinis habita ratione; ſed habita tantum ratione ad quandam reuerentiam ex ſanguinis proximitate, quæ cadere conſueuit ex tranſuerſa linea; de qua in hæc uerba facit mentionem tertius eiuſdem Pentateuchi*, omnis homo ad proximã ſanguinis ſui non accedet, ut reuelet turpitudinem ſanguinis eius, turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad uxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. & in hanc diſtinctionem fatur Eccleſiaſticus*, dicẽs miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericordia autem Dei ſuper omnem carnem. alio modo proximus capitur, qui inſequitur eamdem fidem & dogma, unde uidens Moyſes duos hebræos inuicem rixantes, iuxta ſecũdum Pentateuchi*, ait illi qui inferebat iniuriam, quare percutis proximum tuum? At ex lege domini atque tacita mente ratione ſubiectæ materię ſaltem, hunc non dubitamus dici proximum, quem ueteres ex lege dixere alienum, cum quo fuerant interdicta connubia; inter quos tamen ſi immineat urgeatq; neceſsitas, exercenda eſt charitas potius in magis egentem etiam infidelem, quàm in fidelem, propterea ſubdit dominus Ieſus Chriſtus iuxta Euangeliſtã Lucam*, referensq; parabolam de eo qui in latrones inciderat, quærit quis horum trium uidetur proximus illi qui incidit in latrones? at ille dixit qui fecit miſericordiam in illum, & ait illi Ieſus, uade & tu fac ſimiliter; cum enim ad communem hęreditatem capeſcẽdam alieni & proximi indiſtinctè fuerint uocati, de quibus uates in pſalterio*, in omnem terram exiuit ſonus eorum & in fines orbis terræ uerba eorum, nulla diuerſitatis ratio deſcribi poteſt quare extrema urgente neceſſitate magis ſubueniamus fideli quàm infideli magis egeno; cum quibus, quamuis interdictum fuerit aſsiduum comertium, connubiaq;, ne fortè ad peccandum inducamur; non tamen ex ipſo generali exẽplo, ac generali domini conuocatione ad hæreditatem capeſcendam debemus euitare charitatis officium, quibus propterea à nobis permittendus eſt ingreſſus in templum, adhoc ut edo-

T ćti

* cap. 18.

* cap. 18.

* cap. 2.

* c. 10. & leuit. c. 20.

* 19, & 86. diſt. c. eſt proBanda. Malachi. cap. 2.

cti quæ & quanta expectemus, ad hæc & ipſi attrahantur per lauacrum baptiſmi circumciſi, & nobiſcum conficiant paſcha; quos non dubitamus pariter admiſiſſe aduenas & peregrinos ut circumſpicerent eorum ſacrificiorum ritum, indeque ad unam & eamdem religionem & fidem attraherentur, ab omni ipſorum ritu ſacrificiorum interim abſtinentes; & ita obſeruandum mandauit dominus iuxta librum Exodus*, dicens hæc eſt religio phaſe, omnis alienigena non comedat ex eo; omnis autem ſeruus emptitius circumcidetur, & ſic comedet; aduena & mercenarius non edent ex eo, quod ſi quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domini, circumcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque ſicut indigena terræ; ſi quis autem circũciſus non fuerit non ueſcetur ex eo; eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud uos; quos propterea in eodem libro*, dominus mandauerat non contriſtandos, nec affligendos, adducens & memoriæ recolens populo Iſrael rationem, & dicens, aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Aegypti. & ſuanes in pſalterio*, intendens monere ac docere omnes quomodo perueniant ad cęleſtia regna, qui uenimus omnes in mundum & creati ſumus ut iuſtè cum fide & pietate uiuamus, diligentes omnem naturam humanam, non uitia perſonarum, ita loquitur, Quis aſcendet in mõtem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in uanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. eo autẽ tempore, his prædictis legis autoritatibus moniti, cum ſacra fiunt, ut in eleuatione ſacratiſsimi corporis, ne tunc nobiſcum facere phaſe domini uiderentur, debemus mouere eos de conſpectu huius tanti ſacrificij, in ſcandalum maximè infirmorum, cum non deceat compellere eos intrare, aut ut uenerentur ac adorent ſacramentum, quod ipſi Deos alienos appellant; de quibus memi-

*cap. 12.

*cap. 22.

*24. & Pſ. 14

meminit quartus liber Pentateuchi, quem dicimus Numerum*. * cap 25.

Afflictos conſolari quartum eſt opus, propterea ſapiens in prouerbijs*, innuens id charitatis munus intermittentes graues dare pœnas, quaſi debito naturæ carentes, in huncq; modum acclamans fatur, uerti me ad alia & uidi calumnias & lachrymas innocentium; & neminem conſolatorem. quo loci adhuc ita ſequitur*, omni tempore diligit qui amicus eſt frater in anguſtijs comprobatur. * cap 4. * c 17. Archi. in c conſolatio. de pœnit. diſt. 3.

Parcere offendentibus quintum eſt, quam uindicta repugnet legi domini, quam ſibi in ſignum ſupremi imperii reſeruauit, refert in hæc uerba Eccleſiaſticus*; qui uindicari uult, à domino inueniet uindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit, relinque proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. & ſequitur Euangeliſta Matthæus, eodem loci quem ſupra commemorauimus, & ait, uade reconciliari fratri tuo; ſic & pater meus cœleſtis faciet uobis ſi non remiſerit unuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris, quia ſcriptum eſt mihi uindictam & ego retribuam. * c. 28. & Paulus ad Romã. cap. 12.

Calumnias patienter ferre ſextum eſt, in quam rem ita docuerat Eccleſiaſticus*, omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ; & uates in pſalterio*, rebus aduerſis perturbatos homines intendens conſolari, ut æquo animo ferant, expectentque dominum quibus ſubueniat; quos propter illorum bonitatem ſæpe opprimere ſolet, malis uero ad uoluntatem omnia fluere permittit, ſic loquitur tace domino & expecta eum, expecta dominum & cuſtodi uiam eius, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram, exterminationem peccatorum uidebis. * c. 10. Lucas. cap. 6. * 37.

Orare pro uiuis & mortuis ſeptimũ eſt opus, quod in hæc uerba nobis ſignificat Paulus ad Galatas*, dicens alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chri- * cap. 6.

ſti.Itidemq; ſeptem alia opera miſericordiæ, quę tempo ralia dicimus, in hęc uerba mandauit obſeruari dominus iuxta Euangeliſtam Matthæum*, ſitientes potare, Eſurientes paſcere; Nudos ueſtire; peregrinos hoſpitari; Infirmos uiſitare; Carceratos redimere, & mortuos ſepelire; quę adeo ex utraq; lege neceſſaria dignoſcimus; ut, ubi ſuadeat æquitas ac urgeat neceſsitas, unum harum abnegantes; quaſi homicidas diiudicari oporteat; quorum aliud eſt corporale; aliud uero ſpirituale eſt, quod in hūc caſum quinque modis contingit. odio proſequendo; aut male conſulendo; aut uictum ſubtrahendo; aut cooperando; aut fame detrahendo*. Corporale uero illud appellamus, quo adeo corpus interimitur, ut illud ab anima ſeparetur, quod aut facto contingit, ut exemplum in milite traditur; aut præcepto ut in Iudice; aut conſilio ut in Aſſeſſore, aut euitabili defenſione*. hinc annectitur Euangeliſtarum concordia, quæ uidebatur diſcordia, quorū alter hora tertia, alter uero hora nona Chriſtum atteſtatur fuiſſe crucifixum, nam alter de homicidio lingua, alter uero de homicidio ex facto contingente intelligendus eſt, quod quatuor contingit modis.

* c.25.Iſai c. 58.Eccleſiaſt. cap.7.

* 21.q.3.c.cū in cunctis. & c.inter uerba. & 23.q.8. ca. ſi.& c.homicidium, cū ſeq. & de pęn.diſ. 1.c.noli putare cum ſeq.

* 50.diſt.c.ſiquis uiduam.

- Voluntate.
- Caſu.
- Neceſsitate.
- Iuſtitia.

Voluntate contingit homicidium, cuius mortis eſt impoſita pęna, quadam pęna talionis. dato autem ut minimè reprobaretur argumentum à contrario ſenſu in tertium librum Pentateuchi*, ex ſententia ueterum ſcriptorum, quo loci dominus Deus præcepit ut diligamus amicum ſicut noſmetipſos, & illud conſequens propterea ſibi uideri, a contrario ſenſu odio habendum eſſe inimicum, nihilominus quia charitati proximi, ac menti diuinæ illud repugnare comprobatum eſt, quod & expreſsè declarat dominus Ieſus Chriſtus ex Euāgeliſta Matthęo*, hanc eamdem recenſens legem, & ſucceſsiuè ſubdēs, audiſtis quia dictum eſt diliges proximum tuum & odio habebis

* cap.19.

* c.5.Deuter. cap.10.

debis inimicum, ego autẽ dico uobis diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, non dubitamus homicidium ac odium reprobari; nam triplici modo conſideramus inimicum.

Materialiter primo modo, quo caſu à nobis indiſtincte diligendus eſt amicus, cum omnis humana caro à domino fuerit condita ad imaginem & ſimilitudinem Dei; ac ad communem hæreditatem capeſſendam, propterea idem Ieſus Chriſtus proſequitur, & ait orate ut ſitis filii patris ueſtri, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, ſatiſque nuper eſt comprobatum omnem carnem humanam conuocatã eſſe ad populi Dei Iſrael ſolemnitates, nec non, ut doceremur alienigenas minime abiiciendos eſſe, dominumque ipſum mãdaſſe, ut tertio anno ad eorum uſum, pupillorũque, ac uiduorum ſepararetur decima, qua commodius ualerent intereſſe ſolemnitatibus tribus uicibus in anno iuſsis obſeruari.

Formaliter ſecundo loco inimicum conſideramus, quem nempè indubitatè prohibemur diligere, quaſi cẽ ſeremur aſſequi eiuſdem inimici dogma ac inſtitutum ſi dei ac religioni noſtræ ualde aduerſum, ut eſt Iudæorũ, Agarrenorum, uel Hæreticorum peruerſa forma ac inſtitutio; hinc cum eis aſsiduus nobis uſus ex utraque lege interdictus eſt, ne fortè ad iniquũ eorum inſtitutũ attrahamur, eſt tamen aduerſus hos diuerſa lex impoſita, nam aut cõſideramus Iudæos formaliter tamen inimicos, quo caſu ſolus frequens interdictus eſt cum eis uſus, nam cũ ſint reliquię quædam in teſtimonium fidei noſtrę, reliquiæ ſalue permanere debent, nec extinguendæ ſunt, q̃ multum operantur, & quibus dominus pollicitus eſt perpetuam fidem ne pęnitus diſpergerentur, ut legitur apud Prophetam Iſaiam*, Aut uero conſideramus Turcas, ſiue Agarenos inimicos, tunc quamuis dixerimus Iudęos eſſe peiores,

* c.i. & c. 10. Ioã. Nicolai Arela trac. de hæret. ca. 25.

peiores, nihilominus diuerſis conſideratis, accerbius cũ eis agendum eſt; nam cum detineant promiſsionis terrã; quæ hodie hæreditario iure ſpectaret ad chriſtianos hærędes Ieſu Chriſti, ad quem iure optimo cuncta pertinent, flectitur in eos ſententia, quam in hæc uerba obſeruari mandauit dominus Deus aduerſus ſimiles iniuſtos promiſsionis terræ occupatores iuxta quintum librum Pen-

* cap. 20.

tateuchi*, dicens ſi quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem; ſi receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſaluabitur; & ſeruiet tibi ſub tributo; ſin autem fędus inire noluerit & cęperit contra te bellum, oppugnabis eam, cũq; tradiderit dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt in ore gladij, abſque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris quę in ciuitate ſunt; omnem prædam exercitui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtium tuorum, quæ dominus Deus tuus dederit tibi; ſic facies cunctis ciuitatibus, quæ à te procul ualde ſunt, & non ſunt de his urbibus, quas in poſſeſsionem accepturus es; de his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes uiuere, ſed interficies in ore gladij, Hæthæum uidelicet, & Amorrhęũ, Chananæum, Pherezeum, & Heuæum, & Iebuſæum, qđ totum per manum Ioſue executioni fuit demandatum. propterea non debemus proprijs bonis ſpoliare Iudæos,

* Arch. in c. ſi de rebus. 23. q. 7.

per quos nulla ad nos ſpectantia bona detinentur*. Sed ſi conſideremus hæreticos formaliter inimicos noſtros, non dubitamus uti domini peſsimos rebelles hos pænitus compellendos eſſe intrare, aut pęnitus igne reſecandos eſſe, ne morbida facta pecus totum corumpat ouile,

* Idem Arch. ſ c. de iudęis. 45. diſ. Lucas. c. 14. Matthæ. cap. 21.

& quia iuxta Paulum ad Galatas*, modicum furmentum totam maſſam corrumpit, nulla habita ratione quòd pereat imago & creatura Dei materialiter conſiderata.

Tertio loco aut cõſideramus inimicum eo modo quo uulgariter quem nobis odioſum aut inimicum dicimus, nec

nec oculis ferre ualemus;cui non egenti,niſi ex conſilio, benefacere non tenemur ; egenti uero,diuina & naturalis lex cogit ad benefaciendum, niſi fuerit ex occupantibus terram, quos hebræi fuerant iuſsi non finere uiuere; quamuis eccleſia noſtra,exemplo domini,abundantiori miſericordia uſa, oẽs indiſtinctè uiuere ſinat naturalisq; dictet æquitas in extrema neceſsitate illis adductis eſſe ſubueniendum.hinc ſapiens in prouerbijs*, ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum , ſi ſitierit da ei aquam bibere. necnon lex Deuteronomij*, non uidebis bouem fratris tui,aut ouem errantem , & præteribis , ſed reduces fratri tuo, etiam ſi non eſt prop inquus frater tuus, nec noſti eũ, duces in domum tuam , & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiet.cui annecte expreſsiorem domini legem iuxta ſecundum Pentateuchi*, ſi occurreris boui inimici tui,aut aſino erranti, reduc ad eum, ſi uideris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis,ſed ſubleuabis cum eo.

Caſu contingit homicidium,quem ita lex proponit, ut ſi rei licitæ detur opera ; qua de re ſi quis ludens pila, equeſterve currens non potuerit retinere equũ ; uel ſi ad panem incidendum, pręmanibus habeat gladium,in quẽ frater inſiluerit & fuerit mortuus , abſque culpa erit huiuſmodi homicida , niſi tamen immoderatè aut præter modum hæc cõtingerint,quæ bonus iudex arbitrabitur, qui perſpecta rei ueritate publico iudicio,hunc abſoluet aut condemnabit ; quam docuit dominus ſententiam in hæc uerba affatus Ioſue*, loquere filijs Iſrael , & dic eis , ſeparate urbes fugitiuorum de quibus locutus ſum ad uos per manum Moyſi , ut confugiat ad eas quicunque animam percuſſerit neſcius, & poſsit euadere iram proximi, qui ultor eſt ſanguinis, cum ad unam harum confugerit ciuitatum , ſtabitq; ante portas ciuitatis & loquetur ſenioribus urbis illius, ea quæ ſe comprobẽt innocentẽ; in quã ſententiam idẽ dominus dixerat Moyſi in quinto Pentateuchi*, qui percuſſerit proximum

ſuum

* cap. 25.

* cap. 22.

* cap. 23.

* ca. 20. & de homi. c. lator, c. dilectus ea, Ioannes. & c. ſignificaſti.

* c. 19. Leuit. ca 35.

ſuum neſciens, & qui heri & nudius tertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur, ſed abiiſſe cũ eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manu, ferrumq; lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit, hic ad unam ſupradictarum urbium confugiet & reliqua. Sex enim fuerant ciuitates leuitis conſtitutæ in terra Chanaam filijs Iſrael, peregrinis & aduenis, Cedes in Gallilæa montis Nephalim; Sichem in monte Ephraim; Cariatharbe ipſa eſt Ebron in monte Iuda ciuitas Arbeæ in quo loco primus homo Adamus ſepultus eſt.

Tres aliæ fuere ciuitates trans Iordanem contra Oriẽtalem plagam Ierico Boſor in ſolitudine, quæ ſita eſt in campeſtri terra de Tribu Ruben; Ramoth in Galaad regione Galileæ ad orientem quoque, & hæc ciuitas fuerat in Tribu Gad; Golan tertia fuit, quæ & fuerat in Baſan regione Og Regis*.

* gl. in c. illa. 15. q. 1. Num. c. 35. & c. 19. & Deute. c. 4. Ioſue. c. 20.

Neceſſarium homicidium eſt, ut ſi ab hoſtibus, quos propriè hoſtes nuncupari poſſimus, captus, eorum quẽquam interfeceris, ad hoc ut ineuitabile mortis periculũ aufugeres; uel, ut puta, ſi latronem comprehenſum in domo interfeceris, cum propriæ ſalutis ac bonorum periculum aliter euitare non potuiſſes, propterea in culpa non eris. in qua eris nempè ſi occideris eum, quem potueras uiuum comprehendere ſalua uita propria, aut bonis & inſimul uita; & ita obſernãdum docuerat dominus Deus in ſecundo libro Pentateuchi*, ſi effringens fur domum, ſiue ſuffodiens fuerit inuentus & accepto uulnere fuerit mortuus, percuſſor non erit reus ſanguinis, quod ſi orto ſole hoc fecerit, homicidiũ perpetrauit, & ipſe morietur, quaſi dicat lex domini, & ita conueniunt canonicæ ac imperiales leges, tu qui hunc interfeciſti latronem orto ſole, poteras acclamare, & uiuum comprehendere furem, cum ad ſalutis propriæ defenſionem, uel ſalutis & bonorum ineuitabilem defenſionem crederis non feciſſe; quia orto ſole, & concurrente perſonarum frequẽtia, quorum maior pars è ſomno ſuſcitauit, non ita facile fur

* c. 22. & c. in terfeciſti. de homic. & 50. diſt. c. quia te.

fur abſondi poteſt, aut bona celare, quãuis uideatur iure ciuili hęc iniqua ſententia recepta ut etiam pro defenſione rerum tãtum, ſit licitum perpetrare homicidium*. hinc igitur ratione ineuitabilis mortis fugiendæ ſacri canones permiſſere, ut ſi ſacerdos faciens ſacra aggreſſus ſit, in eum caſum adductus ut uitam ſaluam facere nequeat, tunc poſsit impune recedere ab altari immediate ſeipſum defendendo, & abſque irregularitatis periculo interficere aggreſſorem*.

Iuſtitia ad publicam uindictam facinoroſos homines impune occidimus; de qua uulgaris eſt regula*, qui lege permittente facit, pœnam non incurrit. Sanè iuris ordine ſeruato, omniq; lucri ſpe, auaritia, nec non in uindictam delectatione mandantis ac executoris ceſſante, quia mala intentio efficit ut opus bonum nihil operetur; hinc fit ut quicunque accuſauerit, eoſue ex priuata offenſione odio proſequatur, ſiue ex ſanguinis affectione omiſerit eos accuſare, in utrunque caſum graui ſupplicio dignus efficiatur*. & in hos duces ac rectores, qui iuſtitiæ zelo remoto, ſpe lucri, aut ad placitum deuiant à iuſtitia, ita fatur Eccleſiaſticus*, qui operatur terrã ſuã, inaltabit acceruum frugum, & qui operatur iuſtitiam, ipſe exaltabitur, qui uero placet magnatibus effugiet iniquitatem, xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit corruptiones eorum. & dixerat liber ſapientiæ*, melior eſt ſapientia, quàm uires, & uir prudens quàm fortis, audite ergo Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, præbete aures uos qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationũ, quoniam data eſt à domino poteſtas uobis, & uirtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera ueſtra; & cogitationes ſcrutabitur & ſeq. & dixerat lex domini in Deuteronomio*, non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant uerba iuſtorum, iuſtè quod iuſtum eſt perſequeris, quaſi dicat iuris ordine ſeruato, publicam poteſtatem à publica ſcientia moueri oportere. propterea emiſſarij Sauli eius pręceptis obtem-

* l.4. ubi glo. ff ad legem Aquil. & § in iuria. ubi add. Syl uerbo latronẽ in inſti. de lege Aqui.

* Abb. ĩ c. clerici. nu. 2. de uita & honeſta. cler.

* l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adult.

* 32. q. 5. c. ſi cut. & 23. q. 5. ca. milies. cle. multorũ. uerſ. iterum. de hęrec. Abb. in c. uniuerſitatis. de ſent. excõ.

* cap. 20.

* cap. 6.

* ca. 16. Exo. c. 23.

perare noluere, quibus mandauerat, nulla cognita cauſa iniuſteq́;, ſacerdotes interfici propter Dauidem innocentem, & ut demonſtrat primus Regum*, ab eo iniuſtè perſecutum. cui nempè eos paruiſſe oportuiſſet, ſi euidẽtiſsima iniuſta ratio non apparuiſſet, quibus, uel cuiuis executori minimè quærendum eſt de cauſa mandati ut exequantur; nec ſubditis perquirere aut inueſtigare eſt quid princeps cogitet, de quo meminit Sapiẽs in Prouerbijs*, gloria Dei eſt celare uerbum, & gloria regum inueſtigare ſermonem; cœlum ſurſum, & terra deorſum, & cor Regum inſcrutabile. Hinc in bello, ne illud iniuſtum dijudicetur, tria ſunt requiſita. Iuſta cauſa. Recta intentio. & Autoritas in capite.

* c. 22. & cap. 27. cũ ſeq. Fely. in c. qui in eccleſiarũ de conſti.

* cap. 25.

Bellum ex defectu iuſtitiæ in cauſa iniuſtum redditur quando abſque legitima cauſa, iuriſve ordine prætermiſſo indictum, motumve fuerit; primo enim, ut nuper legimus Moyſen à domino fuiſſe ſic edoctum, offerri debet pax, ſecundo eam hoſti indicere debemus, ac poſtremò mouere; unde pſaltes*, inquire pacẽ & perſequere eam; nempè inueſtigantes quemadmodũ poſsimus hunc pietatis capere fructum. quo ut oſtendit ſecundus Regũ*, ordine ſeruato, idem uates Dauid ac Rex mouit bellum aduerſus Seba filium Bochri, qui ſolicitauerat populum Iſrael ut ab eo ad ſe deficeret. illud nec non ueteres dixere iniuſtum bellum, quod ad ui ablatas repetendas res geritur; hinc, ut ex eodẽ ſecundo Regũ*, colligitur, idẽ uates, præmortuo Saule, geſsit bellũm aduerſus Iaboſeth eiuſdẽ Sauli filiũ, qui iniuſtè nixus fuerat occupare regnũ Iſrael. poſtremò illud dixere iuſtum bellum quod pp impedimentum tranſitus ad, uel per loca geritur; nam Moyſes ſcripſit in quarto Pentat,* filios Iſrael pugnaſſe aduerſus Seon, & og regem Ammorrhæorum, qui in terram promiſsionis innoxium tranſitum concedere renuit. eademq́; ratione oſtendit quartus Regum*, Saulum Regem Edomitas expugnaſſe. & propterea dixerat Cicero in primo officiorum, ſuſcipienda bella ſunt ut in pace ſine iniuria uiuatur.

* 34.

* cap. 20.

* cap. 2.

* c. 21. & c. ſi 23. q. 2.

* c 14. & Numeris. ca. 20.

Secun-

Secundo loco ex defectu rectitudinis in intentione, bellum dicitur iniuſtum, quoties ex defenſione reipublicæ illud motum non appareat, ſed ſola regnandi cupiditate; hinc dici ſolet, cupiditas regnandi ſiue nocendi, ulciſcendi crudelitas, dominandiq; libido reddit bellum improbatum, ſicuti tradit ſecundus Regum*, apertiſsimũ exemplũ in Abſalomonẽ; qui ſola regnãdi cupiditate inſequebatur patrem Dauidem, quem & antea legimus Saulum eadem ferè de cauſa uſque ad eius necem fuiſſe perſecutum. * ca 15. & ca. 17. & c. 19. & de reſti. ſpol. c. olim el primo. & c. quid culpatur, 23. q. 1.

Tertio ex defectu autoritatis in capite non dubitamus bellum improbari, quia niſi fuerit princeps habens Regiam facultatem per ſummum pontificem approbatam, uel hæreditario iure el competentem, nec non niſi ſummo paſtori ante propoſita fuerit querela ac per eumdémet comprobata, quem in omni etiam belli gerendi opere mandauit dominus fore primatum ac Ducem, ut abũde dictum eſt de autoritate & ſupremo eiuſdem ſummi ſacerdotis imperio, ſatis habentes locũ indicaſſe; procul dubio, tanquam à priuato homine geſtum improbatum bellum non dubitat quiſquam.

NON MOECHABERIS.

A mæchia dictũ, quod nomine omnis concubitus & mẽbrorum non legitimus uenit uſus, adulterium propriè ſonans, quaſi ad alterius thorũ acceſſum*, ad cuius rei euidentiam præmitendum eſt huius fœderis matrimonii, quod per adulterii facinus deteſtabile uiolatur, tres fuiſſe ſtatus. * 35. q. 1. c. lex illa.

Primũ fuiſſe ante legẽ decalogi, qđ eſt in primo ſtatu, quo tempore nec fornicationis neque adulterii ulla à domino Deo impeditiua lex expreſsè edicta fuerat; facinus autem iſtud adeo fuerat abominabile domino, atque gẽtibus ſola naturali ratione motis, ut huiuſmodi tranſgreſſores adulteriq;, ex relatis per Moyſen in primo Pentateuchi*, graui ſupplicio fuiſſent mulctati, quo * cap. 38.

 legi-

legimus loci Thamar Selæ ſponſam, quæ crimine adulterij fuerat conuicta, fuiſſe iuſſam exhiberi ut igni traderetur, & cuius, propter huiuſmodi abominabile facinus, pœnitus extingueretur omnis memoria. nec non eodem loci*, idem Moyſes recenſet Abraam ingreſſum fuiſſe in terram Aegyptij cum Sara uxore, eumdemq; perſuaſiſſe Aegyptiacis fuiſſe ſororem, metuentē ne interficeretur ad hoc ut euitarent adulterij facinus, deindeq; ad placitum uterentur ea à matrimoniali abſoluta uinculo; at quia ſaltem ad conſumatum deuenerant conſenſum, fuere percuſsi a domino graui morbo, qui dicitur fuiſſe in pudendis, quibus ſibi propoſuerant peccare, propterea immediatè eam incolumem atque intactam Abrahæ reſtituere. quo morbo minime fuerat affectus Abimelech Rex Geraræ, quem ex relatis per eumdem Moyſen in eumdem locum*, dominus cuſtodiuit ne peccaret ex conſenſu: ſicuti nec mentem habuit corruptam, propterea ita alloquitur eum dominus, & ego ſcio quod ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te ne peccares in me, & non dimiſi ut tangeres eam, concluſerat enim omnem uuluam domus eius propter Saram, quaſi nempè filiali correctione præmonitæ. Secundus ſtatus fuit poſt decalogum & omnem Moyſi præſtitam legem in monte Sinai, quo in uirū & uxorem pariter adulterium committentes mortis eſt impoſita pœna, de qua ita loquitur tertius Pentateuchi*, ſi mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulteriū perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriatur mæchus & adultera. quam tamen adulterij turpitudinē, autoritate ſibi ex lege competenti, populus Iſrael expoſuit & declarauit in hunc modum, ut intelligeretur aduerſus mulierem uiro coniunctam; ſed ſi matrimoniali uinculo coniugatus habuiſſet rem cum muliere uiro ſoluta, falſò intellexere hunc non ſolum non mechari, ſed neq; in ullam luxuriæ ſpetiem ſupplicio uindicandam incurriſſe; ſanctorum patrum ante & ſub lege exemplis; nitentes quibus legitur licuiſſe plures uno & eodem tēpore uxores habere; nam Lamech habuit duas uxores, ut me-

* c.12.glo.in ca. dixit Sara. 32.q.4.

* cap. 20.

* c.20.Deuteto.c.22.

meminit primus Pentateuchi*, quo loci etiam refertur Abraam habuiſſe Saram uxorem, eodemq; tempore habuiſſe ac in domo retinuiſſe Agar ancillam, ex quo concepit Iſmael, & ex Sara Iſaac; & legitur in ſecundo paralipomenon*, Roboam Regem obtinuiſſe decem & octo uxores, concubinas autem ſexaginta. nec non oſtendit ſecundus Regum*, Regem Dauidē procreaſſe ſex natos ex totidem uxoribus uno tempore; neque quenquam, aut ipſum ullas propterea pœnas dediſſe, prçterquam ex adulterij crimine; quo, ut demonſtrat ſecundus Regum*, idē Rex Dauid fuerat conuictus aduerſus Bethſabe uxore Vriç, cui ex ea atque ex adulterio progenitum filiū ademit dominus, immiſitq; propterea peſtem, qua perijt plurima ſui exercitus Multitudo. poterat autem ex quauis leui cauſa repudij dari libellus, de quo ita meminit Moyſes in quinto libro*, ſi egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſq; duxeris, & uideris in numero captiuorum mulierē pulcram, & adamaueris eam, uolueriſq; habere uxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radiet cæſariam, & circumcidet ungues, & deponet ueſtē, ſedenſq; in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam uno menſe, & poſtea intrabis ad eam, dormieſq; cum illa. & erit uxor tua; ſi autem poſtea non ſedet in animo tuo, dimittes eā liberam. & ſequitur Propheta Malachias*, uxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere, cum odio habueris eam, dimitte dicit dominus Deus Iſrael. cuius rei modū & ordinem Moyſes deſcribit in eodem quinto libro, in hæc uerba*, ſi acceperit homo uxorem & habuerit eam, & nō inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquā fæditatem, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illud, & dimittet eam de domo ſua, cumq; egreſſa alterū maritum duxerit, & ille quoq; oderit eam, dederitq; libellum repudij, & dimiſerit eam de domo ſua, uel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorē, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt corā domino; non aduertentes autem hebræi ex repudio perpetua

* c.4. & c.16. cum ſeq.
* cap. 11.
* cap.3.
* c.11. cū ſeq. & c.fin.
* cap.21.
* cap.2.
* cap.24.

petuã uxores infamia notari, ad placitũm ſibiipſis cauſas adſcripſęre, ſicuti dominus Ieſus Chriſtus, iuxta Euangeliſtam Matthæum*, illis interrogantibus ſi liceret homini dimittere uxorem ſuam quacunque de cauſa, reſpondit: quoniam Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras, ab initio autem non fuit ſic; dico autem quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur, & qui dimiſſam duxerit mæchatur, ut quis dimiſſa uxore propter adulterium poſsit alteri copulari. Inter concubinas autem; uxores; & ſcortum, hanc legimus differentiam fuiſſe conſtitutam; quamuis enim in concubinatu debitæ ſolemnitates interpoſitę non fuerint, nihilominus dũmodo ad uictum necnon & expenſas proprias detinerentur in domo, tunc legitimæ uxoris uim habere uoluere adeo, ut ex eis progeniti filij omnimodam legitimam filiationem nanciſcerentur; propterea, iuxta librum Iudicum*, quandoque concubinę nuncupatæ fuere uxores. & cum Rex Dauid, ut oſtendit ſecundus Regũ*, domi reliquiſſet decem concubinas, in prælıũ aſcenſurus; Achitophel conſuluit Abſalomonẽ, ut patri Dauidi iniuriã inferret, dicens illi, ingredere ad cõcubinas patris tui, quas dimiſit ad cuſtodiendum domum, & cum audierit omnis Iſrael quod fędaueris patrem tuum, roborentur tecũ manus eorum. Scortator autem ab uxore & concubina ualde differens ea dicitur, cũ qua extra domum noſtram habemus conſortium nec ex bonis noſtris alitur, niſi quatenus ad eã accedẽtes mercedẽ præſtamus ei proſtituenti ſe publicè. quo pacto declaratur dñi ſnĩa ex relatis in hæc uerba p Moyſen in v. libr.* non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael. tametſi ex hiſtoria tertij Regũ*, apertiſsimè appareat Regẽ Salomonẽ tpe uitę ſuæ habuiſſe uno & eodẽ tempore uxores ſeptingẽtas, & concubinas trecentas; qua de re quot uno & eodẽmet tpe uxores & cõcubinas in domo retinere licuiſſet, pfinitus non uideret numerus, ſapiẽtes Iſraelites hũc legi Regiæ dedere ſeſũ, dñm Deũ ſibi uoluiſſe priuatos hoĩes

in

Margin notes:
* ca.19. Gaie. ĩ priorẽ Theſſal.c.4 & 31. q.1.c.hac ratione.
* c.19. circa finem.
* c.15. & ſeq. in fine.
* cap 23.
* cap.11.

in ſociandis connubiis Regibus eſſe prælatos, quibus non liceret excedere numerũ decem & octo uxorum, moti autoritate ſecundi Regum*, quo loci dominus dixerat Dauidi Regi poſt adulterij perpetratum facinus, ego unxi te in Regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui in ſinu tuo, dediq; tibi domum Iſrael & Iuda, & ſi parua ſũt iſta adiiciam tibi multo maiora, uel plura & plura iuxta eorum literam; nam cum idem eo tempore haberet ſex uxores, ex ea uerborum geminatione, intelligunt dominum uoluiſſe cunctis Regibus perpetuum fore monumẽtum, ut uſq; ad numerum decem & octo uxorum aſcendere ius regium eſſet. quem propterea limitatum decem & octo uxorum modum obſeruaſſe Roboam Regem Iuda, legimus; hæc tamen ſententia non ſatis tuta eſt apud ſeniores & ſcriptores populi Iſrael, propterea nulla apud eos lex ſcripta reperitur quot uxores & concubinæ Regibus fuerint limitatæ; non tamen improbant bonum eſſe priuatis à multitudine abſtinere; multoq; magis ducibus, Rectoribus ac Regibus negotiorum uarietate detentis, ne rebus ad rempublicam ſpectantibus diſtrahantur; quarum occaſione Salomon ductus eſt ad idolatriam; quam ſententiam ſentiens dominus Deus ſic affatur Reges in quinto Pentateuchi*, quem librum mandauit Regibus ut habeat præ manu; nõ habebit uxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immenſa pondera, poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in uolumine accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus uitę ſuæ ut diſcat timere dominum Deũ ſuũ & reliqua. hinc poſtea ſacri canones decreuere quẽlibet unica uxore, uel ea deficiente, unica cõcubina fore cõtentũ dũ tamẽ cõſtet de mutuo conſenſu, et ſi ſolemnitates in matrimonio exhiberi conſuetæ, in eum caſum exhibitæ non fuerint*. Succeſsiuè autem, maximeq; ex nouella ſacri concilij Tridentini conſtitutione eſt cautum ut in facie eccleſiæ, ideſt corã duo-

* cap. 12.

* cap. 17.

* c. is qui, eſſ ſeq. ubi gloſſ. 34. diſt.

duobus uel tribus teſtibus;nec non præſente parocho,qui uiro & uxore,quæ uxoris uim habeat, interrogatis, ac vtriuſque reſponſione ſubſequente per iuxta loci conſuetudinem apta & conuenientia uerba ad perfectionē matrimonij procedat; ſub pœna tanti uiolati ſacramenti marito,ſiue uxori,qui ad alterius thorum acceſſerint; ſiue etiam ea perſona ad quam fiat acceſſus,ſui corporis ſoluta habuerit poteſtatem; quam rem,Paulus primo Theſſa.* apud gentiles & ex iniqua legis interpretatione, niſi ad coniugatam fieret aditus, peccatum non fore,ſentiēs, quia eamdem ſimplicem fornicationem ſucceſsiuè dominus prohibuit,ita improbat; hæc eſt enim uolūtas Dei ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos à fornicationē, ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum uas poſsidere ſuum in ſanctifica tione & honore,non in paſsione deſiderii. Vnde in ſociā dis coniugibus tertius eſt & hodiernus ſtatus, quo unica legitima uxore iubemur eſſe contenti; ea, quam in Regibus adduximus ratione, Leuitico ordine ac in ſacris cōſti tutis (quod ita ex lege non fuerat) ab iſta carnali, matrimonialive copula pœnitus excluſis. Si enim ex ueteri lege, quæ ad perfectum nōn duxerat, populus Iſrael, antequam reciperet legem, fuerat iuſſus triduo ante ſaltem ab uxore abſtinere, ac ueſtimenta lauare, quanto magis fas eſt hodie ſacerdotes à connubiis abſtinere, ne tantum uerum Chriſti corpus indignè ſumatur, uel attractetur in eorum, ac totius populi graue detrimentum? quem propter hæc & multa alia ſacerdotum diuerſa facinora ſæpius periiſſe oſtendit Ieremias*. quidnam aliud uoluit ſibi Moyſes & Aaron eiuſque filij lauātes manus & pedes, cum ingrederentur tectum fœderis, ſicut dominus præceperat ex ſecundo Pentateuchi*; q̄ altari miniſtrantes præmoneri, ne attractarent ſacramēta, mente ac corpore polluti accedentes ad dominum? in quam rē ita fatur Moyſes in quinto libro*, quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala; ſi fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomno, egredietur extra clauſtra, & nō reuer

* cap. 4.
* c. 4. Hierē. & Mich. c. 3. Malach. c. 1.
* cap. 40.
* cap. 23.

tetur

tetur priuſquam ad ueſperam, lauetur aqua, & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra. hincq; uidemus dominũ impoſuiſſe ſacerdotibus, diuerſam & ſtrictiorem, quàm cæteris nubendi legem, ſecumq; adduxiſſe rationem in hæc uerba, iuxtà librum Leuitici*, ſcortum & uile proſtibulum non ducet uxorem, nec eam quæ repudiata eſt à marito, quia conſecratus eſt Deo ſuo, & panes propoſitionis offert, ſit ergo ſanctus, quia & ego ſanctus ſum dominus, qui ſanctifico uos, & ſubdit uirginem ducet uxorem, uiduam autem & repudiatam, & ſordidam atq; meretricem non accipiet, ſed puellam de populo ſuo, ne cõmiſceat ſtirpẽ generis ſui uulgo gentis ſuæ. quibus propterea conſideratis rationibus, ſeniores populi Iſrael præhabito maturo concilio ac deliberatione decreuere magnum ſacerdotem unica uxore fore contentum; tametſi dictum fateamur à domino in primordio creationis mũdi creſcendum eſſe ac multiplicandum, quã de re cuiuſuis gradus, aut generis ab iſto matrimonij ſacramento nullus uideatur excluſus, nihilominus cum ſupra modũ aucta ſit humana caro, quaſiq; uideatur ceſſaſſe ea urgẽs ratio ac generalis carnalis coniunctionis prohibitio; cõſiderataq; deinde affinitatis atq; ſanguinis reuerentia, ſucceſsit ſtrictior copulæ coniunctio. in primæuo enim ſtatu ante legem nulla ex aliqua lege dabatur exceptio præterquam inter filium & matrem, ac patrem & filium, quę matrimonii impediret coniunctionem; at in ſecundo ſtatu, ſub lege inquam, aucto gentium ac populi Iſrael numero, omnis fornicatio, ac matrimonialis concubitus, ut præcipit dominus Deus in tertio Pentateuchi*, interdictus eſt cum nouerca, cum ſorore, ſiue ex patre, ſiue ex matre, cum Nepote, cum Amita, cum Matertera, cũ uxore patrui, cum fratris ſorore, cũ priuigna, cum filia filii, atque cum eiuſdem filiæ filia; demum in dies magis aucto numero, magiſq; ſanguinis reuerentia conſiderata, ſacri canones ſtrictiores prohibuere habennas, interdicentes omnem coniunctionem inter affines & cõſanguineos uſque ad quartum gradum incluſiuè, omni tamen inter-

* c. 21. & Eze ch. c. 44.

* c. 18. & gl. in ca. gaudemus. de diuortijs.

dicta matrimoniali ſacerdotibus, uel in ſacris conſtitutis copula clericis. adhuc dominus Ieſus Chriſtus conſiderans iniuriam, atque infamiæ notam, quæ uxoribus inferetur à maritis ex diuortio ex leui cauſa iuxta legem, nedum ad placitum, fieri conſueto; quaſi ſibi ipſis maritis eadem inferatur iniuria, quos non dubitamus unam atq; eamdem eſſe inuicem carnem, prohibuit in omnem caſum diuortium, niſi ex cauſa fornicationis, quo caſu etiã ſola fit thori ſeparatio iudicio tamen eccleſiæ, neque ulla poſtea alteri copulandi ſpes relicta erit, donec alter ipſorum ab hac diſceſſerit uita; & ita declaratur idem dominus iuxta euangeliſtam Mattheum*, dicẽs quos Deus coniunxit homo non ſeparat.

Quia uero ad obſeruandam domini legem in hãc fornicationis ſpeciem, quam diximus adulterium, non ſatis eſt alterius uxore carnali copula non uti, propterea ſubadditum eſt præceptum iſtud, Vxorem proximi tui non concupices; nam, iuxta eumdem Euãgeliſtam Matthæũ*, de corde exeunt fornicationes & adulteria, quæ coinquinant hominem. cuius ratio fuit prohibendi omnem tam ſimplicem quàm duplicem fornicationẽ, memores quæ propterea prædeceſſoribus noſtris euenerint; nam fornicatio tam ſimplex, quam duplex, quæ adulteriũ propriè dicitur propter duplicem, uidelicet in dominum & proximum offenſionẽ*, fuit in cauſa generalis diluuij, euerſionis Sichem; tribus Beniamin; Salomonis ſapientiſſimi Regis perditionis in cauſa fuit, qui totum ſe idolatriæ dedit; nec non Holofernis, qui faticatus uino dormiens per manum Iudith interfectus eſt capite abſciſſo; propterea dixerat ſapiens in prouerbiis*, cum defecerint ligna extinguetur ignis, & ſubdit, & uinũ & mulieres apoſtatare faciunt ſapiẽtes Gulæ enim, quæ dicitur inordinatus appetitus, quinque ſunt ſpecies. Prima eſt ut quando nimis cito ac ante debitam horam comedimus. Secunda eſt ſpecies quando nimis lautos cibos comedimus.

Tertia eſt ſpecies, quoties nimia cura paratos comedimus.

* ca 19. & ca. porro de di. uor. & 32. q. 5. c. præcipit. & c. præcipuũ.

* c. 5. & c. qui uident. & ca. nec ſolo 32. q. 5.

* c. duo mala. gl uerb. dupli ci 13 diſ. Arch. in c. ſic nõ 32. q. 4. & in c. non ſolum. 32. q. 7.

* c. 19. & c. 26

Quarta

Quarta eſt quando nimio ardore ac ingluuie accedimus ad menſam, uel ad eam parati comedimus.

Quinta eſt & ultima ſpecies ut quando comedimus ultra id quod nobis neceſſarium uideatur, quas omnes ſpecies ex ſe ſimpliciter cõſideratas ueniali adſcribimus peccato*, ſiue enim mãducemus, ſiue bibamus, ſiue quiduis fecerimus, illud in nomine domini noſtri faciendum nõ dubitatur, in quo uiuimus mouemur & ſumus, unde pſaltes*, benedicamus dominum omni tẽpore, ſemper laus eius in ore meo. delectabilem uero comedere cibum qui magis ſapiat, uel inter ſodales præter conſuetudinem, nõ eſt peccatum, quia non uſus rerum, ſed libido eſt in culpa, unde filijs Iſrael petentibus carnes quadam petulãtia atq; arrogantia, quaſi futuris ut rebelles domino fierẽt, iratus eſt dominus, & ut oſtendit Numerus*, quorũ ppea multi periere, affixis in dentibus carnibus, locus ille dictus eſt ſepulcra concupiſcentiæ. alias aũt nobis indulgẽt comedere cibũ qui ſapiat, unde ſic ait in quinto libro*, ſi aũt comedere uolueris, & te uſus carniũ delectauerit, occide & comede iuxta benedictionẽ domini Dei tui, quã dedit tibi in urbibus tuis, ſiue immundũ fuerit ſiue mundum. à crimine aũt ac mortali minimè excuſamur ſi adeo in cibis delectemur, ut eos pro ultimo fine nobis adſcribamus, epulonis exemplo; aut ſi inebriemur, uel uſque ad uomitũ comederimus, propterea ſic dixerat Iſaias*, uæ q conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad ueſperam. & ſubdit Propheta Ezechielis*, ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia. & dixerat ſapiẽs in prouerbijs*, qui diligit epulas in egeſtate erit.

* ca. quinque modis. de con ſecr. diſt. 5. & 26. q 7. c. nõ obſeruetis.

* 34.

* c. 11 & Exo. c. 16. & c quiſquis cum ſeq. 46 diſ. ad Ro ma. cap. 14.

* cap. 12

* c. 5. & c unũ orariũ. 25. di.

* cap. 16.

* cap. 21.

NON FACIES FVRTVM.

Furtũ à furuo idẽ qđ obſcurũ eſt, quaſi nocturno tpe, qđ plerũq; obſcurũ eſt, hoc facinoris genus cõſueuerit committi, ad differentiã latronum, qui diurno tpe ſolent plerunq; furari; nihilominus aperti iuris eſt differentiã hanc hodie cõfundi, quia unũ pro altero promiſcuè ſumitur*.

* ca. ſuſcepimus. de homi.

Eſt igitur furtum contrectatio rei fraudulenta lucrifaciendi gratia, uel ipſius rei, uel uſus eius, poſſeſsioniſuè. Contrectatio rei fraudulosa eo nempè deſcribitur, non autem amiſsio, uel deceptio, quia, etiamſi aliena res non tollatur, non ſubripiaturve, nihilominus furtum fit; exēpli gratia, ſi quis depoſitarius, uel cōmodatarius utatur ipſa re depoſita; qui enim dolo, fraudeve rem alienam cōtrectat, intelligit, intelligereue proculdubio debet ſe illud feciſſe domino inuito. purè autem ac ſimpliciter credens abſque ulla iniqua furandi intentione illud dominum permiſſurum, nulla proculdubio furti actione tenebitur; unde diſcipuli domini ſpicas frumenti euellentes non peccarunt, tum quia, urgente famis neceſsitate, aberat animus furandi, tum etiam quia fuerat eis iuſta cauſa credendi dominum frumenti & rei permiſſurum*. quibus rationibus, ad neceſſarium pauperum, nec non & peregrinantium refectionem, & uſum, hoc publicum proclama edidit Deus, iuxta tertium Moyſi librum*, dicens eumq; meſſueritis ſegetes terræ tuæ, non tondebis uſq; ad ſolum ſuperficiem terræ, nec remanentes ſpicas colliges, neque in uinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes, ego dominus Deus ueſter. ad ſubleuandam enim urgentem neceſsitatem, præter hęc, non dubitatur omnia decreta eſſe communia; diuiſio enim rerum, quæ poſt iuris naturalis inſtitutionem condita eſt, quam dicimus de iure gentium, nulla lege aut pacto, iuri naturali derogat, quæ ex temporalibus rebus extremæ hominum neceſsitati dictat eſſe ſubueniendum. qua extrema neceſsitate ceſſante, in utroque foro rei acceptę competit reſtitutio*, q̄ adeo certè neceſſaria eſt, ut, urgente neceſsitate, quicq̄d furto abſtuleris, illud ea ceſſante, omnino ſit domino reſtituendum, cum alteri nullus abſolutè donare compellatur, niſi tamen ſub ea conditione, ceſſante neceſsitate*; quæ tamen uidetur iniqua ſententia, nam cum millies dictum, comprobatumq; fuerit, omnem Dei, ac Ieſu Chriſti actionem fuiſſe noſtram inſtructionem, qua oſtendit Moyſes

* de cōſe. diſt. 5. c. diſcipulos cū gl. & c. dudum eccleſia. de conſti. & 1. q. 1. c. q̄d quidam cum glo.

* cap. 19.

* c. ſi quis pp de furt. Arch. in ca. ſicut ij. 47. diſt.

* Abb. in d. c. ſi quis ꝓpter.

Moyſes in eodem tertio Pentateuchi*, pauperem nō ualentem offerre ea quæ generaliter cæteris impoſita ſunt offerenda pro delicto, poſſe offerre agnū & reliqua multo leuiora, quàm cæteris impoſita fuerint, mundumq; fieri; neque dominum Deum diſtinxiſſe unquam, utrum ad pinguiorem fortunā deuenerit, ut tunc ſubiiceretur omnibus impoſitæ legi; ſic quoque uideretur rerum ablatarum dominis neceſſario eſſe faciendū, ut cum opere miſericordiæ ſemel fuerint uſi, exemplo oblationis quæ ſemel altari facta eſt, deinceps retractari nequeat*. Cui furti deſcriptioni ſcriptores addidere dictionem iſtam, fraudulenter; quia (ſaluo ſemper ſcandalo) poſſum mihi impunè rem meam auferre, eamdemq; à quocunq; detento re abducere eo meliori modo quo fieri poſsit, ut potenti hominis diras manus effugiā; aut litigioſi protelationes & cautelas, aut iudicis nequitiam aufugiam, quia in eum caſum maximè, fraude careo qui utor iure meo; nanque ſatius eſt rem ſic diffiniri, quàm indubitatæ controuerſię quenquam ſe offerre; & iſta ratione non peccarunt Iſraelites, quibus ut legitur in Exodo*, dominus mandauerat ut ſpoliarent Aegyptios ſub colore commodatarum rerum, poſtulantes uiri & fœminæ uaſa argentea, aureaq;, ac ueſtes plurimas, quibus rebus filij Iacob in prima captiuitate ipſa, tempore famis fuere ſpoliati. & his furti regulis, quaſi fraudulenter res detineatur, ſubiectos oſtēdit idem tertius Pentateuchi*, perditarum rerum inuentores, de quibus ita loquitur dominus ad Moyſen; anima quæ peccauerit, & contempto domino negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei eius creditum fuerat, uel ui aliquod extorſerit, aut calumniam fecerit, ſiue rem pditam inuenerit, & inficians inſuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus ſolent peccare homines; conuicta delicti reddet omnia, quæ per fraudē uoluit obtinere integra, & inſuper quintam partem domino cui damnum intulerit, pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eū ſacerdoti iuxta æſtimationem, menſuramque delicti, qui orabit

* cap 14.

* c. ſemel deo de reg. iur. i 6

* c. 3. in fi. Arch. in c. nō ſanè 14. q. 5. & ic. dominus. 23. q. 2.

* ca 6 & 14 q 5. c. ſi quid inueniſti. & c. multi. & c. rapinam. & 36. q. 1. c de raptoribus. in fi.

pro

pro eo coram domino & dimittetur illi pro ſingulis, quę faciendo peccauit. & cum uocem balantis hædi audiſſet Tobias*, quem uxor eius nomine Anna, domi detulerat, ſic ait uidete nè forte furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere. quarum ablatarum rerum ex furto diuerſa eſt ex lege reſtitutio, quam in hunc modũ recenſet Moyſes in ſecundo libro*; ſi quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit, uel uendiderit, quinque boues pro uno boue reſtituet, & quatuor oues pro una oue; ſi effringens fur domũ, ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto uulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis; quod ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur; ſi non habuerit quod pro furto reddat, ipſe uenundabitur; ſi inuentum fuerit apud eum qđ furatus eſt, uiuens, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis, duplum reſtituet; ſi læſerit quiſpiam agrum uel uineam, & dimiſerit iumentum ſuum ut depaſcatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro ſuo uel in uinea, pro dãni eſtimatione reſtituet; ſi egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtãtes ſegetes in agris, reddet damnum, qui ignem ſuccenderit; ſi quis commendauerit amico pecuniam, aut uas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperat, furto ablata fuerint, ſi inuenitur fur, duplum reddet; ſi latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum in re ꝓximi ſui ad perpetrãdam fraudem, tam in boue, quàm in aſino, & oue ac ueſtimento, & quicquid damnum inferre poteſt, ad deos utriuſque cauſa perueniet, & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo. & ſi quis commendauerit proximo ſuo aſinũ, bouẽ, ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, uel captũ ab hoſtibus, nullúſq; hoc uiderit, iuſiurandũ erit in medio, ꝙ non oſtendit manũ ad rem proximi ſui, ſuſcipietq; dominus iuramentũ, & ille reddere nõ cogetur; qđ ſi furto ablatum fuerit, reſtituet dãnũ domino; ſi comeſtũ à beſtia, deferat ad eũ qđ occiſum eſt, & non

* cap. 2.

* cap. 22

reſti-

reſtituet;qui à proximo quicquã horum mutuo poſtulauerit,& debilitatum, aut mortuum fuerit domino non præſente,reddere compelletur; quodſi in præſentiarum dominus fuerit,non reſtituet,maximè ſi conductum uenerat promercede operis ſui. grauior autem eſt ſupradictis pœna aduerſus furem in ipſo furandi actu deprehenſum cum ipſa re,de quo ſapiens in prouerbijs*,ita loquitur, nã grãdis eſt culpa cũ quis furatus fuerit, furatur enĩ ut eſurientem impleat animam, deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtãtiam domus ſuæ reddet, & liberabit ſe. quibus exemplis ciuiles conſtitutiones ſimilem ferè conſtituere pœnam aduerſus fures; nam modo dupli,modo tripli,modo quadrupli, modo iuxta furti & rapinæ qualitatem quintupli; raro autẽ imponentes mortis pęnam, niſi fuerit famoſus latro, ex iure digeſtorum; quibus ſucceſsit noua conſtitutio, qua cautum fuerat neminem morti tradendum pro furto; cui ſucceſsit poſtremò magis recens conſtitutio,qua decisum reperitur occaſione quinque ducatorum furẽ cruci affigendũ eſſe,alias fuſtigandũ*. ſacræ uero conſtitutiones inhærẽtes miſericordiæ,quã legimus dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtum in omni actione ſua abundantiorem ſemper adhibuiſſe,exemploq; ueteris & diuinæ legis,qua non reperitur pro aliqua furti ſpecie fuiſſe ullam mortis corporalis impoſitam pœnam,pro furto ſtatuere maiorem excõmunicationem donec rerum ablatarum fiat reſtitutio, ſi fieri poſsit,nolentes,ut refert ſecũdus Regũ*,inducẽs Deũ loquentẽ,perire animã,qui retractat, cogitãs ne penitus pereat qui abiectus eſt;propterea ſacri Theologi ac canones tuti de perditione morientium ante rei ablatæ etiã per uſurarium modũ,reſtitutionẽ,denegant eis ſepulturam, uti deceſsis ſub mortali crimine in ſpiritum ſanctũ finali impœnitentia, ut oſtenditur per totum titulum de Raptoribus; cum duobus ſequentibus. quæ enim eſt homini delectatio, cum homo pro leuiſsima per terrarum ſtatuta pœna taxata furca ſuſpenditur? qui nam miſericordiæ actus & imitatio hæc eſt ut pereat homo

* cap 6.

* §.ex maleficiis.ubi Iaſ.& §.in duplum, cũ duob. ſeq. in Inſ. de act. l. capitalium. § famoſos. ff. de pœ. Auth. ſed nouo iure C. de ſeruis fugit. & §. ſi quis quinque ſolidos. Auth. de pac. ten.

* cap.14.

quem Deus cogitat ſemper ne pereat quamuis abiectus nihilominus pro notabili & multiplicato furto hoc fieri rectè poſſe non improbamus. rei nempè furatæ reſtitutionem adeo cautum uoluere fore neceſſariam, ut etiam ſi nihil utilitatis à fure perceptum fuerit, nihilominus, ex uulgari regula, qui alteri damni dat cauſam, damnum de diſſe uidetur, ad omne illud integrum reſtituendum omnino compellatur, quia illud ab eo auferre cenſetur in quo læſit eum quamuis in uſus pios ea fuiſſe conuerſa cōſtiterit, propterea ſic ait ſapiēs in prouerbiis*, hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere. & rectè cautum eſt ut, ſi furata res perierit apud ipſum furem, apud uerum non peritura dominum, ad integralem ſatiſfactionem, ad non recollectosq; fructus, ac eos qui attenta domini ſingulari induſtria potuiſſent percipi, fur teneatur. & apud uerum dominum re ipſa peritura, attenditur communis omnium diligentia & cura, qua utile quiduis percipi potuiſſet*. quam ſanè diſtinctionem intellige ſolicitudinis iuſta ſemper mercede deducta, quæ nullo unquam tempore à malæ fidei poſſeſſore abducitur*, qui ſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor reſtituet tantum à die conteſtatæ litis perceptos fructus; eos nec non quos culpa ſua perijſſe conſtiterit, cum illud ueniat in conſequentiam alterius, quod eſt principale damnum; ad extātes fructus ante litem conteſtatam tenebitur, quæ res adhuc procedit etiam ſi empta fuerit bona fide à fure, quę ſi extiterit, reſtituetur domino; At conſumpta in eo tantum emptor tenebitur in quo factus eſt locupletior, qđ ſane intellige de ea pecunia, quam ex proprio patrimonio in eum uſum uerosimiliter conſumpſerit, in ea enim quantitate locupletior factus eſt. idemq; iuris eſto ut rei furtiuę alienatę, cum emptor bonam fidē fuerat nactus, ad reſtituendam æſtimationem nullo iure compellatur; ſed tantū eius quod ex re ipſa ad eum peruenerit; quatenus nec non locupletior factus eſt. quo fit ut ſi pro eodē prętio quod emptor furi præſtiterit, eamdem alienauerit rem, tunc neque ad damni refectionem, aut ad prę-

ſtandam

* c. 21. & c. dānum de reg. iur. in 6 & l. damnum ff. de damn inf.

* Alex. in l. cū res. §. fin ff. de leg. 1. Anch. ī reg. peccatū. de reg iū ī 6.

* cap grauis, ubi gl. de reſt. ſpol. & 12. q. 2. c. nō liceat papæ. Bart. in l. ratio. §. 1. ff. de act. empt.

ſtandam æſtimationem teneatur, niſi tamen ad id pluris, quod ab eo ipſo uendita fuerit; idemq; iuris eſto ſi non emptionis, ſed donationis titulo furtiuam rem ipſam ha bitam, deinde uendiderit, in eo enim locupletiorē factū eſſe non dubitamus*; ad quas ſubleuandas dubitationes in uſu eſt cautela, ut emptionis tempore emptor ipſe ꝑteſtetur ſe nomine ueri domini emere, ideoq; immediatè curet publicum inſtrumentum conſcribi*. quoties au tem res apud poſſeſſorem reperiatur*, quæ non furata, ſed inuenta fuerat, nec uerus reperiatur dominus, hunc ſcriptores ita diſtinguentes tradidere modum. aut inuen tor poteſt probabiliter credere inuentam rem nullius fuiſſe, præhabita tamen ſemper diligenti inquiſitione ad uerum inueniendum dominum; & adhuc diſtinxere ita, aut rei inuentor eſt diues, aut eſt pauper; primo caſu ſi di ues eſt, aperti iuris eſt oportere rem iſtam inter Chriſti pauperes diſtribui ad ſalutem ac redemptionem animę ueri domini, ea nempè naturali ſuadente ratione, quia cum dominus amiſerit hāc rem fortuito caſu ac inuitus, exoritur indubitata præſumptio, dominum uerū huius fore optimæ intentionis, ut Chriſti pauperes fruantur re illa potius, quàm diuites, cum ex uoluntaria & in ſuo libero arbitrio diſpenſatione collata, magis mereretur apud Deum exercendo opus miſericordiæ in proximum egenum, quàm in diuitem; neque præſumitur quis uelle iactare ſuum, quod ſic eueniret, ſi diſtinctionem iſtam in ipſum non cadere credendum foret. hinc etiam ſub nomine ælemoſynæ in diuitem perſonam bona diſtribuentes non eo munere decorantur à domino, quo ſe decoratos uidebunt ſi egenis ſubuenerint; & quilibet exoptat & ſibi bene uult magis, quàm cæteris*. proptereaq; Tiraquellus in tractatu ſuo piæ cauſæ in præfationibus, ex cō muni ſcribentium ſententia proponit alimentorum lega tum diuiti relictum minimè dici pium, ſic uero ſi fiat pau peri; qua conſiderata ratione & mente ueri domini, non dubitamus hunc diuitem detinentem rem iſtam, malæfidei poſſeſſorem diiudicari, niſi in uſus pauperum eam

* l. ſi & rem. ff. de peti hęr. arg. l. quā hoc natura. ff. de cond. indeb.
* Cępola cau.
* Hoſt. tit. de pœ. uerſ. quid de ꝓdum coīcibus.
* l. ꝑſes. C. de ſerui. & aqua. §. 1. in inſt. de don & de pę. diſt. 3. ca. qui uult.

conuerterit;qui ſi pauper fuerit,intelligendo pauperem iuxta perſonarum conditionem,quia pauper etiam dicitur qui habet aliquid in bonis; nam ut refert propheta Zacharias,*Ieſus Chriſtus fuerat pauper, & ita fuerat prophetatus,nihilominus loculos habuit; & hoc caſu ex præſumpta domini mente dicendum eſt hunc tuta conſcientia poſſe retinere ſibi rem ipſam inuentam, cum nemo odio habeat carnem ſuam, neque ſit detegendum unum altare,ut alterum tegatur,*hinc fit ut teſtamentarius executor iuſſus diſtribuere bona defuncti in uſus pauperum Chriſti, poſſit impunè eligere ſeipſum ſi fuerit pauper, * & ita dixerat ſapiens in prouerbijs;* benefacit animæ ſuæ uir miſericors,qui autem crudelis eſt,etiam propinquos abijcit. quibus regulis fere ſubijcitur teſaurus, pecunia abignotis dominis ſupra hominum memoriam repoſita * qui ſi in proprio loco reperiatur, ex ſupra dictis regulis inuentoris fit,aut quaſi ex parentum bonis fuerit, uel domui cohærens ſub uenditione uenit; propterea ſi in alieno loco caſu fortuito repertus fuerit, tunc quadam naturali ratione conſiderata diuiditur inter inuentorem & dominum loci; ſed ſi dedita opera perquiſitus & inuentus fuerit,totus adquiritur domino loci. & ſi in ſacro uel religioſo loco fuerit inuentus, uti in republica ad omnium ſpectante uſum,inuentoris fiet,*propterea non dubitat ullus quin tam eccleſia, ſiue eiuſdem nomine Apoſtolica ſedes, quàm priuata perſona licitè poſſit teſaurum habere,ac reconditam pecuniam in neceſſarios uſus expendendam, ut ad hoſtes & cæteros domini rebelles armis & auro expellendos; quod ſi nefas fuiſſet, profectò dominus non mandaſſet ælemoſynas, diuerſaſque ſpeciei oblationes in templo ſuo recondi; neque eo tempore cum Ieroſolyma ciuitas fuit aperta Nabuchodonoſor Rex, ut legitur in tertio regum,*teſaurum & auri ingens pondus inuentum inde exportaſſet, niſi permittente domino ea in templo recondi licuiſſet. fatuus prorſus dijudicaretur quicunque crederet dominum, Deum; cuius imperio cuncta ſubijciuntur teſauros & auro

*cap. 9 Auth. præterea, ubi not C. unde uir & uxor. & 13. q. 1. c. habebat dominus.

* c. cum cauſam. de præb. Aut in § . ſi. in ſti. de rerum diuiſ. pau. ad Epheſ. c. 5.

*Duran. de arte teſt. hie. de tuto & execu teſt caut. 10.

* cap. 11.

* l. nunquam nuda. §. teſaurus. ff. de acq. re. dom.

*gloſ. in c. ſi quid inueniſti. 14. q. 5.

*cap. 24.

ro egere,niſi ad neceſſarios eccleſiæ uſus & bellorum ac pacis tempore. & inquit Gaietanus in Matthæum,* teſauros principibus conuenire ut cæteri timeant,tũ ne populũ grauare cogantur,tũ ne uileſcant mutuo petentes, prohiberi autem etiam priuatos homines, ut terra cælo aduerſatur,reponere aurũ & teſaurizare in terra; at bono patrifamilias conuenit ſemper honeſtam pecuniç ſummã in capſa habere paratã,quę ſaluti non repugnet, nẽpè iuxtà amplitudinẽ & dignitatẽ familiæ,ac uires patrimonij,adhoc ut cõmodè poſsit opponi aduerſæ fortunæ,cui ſubijcimur omnes;hinc ꝑ modũ exẽpli docet nos ſapiens in prouerbijs,*uade ad formicã opiger, & conſidera uias eius,& diſce ſapiẽtiã,quæ cũ non habeat ducẽ,nec præceptorẽ,nec principẽ parat in æſtate cibũ ſibi,& congregat in meſſe q̃d cõmedat. in quã rẽ ſequitur eccleſiaſtes,*funiculus triplex difficile rũpitur melior eſt puer pauper & ſapiens Rege ſene & ſtulto qui neſcit præuidere in poſterũ.Sicuti cõprobatũ eſt non ſufficere nõ mæchari ꝑ effectũ,imo nec mulierẽ ipsã eſſe concupiſcẽdã, q̃d eſt eam mæchari per effectũ,ſic quoque nõ ſolũ mandauit lex nõ eſſe furandũ re ipſa,imo etiã abſtinendũ eſſe à rerũ ac bonorũ proximi deſiderio;deſideriũ enim eſt rerũ abſentiarũ & nondum acceptarum concupiſcentia;hinc ſequitur hunc qui furatur, non ſolũ ad iniquæ rei acceptæ reſtitutionẽ teneri,ſed eũ etiã qui conſulit,quia qui dãni cauſã dat, damnum dediſſe uidetur,*inquam rẽ & ſententiam cõmuniter doctores flecti uidentur ut,ſi fur non eſſet furtum cõmiſſurus antequã conſuleretur,tunc conſulens teneatur ad omnẽ damni refectionem;ex ſacrorũ uero canonum decreto cautũ legitur ut cõſulens etiã alioqui factturum, nihilominus in foro poli teneatur, quamuis in eum caſum mitius puniatur, quàm ſi conſultus non fuiſſet furtum cõmiſſurus;cuius rei fuit ratio,quia cum aberrãtẽ auijs domini fratrẽ reducere debuiſſet, nec fecerit, reuocãdo eũ ab iniquo inſtituto & mẽte corrupta,nõ adhibuit opere charitatis,ꝓpterea reus efficitur,*hinc ſerpẽs maledictionis ſentẽtiã paſſus eſt,quia ad rebellionis

*cap. 6.

*cap. 6.

*cap. 4.

*d. regula dãnũ.& c ſi.de iniur & c. ſuſcepimus. & c. de cętero. de homic. & 14. q. 6. c. ſi.

*gl. in c. i. uer bo diaboli. de ſumma tri. & c ſicut dignũ de homi. & c. nuper de ſen. excom.

Y . 2 deteſtabile

deteſtabile facinus dolo Heuam induxit; neque legitur fuiſſe à domino diſtinctum utrum iſtud fuiſſet facturus; cui atque poſteris dedit omne liberum arbitrium recedendi à peccato, dicens ad Cain, iuxta primum Pentateuchi*, quare iratus es? & cur concidit facies tua? non ne ſi bene egeris recipies, ſin autẽ malè, ſtatim in foribus peccatum tuum adierit? ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, & hæc eſt ea, quam omnium malorum appellamus radicem auaritia, de qua Eccleſiaſticus*, nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam hic enim animam ſuam uenalem habet, quoniam in uita ſua proiecit intima ſua; unde, ut refert canonica inſtitutio*, auarus ſemper uidet aurum, ſemper redditus computat, gratius aurum intuetur, ipſa eius oratio ad dominum aurum quærit. quam propterea in hunc modum deſcribit Cicero in quartò Tuſculanorum, auaritia eſt opinio uehemens de pecunia. & ſubdit ad Herennium, duæ res ſunt, quæ maximè homines ad maleficium impellunt, luxuries & auaritia; cuius propterea ſpecies eſt.

* c. 4 & ĩ Deutero. c. 30.

* ca. 10. & de pœn diſt. 2. c. quia radix.

* 47. diſt. cap. hæc uerba.

Vſura. Symonia. Iniuſtitia. Ludus & Falſitas.

Vſura dicta eſt lucrum mutui ex pacto debitum, uel exactum, ab uſu æris; propterea in actu mutui reddendi pecunia non interueniente, nulla committitur vſura, ut exemplum tradi poteſt in eo qui aliquod ius in re habẽs illud alteri cedat ſub iſta conditione ut inde pecuniam percipiat, quia ætymologia uſus æris non conuenit, ſiue tacito, ſiue expreſſo conſenſu comprobatum fuerit factum mutuum; quæ ideo duplex uſura eſt, altera uerbalis ſiue realis expreſſo indicta conſenſu, ut datur exemplum in eo, qui aut paratam habet menſam, uel teſtibus, argumentiſve, aut uiolentis probationibus conuictus reperiatur*. Alera uſura eſt, quam mẽtalem dicimus, quia in ſola mente, ulterius datore non prorumpente, retinetur; ut ſi quis alteri mutuo dederit abſque aliqua præcedente pactione, ſed ea in mente intentione retenta, ut plus forte data recipiat, cuius reatus fuit ratio, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus, reatum uſuræ ad animũ referens,

* c. cum tu. de uſur. gl in c. literas, uerbo, uehementem, uerſ. quo circa. de pſump. & de iureiur. c ad noſtram. gl. in c. ſanè el 2. 24. q. 2. & de uerb. ſign. c. cum olim.

ferens, per quem obſeruamus, ac offendimus eum, indiſtinctè hoc protulit proclama, mutuum dantes nihil inde ſperantes; quos, ſi non eccleſia, quæ non iudicat de occultis, idem tamen, qui omnium eſt cordium ſcrutator, uſurarios uindicat.* quibus, ex ea vulgari regula nuper de furto relata, adijciamus hoc conuinci crimine; cauſam uſurariæ huic prauitati præſtantes, cauſā enim præſtamus ſi inducamus iſtum ad fœnerandum, qui huiuſmodi non habuit propoſitum. Occaſionem uero tantum præſtamus quoties ab eo ſub uſuris accipimus, qui prius propoſuerat ſibi omnimodo ſub uſuris dare*. illud autem inter eſt in caſu furti, quo utrum conſultus facturus eſſet non diſtinguendum comprobauimus; nam in hoc accipiendi caſu ſub uſuris, egens pecunia ut ſibi aut familiæ conſulat ob emergentes & improuiſos caſus, excuſatione dignus eſt huiuſmodi occaſionem præſtans ei qui ad hoc fuerat paratus, & ita facere conſueuerat palam & apertè, unde ſuccedit uulgaris regula, in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus*; cum dominus ediderit legem ſuper mutuum & uſuras præſtandas egenis, quam ſuper furto non edidit, quod in aliquo caſu licitum diiudicauerit, vt alicui opem præſtemus; quem ſi egere uiderimus, oportet á nobis ſubueniri & charitatis opere uti, non autē illi conſulere cuius anima detrimentum patiatur, atque proximo inferratur iactura. quamuis dominus fuerit allocutus Moyſen limitato quoddam modo mandans ne fratribus, ſed alieno tantum præſtetur uſura, iuxta quintū Pentateuchi*, dicens nō fœnerabis fratri tuo ad uſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno, fratri autem tuo abſque uſura id quod indiget commodabis; nihilominus hæc miranda minimè ſunt, quia, ſicuti ante Ieſu Chriſti aduentum uetus lex non duxerat ad perfectum, ita nedum ſapiebat imperfectionem ſed multo fuit plena rigore, propterea dicebatur. Deus ultionū, ulciſcens palam & apertè, immediatèq;, ut plurimum, iniurias maximè aduerſus iniuſtos terræ promiſsionis detentores; eo igitur aduentu Chriſti, qua ratione amico, indi-

* c. conſuluit, ubi gl. de uſu. & 12. q. 2. ca. hoc ius 32. q. 5. c. ſicut n. & 14. q. 5. cap. ſi quidem.

* Arch. in c. ſi quis uſuram. 14 q. 4.

* l. in re § à quecunq;. ff. de rei uēd. & l. 3. in fi. cum ſeq. ff. de bono. poſſeſsio.

* c. 23. & leui. c. 25. & Ezech. ca. 18.

indiſtinctèq; inimico ſubueniri oportere comprobatum eſt, ubi naturalis ſuadeat ratio, ac urgeat æquitas; pariter abſque aliqua uſura oportet alienis mederi neceſsitatibus, cum omnes nobis eſſe proximos innumeris exemplis fuerit receptum, necnon & fratres indiſtinctè, & Propheta Oſeas*, prænuncians aduentum domini omni fore miſericordia perfectum, eidemq; de omnibus æqualem fore curam, ita fatur, propter hoc dolaui in Prophetis, & occidi eos in uerbis oris mei, & iudicia tua, quaſi lux egredientur, quia miſericordiam uolui & non ſacrificium, & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta. nec quicquam aliud ſibi uoluit Propheta Iſaias*, dicens ne meminerís priorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego faciam noua, & nunc orientur, utique cognoſcetis ea, ponam in deſerto uiam & in inuio flumina, quàm propterea nobis ſignificare ueterem legem, ac omnem denique domini indignationem pœnitus fore abijciendam per aduentum eiuſdem domini Ieſu Chriſti, qui & iuxta Euangeliſtam Ioannem*, dixerat mulieri depræhenſæ in adulterio, uade & noli amplius peccare; quæ tamen iuxta rigoroſum iudicium domini, ut oſtendit lex leuitici* debuit lapidari ut moreretur. in quam rem ita fuerat uaticinatus Propheta Ezechielis*, & ſuſcitabo ſuper eas paſtorem unum qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem, & faciam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias peſsimas de terra, & qui habitant in deſerto, ſecuri dormient in ſaltibus; per quem dominum Ieſum, eiuſue potius cauſa in parabolis & in figura non dubitat Paulus Apoſtolus ad Hebræos*, omnia fuiſſe prophetata. Secunda cunctæ humanæ carni prohibendæ uſuræ ea eſt ratio, ne forte homines huic impudico lucro intendentes, inducerentur ad deſerendam agriculturam, deficeretq; aduerſus domini Dei mentem, qui ſuper terram operaretur, ut ita dixerat in eius creatione hominem eo uoluiſſe creatum. Tertia fuit ratio prohibendæ uſuræ, ne homines, huic impudico lucro intendentes, fortunis propriis proximum ſpoliarent,

* cap. 6.
* cap. 43.
* cap. 8.
* cap. 20.
* cap. 34.
* cap. 7.

liarent, unde efficeretur pauper, ex quo q̃ proueniant, refert ſapiẽs in prouerbijs*, pauper amico ſuo odioſus eſt, diuitiæ aũt ſunt corona ſapientũ; & inferius proſequitur, mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi, tribue tm̃ uictui meo neceſſaria; ne fortè ſaciatus illiciar ad negandum & dicam, quis eſt dñs? aut egeſtate compulſus furer & periurem nomen Dei mei. Quarta interdicendæ uſuræ fuit ratio, ne circa bonarum artium doctrinã, uictũ infimul ex manuum labore quærendum, hominis ſolicitudo pereat, qua plerunq; perimus ſomnolentiæ dediti; unde Eccleſiaſticus*, à triſtitia feſtinat mors, & cooperit uirtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem; in abductione permanet triſtitia, & ſubſtantia inopis ſecundum cor eius, ne dederis in triſtitiam cor tuum, ſed repelle eam à te. & dixerat idẽ ſapiens in prouerbiis*, cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus. & ſubdit, animus gaudẽs ætatem floridã facit, ſpiritus triſtis exciccat oſſa. Quinta & ultima fuit ratio, quia qui recipit uſuram ex aliena re, fructum recipit in compẽſationẽ temporis quod primæuo & ſecundario naturali iure cõmune eſt homini & brutis, ſicuti eodem iure eſt aer; propterea naturali iuri repugnat ut quouiſmodo poſsit cadere in comertio hominũ, uti ex bonis & patrimonio*. & cũ in ſecundo officiorum ex Catone q̃reretur qd maximè in re familiari expediret, reſpõdit bene paſcere; quid ſecũdũ, ſatis bene paſcere; qd tertiũ, bene ueſtire; qd quartũ, arare; & cum ille q q̃ſierat, dixiſſet qd fœnerari? tũ Cato, qd hominẽ, inqt, occidere?

* c. 14. & c. 30 [illegible]

* ca. 38. & de conſe. di. 5. c. nunquã. Abb. in ca. quanto de uſuris.

* c. 15. & c. 17. & cap. 18.

* Roma. conſi. 500.

Symonia, à Simona mago agnomine inuẽtã fatenẽ oẽs, cui uolenti ſpiritualem gratiã emere à Petro, qui ſanitati reſtituerat infirmos, idem Petrus reſpondit, pecunia tua tecũ in pditione. quã ex ueteri lege antea deductã Symoniã refert Moyſes in primo Pent.* quo loci, q a iura primogenituræ q̃ apud ueteres magni fuerat ſpectans ad primogenitos tm̃, quos decuit ſacerdotio, duplicato ferculo, ſedere ad dexterã Patris, ac aliis gradibus decorari; Iacob filius ſecũdo natus Iſaac, emit ab Eſau fratre primogenito, propterea non dubitamus labem Symoniæ commiſiſſe, quod

* cap. 25.

quod tamen permiſſu Dei contigiſſe aperti iuris eſt, ut ex eo magnalia euenirent, ſucceſſiueq; ut meminit quartus Regum*, à Giezi ſeruo, qui à Naam principe Syriæ petijt pretium reſtitutæ ſanitatis ab Eliſeo, qui hoc ſcelus ac importunitatem intelligens, curauit, effecitq; ut eius Naaman lepra adhæſerit illi ac ſemini eius in perpetuũ. Eſt igitur Symonia ſtudioſa uoluntas emendi uel uendẽdi ſpiritualia, eo ueteres ſtudioſam deſcripſere, quia neſcius homo excuſabitur ab hoc ſcelere; niſi demum ſecuto effectu hoc præſciuerit, quo caſu tenebitur competentem iudicem Epiſcopum adire de conſcientia & abſolutione. quamuis enim omnis abfuerit ab initio dolus & culpa, nihilominus, quoties peccatum ex ignorantia inſitũm homini detegatur, ad ſuperiores & uices domini repræſentantes, illud ſemper eſt referendum; ut obſeruari in ſimilem caſum mandauit Deus, in hæc uerba in libro leuitici*, ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, ut faciat quicquam de his quæ domini lege prohibentur, atque delinquat; & cognouerit peccatum ſuum, offeret capram immaculatam & reliqua; exemplo nempe furtiuę rei, quæ perueneta ad manus etiam innoxias & dominum bona fide emptorem, nunquam definit eſſe furtiua, nec uſucapi poteſt, niſi purgatum eius fuerit uitiũ, deuentæ ad manus ueri domini; propterea idem ſic per Symoniã ꝓmotus, uel adeptus beneficiũ ignorãter, ſi ad notitiam ſuam id peruenerit, non poterit retinere beneficium, niſi liberè illud dimiſerit ordinario, qui tamẽ purgato uitio rei furtiuæ facile in integrum reſtituere conſueuit huiuſmodi perſonas. Ad quarum rerum euidentiam dicamus ſpiritualium rerum omnium, quædam dici corporalia, quædam uero incorporalia. Corporalia ea dicimus quę etiam ſi de iure uendi nequeant, de facto tamen uenduntur, ut ſanctorum reliquiæ. Incorporalia uero, quæ ſub tegmento rerum corporalium continentur, vt ſunt uirtutes ac dona, minimè etiam de facto uẽdi poſſunt; quæ in hunc modum & uerba colligit Moyſes in ſecundo libro*, facieſq;, inquit dominus, unctionis oleum ſan-

* ca. 5. & c. ſicut in fine. de Symonia. Arch in c. q̃ periculoſũ 7. q. 1.

* ca 4 & ſeq. in fine.

* ca. 30. gl. in c. 1. 1. q. 1.

ſanctum, unguentum compoſitum opere unguentarij, & unges ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti, menſamq; cum uaſis ſuis, candelabrū & utenſilia eius, altaria thymiamatis, & holocauſti, & uniuerſam ſuppellectilem quæ ad cultum eorum pertinet; ſanctificabiſq; omnia, & erunt ſancta ſanctorum, qui tetigerit ea ſanctificabitur; Aaron & filios eius unges, ſanctificabiſq; eos ut ſacerdotio fungantur mihi.

Quædam ſpiritualia ſunt per cauſam, vt eccleſiaſtica ſacramenta quibus gratiam conſequimur, quę poſſunt de facto cadere in pecunia numerata*, necnon & ea quæ ēt ſpiritualia ſunt propter conſtitutiones, ut ſi per monaſterii ingreſſum aliquid monaſterio conferatur; ad quam Symoniæ labem euitādam, in uſu fuerat ut, quicunq; monaſterio filias traderet, apponeret quandam pecuniarū ſuper altare ſummam; qua re fiebat ut difficilis eſſet repetitio, ne uideretur commiſſa Symonia ex utriuſq; parte, uolente poſtea ante profeſsionem de monaſterio exire filia, quaſi oblatio ipſa fuiſſet facta de menſa eccleſiæ*, ad quam ſoluendam altercationem, ex ſacro cōcilio Tridentino nuper cautum eſt ut filiæ ipſi uolenti exire de monaſterio ante profeſsionem, competat pecuniæ repetitio, quaſi oblatio fuerit ob cauſam facta*. quam autem abominabilis fuerit in altero caſu maximè hæc Symoniæ ſpecies, ſatis demonſtrant hebræorum hiſtoriæ, quibus colligitur eo pręcipuè tēpore ante per annos ſeptuaginta eis uaticinium ceſſaſſe, atque ſucceſsiuè æternam Regni adueniſſe perditionem, cum in hoc graui Symoniæ facinus antea multo tempore incidiſſent, & ſpe lucri, præcedētibuſq; pactionibus, magnum dñi ſacerdotiū, omneq; eiuſdem dñi verbū venale proſtituiſſent; & ea deniq; omnia ab ipſa ſpirituali poteſtate dependentia, ut ſi iuxta Prophetā Iſaiam*, per quemcunq; iudicē iuſtificatus impius pro muneribus, & iuſtitia iuſti ablata fuerit ab eo; & ſequitur Micheas*, principes eius in muneribus iudicabāt, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabāt, pp hoc cauſa ueſtri Siō quaſi ager ara-

* c. ſuam nobis. & c. cū in eccleſiæ de Symo.

* ca. 1 extrauag. com. de Symo. & 1. q. 1. c. placuit & c. tua nos eo. de Symo.

* c de regerm: de reg & monaſter ſeſsio. 25. cap 16.

* c. 5. & c. ad aures. de Sy.

* cap 3.

arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit. & ait Eccleſiaſticus*, qui operatur terram ſuam, inaltabit acer num frugum, & qui operatur iuſtitiam, ipſe exaltabitur, qui uero placet magnatis, effugiet iniquitatẽ; xenia & do na excæcant oculos iudicũ, & quaſi mutus in ore auertit correptiones eorum. Quædam ſpiritualia & Symoniaca ſunt ratione officij, ut ſi fortè uenundentur eccleſiaſtica miniſteria, ut Vicarij, uel oſtiarij officium. Quædam ſunt ad ſpiritualium rerum uſum dedita ſpiritualibus anne-xa, ut ueſtes, ſacraq; uaſa; & hæc, nedum ad pium uſum ſe mel dedita, ad humanos uſus deinceps cõuerti nequeũt, imo neq; tangi poſſunt, uti comprobatum eſt dominum mandaſſe Moyſi*. & quemadmodum diximus peccare ho mines ex ſola corrupta mẽte uacantes uſuræ; ſic, ſola mẽ te corrupta, labimur in Symoniam. qua de re cautum le-gitur tribus modis cõmitti Symoniam. Manu. Obſequio. & Præce. Manu tribus modis committitur; aut ex parte dantis; aut ex parte accipientis; aut nec ex parte dãtis, ne que accipientis; exempli gratia, ſi aliquis, amicitiæ, affini tatiſve, aut ſanguinitatis zelo motus, conferente inſcio, eoq; ipſo in quem ſpecialis gratia confertur, aliquid con ferenti donauerit, ut in eum amicum aut cognatũ huiuſ-modi collatio fiat*. indiſtinctè enim, nulla perſonarum exceptione habita, legimus interdictũ eſſe rectoribus & iudicibus, ne munera accipiãt, nempè occaſione iudicij; quæ, ut refertur in quinto Pent.* & nuper eſt comproba tũ, excæcant prudentes, & ſubuertunt corda iuſtorũ, quæ quamuis per prædictos iudices recepta, nõ ſint fortè apta inducere aliquid mali, nihilominus dominus in omnem caſum mandauit non recipienda innuens nobis non ſolũ cauendũ eſſe à malo, ſed ẽt ab omni eo, qđ habet mali oc caſionẽ, unde pſaltes*, diuerte à malo & fac bonum, inq-re pacẽ & pſequere eã. tametſi patriarcha Iacob pertime ſcẽns Eſau pp primogenituræ uenditionẽ, ac paternæ be nedictionis pueutionẽ; qui, ut colligit Moyſes in primo libro*, ægrè tulerat dicẽs, iuſtè uocatũ eſt nomen eius Ia cob, ſupplantauit. n. me in altera uice, primogenita mea

* cap. 20.

* cap. ſemel Deo. de regu. iur. in 6. Abb. in conſi. 26. uol. 1.

* c ex multis, ubi glo. fi. 1. q. 3. Arch. in ca. Moyſes. 8. q. 1. & 1. q. 1 ca. qui. ſtudet. & 1. q. 5. c 1.

* ca. 16. & in prouerb. c. 23

* 33. & 36.

* ca. 27. & ca. 33. & ſeq.

ante tulit, & nũc ſecũdo ſurripuit benedictionẽ meã, ꝑp terea obtuliſſet ei munera; nihilomin⁹ ſiue ĩ iudicio, ſiue extra qlibet uexatus in iure iuſta cã ſibi in re q̃ſito, impunè põt illi, offerre munera, quibus uexationẽ emat, uti fecerat idẽ Iacob, cui (quãuis ex diuina prouidẽtia) ex cõi conſenſu Eſau uendiderat illud primogenituræ ius, unde factus dñs, adquiſiuerat ſibi ius in re.* neq; improbãdus eſt, qui munera obuiã ei miſerat ſubdẽs, placabo illũ muneribus, q̃ ꝓcedunt, & poſtea uidebo illũ forſitã propitiabit mihi: qua de re Eſau uiſo Iacob, ac ei obuiã occurrẽs, deoſculatus fuit eum, atque recõciliati, idẽ Eſau obtulit Iacob cũcta bona ſua nulla pactione ꝓcedẽte, minuſve Iacob petẽte ea, ſed quaſi antidorale munus fuiſſe nõ ambigitur, nullo iure ĩprobatũ; hinc Daniel,* poſtq̃ expoſuit ſomniũ Nabuchodonoſori Regi, licitè potuit antidorale munus accipere, cũ nec pactione ꝓcedẽte: neq; ſub iudiciaria poteſtate, ea accepta fuiſſe ꝓſpiciam⁹; ideo Propheta Samuel, vt latius demõſtrat primus Reg. *ad totius uitæ ſuæ extremũ ꝑductus, paulò anteq̃ moreretur, uolens gñrale adminiſtrationis ſuæ ſubire examẽ, ꝑ quãdã oĩum geſtorũ ſuorũ generalẽ confeſsionẽ, ita affatur populũ Iſrael; itaq. cõuerſatus corã uobis ab adoleſcẽtia mea uſq. ad hãc diẽ, ecce ꝑſto ſum: loquimini de me corã dño, & corã Chriſto eius, utrũ bouẽ cuiuſquã tulerim, aut aſinũ, ſi quẽpiã calũniatus ſum, ſi oppreſsi aliquẽ, ſi de manu cuiuſquã munus accepi, & cõtemnã illud hodie, & reſtituã uobis. & idẽ primus Reg.*referẽs nulli ẽt arbitro reddenti ius publicũ licuiſſe munus accipere occaſione iudicij & officij ſui, ita loqtur, factũ eſt aũt cũ ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudices ſup Iſrael, fuitq. nomẽ filij eius primogeniti Ioel: & nomẽ ſecundi Abia, iudicũ in Berſabee: & nõ ambulauerũt filij illius in uiis eius, ſed declinauerũt poſt auaritiã, acceperuntq; munera, & ꝑuerterũt iudiciũ & acclamauit Iſaias*, principes tui infideles, ſocij furũ, oẽs diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicãt, & cauſa uiduæ nõ ingreditur ad illos, propter hoc ait dñs Deus exercituũ fortis Iſrael, heu cõ-

* Abb. in cap. Matthæus. de Symo.
* cap. 2.
* cap. 12.
* cap. 8.
* cap. 1.

ſolabor ſuper hoſtibus meis, & uindicabo de inimicis meis.

Obſequio committitur ſecundo modo ſymonia, hoc eſt ſeruitute ab indigno homine indebitè impenſa iſta tacita mente ut aliquid ſpirituale inde conſequatur. quã uis ſeruitus, & obſequium, indeq; merces in primæuo ſta tu naturali ſecundario iure, quod ius gentiũ appellatur, fuerint inſtituta, quam colligit Moyſes in primo libro*, Iacob pſtitiſſe labã in Meſopotamia, mercede ei aſsigna ta; ac ut idẽ refert decies ſibi immutata; nihilominus nul libi docet nos dominus ſpirituales, ſiue eccleſiaſticas di gnitates has in pactionem deducendas eſſe; ſed leuiticæ ſtirpi hæreditario iure ex uitæ etiam merito competere eas, atq; in eũ caſum eſſe cõferendas cõprobatũ eſt, unde pſaltes*, increpa feras arundinis, congregatio taurorum inuaccis populorũ, ut excludant eos qui probati ſunt ar gento. Præce committitur Symonia in hanc diſtinctionẽ; aut aliquis Præcatur in fauorem probi hominis ad id mu neris indigni, quo caſu non dubitamus hunc cõmittere Symoniã, cum ita præcatus, eccleſiã Dei manifeſtiſsimo periculo ſubiiciat*. & ita loquitur ſapiẽs in prouerbiis*, ego diligẽtes me diligo, & qui manè uigilauerint ad me, inuenient me. & ſubdit, ubi non eſt gubernator populus corruet, ſalus aũt ubi multa cõſi ia. Aut aliquis præcatur in fauorẽ probi hominis, quo caſu nulla habita differen tia utrũ fuerit proximus, uel extraneus, prçcans nullã cõ mittit Symoniã, qui dat operã rei licitç in iuuandis homi nibus probis ad cõem reipublicæ utilitatẽ; inde pſaltes*; quis aſcendet in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uanum animam ſuam; quaſi dicat parabit ſibi domini regnu n quicunq; non contẽnit eas res, quarũ cã animus illi eſt datus à Deo; datus eſt aũt ut iuſtitiã & pie tatem collamus, ac omnẽ deniq; operam, & ſtudium po namus in iuuandis hominibus. Aut quis ſtudet conferri ſi bi ſpiritualẽ uel eccleſiaſticã dignitatẽ; quo caſu adhuc oportet ſubdiſtingui, aut is intelligit, uel intelligere de-

* cap. 31.

* 67. & c. tua nos. de Sym. & 1. q 1. c nõ nulli, ubi glo.

* c latorem & c quibuſdam, in ſi. 1 q. 1.

* c. 8. & c. 11.

* 24.

bet

bet ſe ad id muneris idoneum non eſſe, quo caſu aperti iuris eſt hunc peccare & crimine ſymoniæ conuinci, cum ſciens det operam rei illicitæ, hinc Eccleſiaſticus,* noli quærere fieri iudex niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates. Sin autem is intelligit ſe peritum eſſe, adhuc eo caſu ſubdiſtinguendum duxere ſcriptores; nam aut præcatur ut præferatur cæteris, & nulli dubium eſt hunc criminis eſſe reum, quam propriè dicimus ambitionem, & Cicero primo officiorum aſſerit miſerrimam eſſe omniũ, honorumque cõtentionem, hinc, ut refert hiſtoria Numeri, *Maria ſoror Moſis & Aaron, quia ſibi falsè & ambitiosè perſuaſerat ſe cum Moyſe, æqualiter familiaré eſſe Deo, leproſa facta eſt; quo crimine ante primum creatum hominem de cælo deiectus eſt Lucifer, ut refert Iſaias* & inquit canonica lectio,* qui primatum quærit in terris inuenit confuſionem in cælo. Sicque eo crimine damnatur quicunque ea principali intentione præcatur ut ornatius uiuere poſsit; quia cum ex debito naturæ nobis ſubueniendum ſit proximo, inde ex ea iniqua mente, naſcitur offenſio, cum ex ſacrorum canonum decreto, necnon ex mandatis domini diſpenſandi ſint fructus horum reddituum in uſus pauperum Chriſti, quorum contemplatione relictos non dubitamus, ſolo uictu & ueſtitu contentis; & hæc eſt pars una quæ nobis debetur; ſecunda pars diſtribuenda eſt in uſus & in ſubſidiũ clericorum, ne médicare cogantur, & tantam dignitatem uilipendant. tertia in uſus pauperum; quarta uero & ultima in uſus fabricæ eccleſiarum.* Propterea in hęc uerba ſępius adductus acclamat propheta Ezechielis,* uæ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, non ne greges à paſtoribus paſcuntur lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis & reliqua. Sed ſi aliquis præcatur ſub hac præcipua & firma intentione obtinendi gradus ac redditus illos, quibus proſit cæteris ad ędificationem, quo caſu ne dum is Deum non offendit, imò dignus eſt mercede, qui ſi legitimè certauerit coronabitur; quę res adeo uera eſt ut, etiam ſi is in conſequentiam

ſperet

*cap. 7.
*cap. 12.
*cap. 14.
*40. diſt. c. ſi.
*12. q. 2. c. quatuor cum duobus ſeq.
*cap. 33. & 34
q. 1. c. ſi cupis.

ſperet emolumentũ ac fructus, nihilominus nihil offendat Deum, qui in quinto Pentateuchi, * præcepit non ligandum os bouis triturãtis in area fruges ſuas, & hoc pacto declaratur ſententia Pauli primo Timotheorum * ſi quis Epiſcopatũ deſiderat bonum opus deſiderat. & interrogante domino Regem Salomonem, ut ab eo peteret quicquid ſibi placuiſſet, quia petijt cor docile, ut ualeret ſegregare malũ à bono, nec diuitias autem petijt, aut terrenas dignitates, idem dominus ſic ei reſpondit dicens, quia poſtulaſti uerbum hoc & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animam inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligẽs; & paulo inferius ſubdit, ſed et hæc quę non poſtulaſti dedi tibi, diuitias ſcilicet & gloriam. & dixerat pſaltes; * & retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Ad faciendam autem electionem, quæ ad ordinarios iudices, & patronos pertinet, ſic diſtinxere ſcriptores. Aut conſideramus beneficium de ſe ſimpliciter conſiſtens in onere, ab omni commodo ac utilitate remotum, uti cura eſt, quaſi cor urens. aut illud conſideramus beneficium oneri ac utilitati mixtum, quod propterea conſueuit deſcribi beniuola actio gaudiũ tribuẽs capienti; primo caſu aperti iuris eſt ſatis eſſe ut, quoties plures perſonæ idoneæ per concurſum examinandæ fuerint præſentatæ, tunc idoneus eligatur nullà dignioris habita ratione ex pluribus dignis præſentatis; quem ordinem docuit nos ac obſeruauit dominus Ieſus Chriſtus, cuius omnis actio fuit noſtra inſtructio, qui antequam aſcẽderet ad cælos, nulla inter Apoſtolos ſuos æque idoneos dignioris habita ratione, uoluit ſeligere ſibi Petrum dignum ea prælatione, propter particularem dilectionem, qua eundem proſequabatur, nulla dignioris habita ratione. Secundo uero caſu ſi conſideramus beneficium cum onere, atque utilitate mixtum, tunc & eo caſu facienda eſt electio dignioris; intelligendo digniorem

*cap. 25.

*cap. 3. & c qui epiſcopatum. 8. q. 1. & c clemens. & 40. diſ. c. mul ti.

* 17.

gniorem eum, qui moribus, exemplo, doctrinaque non ſolum prævaleat, ſed qui iuxta munus, cui eſt præficiendus aptior uideatur; data enim aliquali idoneitate in eo qui in actu exercitij ac adminiſtrationis ad quam aſſumitur peritior eſt, procul dubio is, uti doctior præfertur ex ſententia Didaci Couarruuias, * cuius rei fuit ratio, nam cum ex ſacrorũm legum decreto cautum comprobatumque ſit omnes beneficijs decoratos compelli diſpenſare redditus in quatuor partes; ideo occaſione huius periculoſæ faciendæ diſtributionis, cautius agendum eſt in facienda electione huius admixtum beneficium. * Selegit enim ſibi dominus Deus ad cuncta tabernaculi facienda opera tribum Leuiticam; quam ab Aaron filio Amram, qui fuit filius Caath filij Leui, qui fuit tertius filius Iacob, ſicuti refert idem Moyſes in ſecundo libro, * uoluit exordium ſumpſiſſe, ac hæreditario iure & in perpetuum in eiuſdem tribus Leui deſcendentes & poſteros extendi. nam ab annis triginta ſupra omnes ex ea ipſa Tribu deſcendentes incæperant miniſtrare in tabernaculo fæderis, ut tamen ad uigeſimum ſupra quintum ætatis annum in eo ipſo miniſtrantes ingrederentur, ubi per ſeniores ac totius populi Iſrael doctores, quorũ ex primo Paralipomenon, * fuerat numerus ducentorum octoginta octo, ad omnẽ miniſteriũ ac diuinũ cultũ exercebantur; ab annis uero triginta ſupra uſq; ad quinquageſimũ ętatis annum exercebantur tunc miniſtrantes, ita tñ ut ab eo tpe. ſupra nullũ deinceps ſeruile opus facerent, ſed cęterorũ miniſtrantiũ ſpeculatores exiſtebant; in quẽ locum & clauſtra (præter ſacerdotes & leuitas miniſtrãtes) nulli patebat aditus; excepto Rege, quẽ leuitæ circumdabant intrantẽ & egredientem armati, ut ſi quis temerario auſu ingredi auſus eſſet, interficeretur: at cunctus uulgus, de quo meminit ſecũdus Paralipomenon, * in atrijs domus domini extra leuitarũ clauſtra ſtabat cum tentorijs ſuis, ſacrificiorum atque reſponſorũ domini ſacerdoti magno per tempora offerri ac dari conſueta exitũ expectãs. cũ autẽ hodierna miniſteria non in figura

* in regu pec catũ 2 parte. §. octauo. uer. dignior uero de reg. iu. in 6.

* gl. in c. 2. uer bo ſanctiones de off. cuſto & 56. d ſt. c Apoſtolica.

* cap. 6. & 1. paralipo. cap. 6. & cap. 23.

* cap. 25.

* cap. 23.

figura, ut olim, conficiantur; neque idem conferendorũ ordinum & prouentuum hæreditario iure modus deinceps obſeruetur, quamuis & tunc meritorum ac uitæ haberetur ratio; nihilominus cum diuerſarum nationum ac generum hodie electio fiat, non dubitatur requiri magis rigoroſum examen, & etiam propter redDituum amplitudinem; Hincq; impediens ne ex pluribus dignis in digniorem ac doct orem conferatur beneficium, ſiue ꝓcibus, ſolicitudine, dolove, vel fraude aduerſus diſtributiuam iuſtitiam aduertens propterea digniorem impediri, ad totius inde emergentis damni reſtitutioné dignio ri impedito tenetur, ſiue fuerit priuata perſona, ſiue publica ad quam ſpectabat hæc collatio, & ita præmonuit dñs in Deutero.* quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquã ꝑſonam, quia Dei iud c um eſt. in quam rem ſubdit Eccleſiaſticus*, omni tempore ſint ueſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat, & qui in uno peccauerit multa bona perdet. & ſubdit Paulus ex Apoſtolorum Actis*, quapropter conteſtor uos hodierna die, quia mũdus ſum à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi quominus annuntiarem omne conſilium Dei uobis, attendite uobis & vniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. quicunque igitur facit bona, ſi poſsit agere meliora, in conſpectu Dei excidit*, nam cum oblatio iuſti impinguat altare, ſacrificiumque iuſti Deo acceptũ ſit, cuius memoriam pollicetur non obliuiſci dominus, nulli dubium eſt oblationem iuſtioris magis domino eſſe acceptam, ac cęlerius ſuos operari effectus. hinc propterea, ut refert Moyſes in ſecundo Pentateuchi*, dominus mandauit ſeligi prudentes viros de omni plebe, in quibus eſſet veritas, timentes Deũ, & odio habentes auaritiam. neque ſequitur ut impediens digniorem reus criminis non ſit, ſi electa perſona minus idonea prouidè officium ſuum geſſerit; quia indignum, aut minus dignum huic

*c. 1. & c. 16.

*cap. 9.

*cap 20.

*e non ſatis eſt 85. Archi. in c. quantũli bet. 47. diſt.

*c. 18. & d. c. 1

huic tanto præponens oneri, totã procul dubio eccleſiã ac Chriſti pauperũ bona, perpetuo periculo exponit, cũ electio ſemel placita, nõ obſtante appellatione, nequeat deinceps reuocari, quæ infringi poteſt uirtute iurispatronatus facta, quia patronus habet ius honorificum & potiora iura in Eccleſia; unde iure ſuccurſum eſt ut ex pluribus idoneis per patronos præſentatis, Epiſcopus compellatur inſtituere digniorẽ; quorũ & patronorũ tanta eſt autoritas ut, à maiori parte minus dignus præſentatus, præferatur digniori præſentato a minori patronorũ parte, * quibus de cauſis dominus percuſſit Regẽ Dauidẽ, quia, ut legitur in fine ſecundi Regum, mãdauerat abſque cauſa dinumerari populum, ſeligique aptum ad militiam; huic periculo eundem exponens, ut de diuino auxilio addubitaret, neque alia de cauſa graui uulnere mulctatus fuerat cunctus populus Iſrael ex homicidio prophetarum, & uirorum Dei, ut Zachariæ ſacerdotis filij Ioiadæ; quem ex relatis in ſecundo paralipomenon, * inter templum & altare occiderunt; quàm quia maximo periculo expoſuere legem Dei, bonos nempè qui conſolidantur in fide; malos autem qui conuertuntur ac ædificantur in fide. hinc Ieremias, *quem principes Iuda decreuerant interficere, in hæc uerba eos proteſtatur, uerumtamen ſcitote & cognoſcite quòd ſi occideritis me, ſanguinem innocentem tradetis contra uos metipſos, & contra ciuitatem iſtam & habitatores eius. Iniuſtitia, quo generali nomine uenit quicquid non iure fit; & ita loquitur Euangeliſta Matthæus, * dum inquit, beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. & dixerat Cicero tertio officiorum, iuſtitia uirtus omnium eſt domina, & regina uirtutum. necnon & pro Cluento, inquit ſapientis iudicis quem iuſtitiæ præſidem uidemus eſſe meminiſſe ſe hominem, cogitare ſibi tantum eſſe permiſſum, quãtum commiſſum ſit & creditum; & non ſolum ſibi ſoli poteſtatem eſſe datam, uerum etiam fidem habitam eſſe, meminiſſe poſſe quem oderit abſoluere, quem oderit condemnare, & ſemper non quæ uelit ipſe, ſed quid lex

* c. ſi fortè 63 diſ. Alb. in c. cũ aũt de iur. pat & Didac. in d. regula.

* cap. 24. & Matth. ca 23.

* cap. 15. & cap. 38.

* cap. 6.

& religio cogat cogitare, qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione uerſetur: cum hæc ſunt uidenda, tum illud eſt hominis magni iudicis atque ſapientis habere in conſilio legem, fidem, religionem, æquitatem; libidinem autem & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere; maximi æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam à dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt. atque in tertio de legibus idem Cicero affatus principes ut maximè aduerſus ſubditos iuſtitiam exerceant, ſic ait, non ſolum uitia concipiunt ipſi principes, ſed ea infundunt in ciuitatem; neque obſunt quòd ſolum ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt pluſquam exemplo, quàm peccato, de quo Eccleſiaſticus, * qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitātes in ea, rex inſipiens perdet populum ſuum: Adeo enim mala exempla parturientia ſcandalum grauia dijudicantur, ut eccleſia permittat iudicem deflectere a iuſtitia, ut euitetur ſcandalum. ſiue illud propriè, ſiue impropriè ſumatur. Proprium, quod & actiuum ſcandalum illud appellatur, quod ex directa ducendi proximum in interitum intentione præbetur. Impropriè autem ac per accidens illud dicimus, quod præter agentis intentionem prouenit ac præbetur, ut ſi opus faciam diuerſa intentione, quàm ut fratrem præcipitem ducam, quod poteſt mortale aut ueniale eſſe iuxta accidentia & rei euentus; nam illud ueniale dijudicatur quod ex ignorantia excuſabili aut imbecillitate hominis contingit, quod & ſcandalum leue datum nūcupatur; de quo ita meminit Moyſes in quinto libro, * deuorabis omnes populos, quos dn̄s Deus tuus daturus eſt tibi, uidelicet occupātes terram, ſecum adducens rationem, ne ſint in ruinam tui. qua de cauſa, poſtquam Dauid perpetrauerat publicè adulterium cum Bethſabe, quāuis huius ſceleris ſeipſum ſtatim pœnituiſſet; nihilominus, ut refert ſecundus Regum, * mandato domini Nathā Propheta ait ad illū, ecce ego ſuſcitabo ſuper te malū de domo tua, & tollā uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo

* cap. 10. & in prouerb. cap. 22. in fine.

* cap. 7. & c. 20. Eccly..n c. nihil de præſcripto.

* cap. 12.

mo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis ſolis hu-
ius, tu enim feciſti abſcondite, ego autem faciam uer-
bum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu hu-
ius. & dixit Dauid ad Nathan, peccaui domino. propte-
rea enim compoſuit pſaltem, Miſerere mei Deus ſecundũ
magnam miſericordiam tuam & reliqua. dixitque Nathã
ad Dauid, dominus quoque tranſtulit peccatum tuum,
non morieris, ueruntamen quoniam blaſphemare feci-
ſti nomen domini propter uerbum hoc, filius qui natus
eſt tibi morte morietur. & ſequitur Euangeliſta Mat-
thæus,* ſicut colliguntur zizania, & igni comburuntur, *cap. 13.
ſic erit in conſummatione ſeculi, mittet filius hominis
Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala
& ſequentib. Alterum eſt ſcandalum quod paſſiuum, aut
acceptum ſcandalum appellamus, ex alterius facto ſiue
bono, ſiue malo, ſiue nec bono, nec malo proueniens, ut
puta, ſi ex ea re, quæ ad dandam mali occaſionem non
fuerit apta, peccandi occaſionem alius accipiat. Nam
cum iuxta eumdem Matthæum,* dominus dixiſſet, non *cap. 15. cum
quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod pro- ſeq.
cedit ex ore, acceſſerunt diſcipuli eius dicentes; ſcis
quia phariſæi audito uerbo hoc ſcandalizati ſunt? Inſu-
perque ad euitandum ſcandalum, quo facinus mortale
inducitur, non dubitatur permitti receſſum à iuſtitia,
qua ueniale tantum committitur, cum de duobus malis,
ſemper eligendũ ſit minus, ut exẽpla retulimus in Abraã:
& ſequitur Rex Dauid: qui, propter adulterij facinus, ac
dinumerationem populi, nempè armis, curribus & equis
potius quàm diuino præſidio confiſus, nunciante angelo
trium ſibi dari optionem: aut primo uenturam illi fa-
mem ſeptem annis in terra ſua: aut fore ut aduerſarios
ſuos tribus menſibus perſequentes fugeret: aut tribus
diebus in terra ſua fore peſtilentiam: prudenter ſic ei
reſpondit, coarctor nimis, ſed melius eſt ut incidam in
manus domini, multæ enim ſunt miſerationes eius, quàm
in manus hominũ: propterea miſertus dominus ſuper af-
flictionẽ, ait Angelo percutienti populũ ſufficit, nũc cõti

ne manum tuam; in quam rem ut de duobus malis eligamus minus, nec tentemus dominum Deum, ita loquitur liber ſapientiæ,* diligite iuſtitiam qui iudicatis terram, ſentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentāt illum. hinc occaſione euitandi ſcandali, aduerſus iuris naturalis iuſtitiam; iure optimo, cei propriæ denegatur reſtitutio; nechon & rectè cautum eſt ut occaſione euitandi ſcandali, mulier non teneatur prodere ſeipſam detegendo facinus adulterij perpetratum marito uiuente, neque ad damni refectionem teneatur, quæ ex ipſo adulterio concæperit filium, unde legitimis ab inteſtato ſuccesſuris heredibus adempta fuerit hæreditas, quæ huic putatiuo filio applicatur.*

Ludus in genere ſumpto annectit ſibi quicquid turpi aut liciti, ut exercitationis gratia prouenire poteſt, quem propterea in hunc deſcribit modū Beneuenuta Straccha in tractatu ſponſionum: *ludus eſt per actum facti delectabilis quandoque uirtutis gratia parati quandoque lucri, quandoque uoluptatis tantum ceſſatio a negotijs; quem propterea tripliciter conſiderant ſcribentes: Fortunæ, Fortunæ & Ingenij, Ingenij tantum.

Fortunæ ludus is eſt, quē uulgo appellamus, giuoco da dadi, à milite quoddā in aciæ græca inuētus, ſucceſsiueq; iuxta Bonifaciū Vitellinū ſub titulo de ludo Azari, dictus giuoco d'Azaro, à dæmone quoddā nūcupato Azaro inuētus; propterea tū pp. inuentorē quē imitari uidemur: tū propter innumeras Dei ac ſanctorū eius detractiones, atque proximi graues offenſiones, ut occaſiō iſta tollatur, amiſſæ pecuniæ aduerſus uictorē reſtitutionis cōpetit actio uicto: quā tñ cōis uſus tollit ubi nullus dolus, nullaue interuenerit fraus; ſicuti ea ceſsāte; nec nō graui proximi offenſione, a peccato, crimineq; mētali excuſamur: in eo inſuper cōſuetæ cōcedūtur caliditates & cautelę, q̄ potius uirtutē ſapiūt, q̄ dolū; uñ ſapiēs in prouerbijs,*aſtutus oīa agit cū cōſilio qui autē fatuus eſt, aperit ſtultitiā. & hinc uidemus, in emendis uendendiſq; mercibus permiſsū eſſe id

* cap. 1. & c. duo mala 13. diſt & c. quæ-ntur. 22. q ij.

* c. ſi quis arbitraret xxij. q. ij. & c. qui ſcādalizauerit & ibi not. de reg. iu gl i c. eſt ex iſtiuſto de operis nōui nūcia Ancha in cle qm de uita & honeſt. clerico.

* tertia parte. §. circa tertiā partē, nu. 4.

* cap. 18.

ſe id quod pluris ualuit minoris emere, neque improbari circumuentionem intra dimidiam iuſti pretij, niſi tamen dolus dederit cauſam contractui, vt refert idem Beneuenuta in eodem uolumine, ſub tractatu mercaturæ*; nec immerito cautum eſt vt, ſi ſocius inuoluntarium ſocium ad ludum attraxerit, qui propter uehementes præces diſſentiri minimè auſus fuerit, tunc ad victæ pecuniæ reſtitutionem teneatur: quaſi qui attraxerit, magna pecuniæ ſumma deuicta, videatur præmeditato dolo ſocium induxiſſe ad ludum; aduerſus nempè naturalem iuſtitiã, qua iubemur diligere æqualiter proximũ ſicut noſmetipſos, propterea inquit Eccleſiaſticus*, attendite ab omni iniquo, & mandauit unicuique de proximo ſuo; quia uero prædicta ratio aduerſus attrahentem ad ludum videtur pœnitus in attracto ceſſare, his idem attractus regulis non ſubiicitur ex ciuilium legum traditionibus, quibus ſubiectum comprobauimus attrahentem; niſi tamen ex affectu & circumſtantiis euidenter dolus appareat, aut fraus, quo caſu minimè tutus erit in foro poli; & quàm abominabilis ſit ludus hic fortunæ refert Vulpianus iureconſultus ſub titulo de aleatoribus libro vigeſimo tertio.

Secundus eſt, quem fortunæ & ingenij ludum appellamus, vt eſt tabularum ludus, & his ferè regulis, quibus ſupra, huic ludo uacantes, ſubijci non dubitamus, ſi ea q̃ illicitum ludum faciunt, interueniſſe fuerit comprobatum, ſanè dolũ, & enormẽ proximi offenſam; quæ nempè enormis diiudicatur ex qualitate & conditione atq; gradu perſonæ; nam in paupere, parua ſumma, magna dijudicatur; quæ in diuite & nobili genere nato non eſt in conſideratione; ne dum enim grauis infertur iactura proximo, à quo euincitur non parua pecuniarum ſumma, ſed etiam offenditur familia domi relicta, propterea in omnem caſum tutius eſt euictam etiam paruulam pecuniam in uſus pauperum diſpenſare*.

Tertius eſt, quem Ingenij ludum tantum dicimus, vt ſcaccorum, & ſimilis honeſtæ exercitationis ex genere ſuo

* ſectũda parte tit. 1 c Tract. ſpon. 9. item Vincentius. d uum. 3.

* c 17. Matthæ.ca. 22.

u Abb. in cap. clerici, el 2. nu. 12 cũ ſeq. de uita & honeſt. cler. & in c plerique. de immuni. eccle.

ſuo etiam clericis licitæ; nam ad recreandã hominis exa
gitatam mentem propter continuum ſtudij vſum, & cæ-
teras id genus animi uirtutes, ne in vitæ periculum inci-
Fely.in c.la tor.& in c.cõ tingebatur, de hom...
damus, poſſumus impune huic ludi generi uacare*, dum
tamen ſemper abſit omnis proximum lædendi cupiditas,
ne ex licito fieret illicitus. ex ueteri autem lege non du-
bitamus hæc iniqua ludorum genera apud quoſuis etiã
ſceleratiſsimos homines nõ fuiſſe introducta; ſed tantũ le-
gimus pueriliter pueros ſe geſsiſſe; vti fecerat Iſmael na-
tus ex ancilla, qui iocabatur cũ Iſaac fratre & filio Abraã,
ca.21. cum ſeq & 26.
vt refert Moyſes in primo Pentat.* nec non eodem loci
Iſaac iocatum eſſe cum Rebecca vxore. legitur autem (iu-
xta ſucceſſus, ac rerũ fęlices euentus) populum Iſrael quã-
doque ſe dediſſe honeſtis uoluptatibus pro diuini numi-
nis gloria, ac proprio ſingulari ſolatio; cum uates in pſal-
47.
terio*, induceret eccleſiam fore vt exultaret propter ve-
ram religionem propagatam iri, in hũc modum cæcinit,
oẽs gentes plaudite manibus, iubilate Deo in uoce exul-
tationis. habuit enim epulium, calendas, neomenias, atq;
uarios feſtos dies, in quibus ſemper dominum laudans
epulabatur, & exultabat; vnde ita loquitur idem in quar
c.10.& Iſai. c.1.& in Deuter.cap.14.
to Pentat.* ſi quando habebitis epulium & dies feſtos &
calendas, canetis tubis, ſuper holocauſtis, & pacificis ui-
ctimis, vt ſint uobis in recordationem Dei veſtri, ego do-
cap.16.
minus Deus veſter. nec non legitur in primo Regũ*, Sau-
lum Regem quæritaſſe hominem ſcientem pſallere cithã
ra, ſicq; mãdaſſe fieri quotieſcunq; à ſpiritibus malis exa
gitabatur; ante cuius ſtabat conſpectum Dauid, qui pſal-
lebat cithara ac re focillabatur Rex Saul; vnde ſic ait Cice
ro in ſecunda Philippica, homines, quamuis in rebus tur
bibus, tamen ſi modo homines ſunt, interdum animis re
laxantur. quibus exemplis ſacri canones non improbant
conuiuia, quæ ex intentione impendendę charitatis fiũt,
in quibuſque nulla abſentium vita mordetur, neque ina-
44 diſ.c. cõmeſſationes. & c.conuiuia.
nes ſecularium negotiorum immiſcentur fabulæ, ſed ſa-
cræ lectionis audiuntur verba*. neque, tanquam illud ue
niat in conſequentiam, quaſi conceſſo vno ſine quo illud
ſaltem

ſaltem commodè ſtare non poteſt, alterum cenſeatur eſſe conceſſum, improbatur donatio hiſtrionibus ex honeſta cauſa facta, omni ſemper remota vana gloria; necnō hiſtrionibus & cæteris, qui variis huiuſmodi delectationis inſtrumentis utuntur*.

* gl in ca. donare. 86. diſt.

NON FALSVM TESTIMONIVM DICAS.

Quo generali nomine uenit quælibet ueritatis immutatio, ſiue pure, & abſq; aliquo dolo illud proferendo, quod ſecus fuerit, ſemetipſum proferentem decipiendo, uel doloſè, quod ſecus fuerit proferendo*. ad cuius rei euidentiam, tria diſtinguuntur inuicem diſcrepantia capita, quorum primum aut eſt falſum dicere. aut mendacium dicere. aut mentiri tertium eſt caput.

* de crimine fal. c. 1. & c. licet. & Bar in Auth. presbyter C. de ſacroſanct. eccl.

Falſum dicere ſumptum in genere, eſt quælibet immutatio veritatis; quam, per hoc publicum proclama, Non falſum teſtimonium dicas, intendit dominus prohibere.

Mendacium dicere deſcribitur quædam falſa vocis ſignificatio voluntate ipſa fallendi, de quo ſapiens in prouerbiis*, profert autem mendacium doloſus teſtis.

* c. 14. & c. in auté. 22. q. 2.

Mentiri autem tertium eſt caput, minimè relatum ad eos qui nihil falſi proferunt, ſed ad eos tantummodo q aduerſus propoſitum in mente retentum nituntur & ueniunt; qua de re ſecundum ęquam, aut iniquam proferentium intentionem vindicari oportet; nam quandoq; dæmones proferentes veritatem mentiuntur, ex iniqua vero ac corrupta mente retenta, rei efficiuntur intendentes eos deinceps præcipites ducere, ſuis adhærentes fictis ac ſimulatis cōſiliis*. Abraam vero non commiſerat in Deū aut proximum, cum perſuaſiſſet Aegyptiacis Saram, quæ eius fuerat vxor, fuiſſe ſororem, quia non habuit ppea mentē vt quenquā fraudaret, ſed eo ſic dixerat vt euaderet mortis periculū, qd imminebat illi*, nec non vt eximeretur

* 26. q. 4. c. ſeq. & c. ſciēdū. & ca. nec mirum.

* 22. q. 2 c. qri t. & ex Gen. c. 20. & c. 12. & cap. 26.

mereretur populus Iſrael ab obſidione ciuitatis Ieroſoly-
mæ per Holofernem principem Regis Aſſyriorum, ſicut
Iudith ad ipſum aſtutè accedere, eumdemq́; principem
abſciſſo capite necare: eſt igitur mendacium falſa vocis
ſignificatio, quod eſt falſum, voluntate fallendi quod eſt
a c.beatus,ubi Arch. 22.q.2. & c.nec mirũ. 26.q.5. mentiri*. quorum ſacræ canonicæ ſcripturæ octo dedu-
xere mendaciorum genera*. primum illud eſt ſi iuramen
to, vt puta, quis aſſeruerit Chriſtum paſſum non eſſe: Se-
a 22.q.2.cap. primum. cundum genus eſt, ſi quis iniuſtè abſque alterius vtilita-
te proximum offendat iureiurando. Tertium eſt, ſi quis
vni profit, noceat autem alteri intentione ipſa nocendi.
Quartum eſt ſola mentiendi, fallendiq; libidine prola-
tum. Quintum eſt ſi ipſa placendi cupiditate fuerit iura-
tum. Sextũ eſt quod obeſt, & alteri prodeſt, vt ſi alicuius
pecuniam iniuſtè tollendam ſciens quis vbi ſit, ſe neſcire
mentiatur, quia pro temporali commodo non eſt ueritas
corrumpenda. Septimum eſt, vt quando nulli obeſt & al-
teri prodeſt, ueluti ſi quis hominem ad mortem quæſitũ
nolens prodere mentiatur; quia etiam ſi non debeat quis
tam crudelis eſſe vt ſaltem facto eum non tueatur, quem
verbis defendere nequit; nihilominus tẽporalis alterius
ſalus, propriæ non eſt præferenda ſaluti; & ita legitur in
a cap. 18. tertio Regum,* Abdiam ſeruaſſe, qui timens dominum
tulit & abſcondit centum prophetas quinquagenos &
quinquagenos in ſpeluncis & pauit pane & aqua, quos
Iotabel occidere uoluerat; nunquam tamen propriè men
tiri licere dicimus, quin ſaltem peccatum ueniale com-
a cap 4. mittatur. & in hũc modum declaratur Eccleſiaſticus*, di
cens fili cõſerua tempus & deuita à malo, pro anima tua
ne confundaris dicere uerum, ne accipias faciem aduer-
ſus faciem tuam, nec aduerſus animam tuam mendaciũ,
ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo, nec retineas
uerba in tempore ſalutis. Octauum illud eſt mendaciũ
quod nulli obeſt, ad hoc autem prodeſt ut à corporali
immundicia tantum tueamur virginem; ſola enim animi
a c 4.& 27.q. 1.c. nuptiarũ. caſtitas, cui coacto violenter, ineſt ſine pudicitia ſalus no
ſtra, ea eſt qua præmia meremur, vnde liber ſapientiæ,* q̃
pulcra

pulchra eſt caſta generatio cum claritate, immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt & apud homines, cum præſens eſt imitantur illam, & deſiderant eam cum ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminũ præmium uincens & reliqua. quæ poſtremò cuncta mendaciorum genera ad hæc tria rediguntur, Nam aut omne mendacium officioſum, aut Iocoſum, aut pernicioſum eſt.

Officioſum illud appellatur, quod nocet nulli, pdeſt autem alicui, ut ſi neceſsitatis ratio extorquere, & pietas ac religio ſuadere uideatur, quãuis alteri inferri uideatur præiudicium, ſicuti exemplum traditur in obſtetricibus; quibus, ut refert Moyſes in ſecundo libro*, Rex Aegypti Pharão præceperat vt hebræorum mares naſcituros ſtatim necarent, fęminas vero reſeruarent; quæ timentes Deum, pietateq; motæ, mares quoque indemnes ſeruabãt; quibus idem Rex ad ſe accerſiri iuſsis, ſic ait quid nam eſt hoc, quod facere voluiſtis vt pueros ſeruaretis? quæ excuſabiliter & minus grauiter mentientes ſic reſponderunt, non ſunt hebreæ ſicut Aegyptiæ mulieres, quæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & prius quam veniamus ad eas pariunt; & propterea ſequitur eodem loci hiſtoria, & benefecit Deus obſtetricibus, & creuit populus; confortatusq; eſt nimis, & ædificauit eis dominus domos; ex quibus dicitur prolem Aaron, & ſucceſsiuè leuitarũ inferioris gradus, nec non & prolem Moyſi propagatam. nec vituperatur, ſed laudatur Ionathas qui, vt refert primus Regum*, mentiendo patri ſuo, dixerat Dauidem contuliſſe ſe in Bethlem ad ſolemne neceſſarium conficiendum ſacrificium. & ita ſibi voluit Paulus ad Romanos*, ſi veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? & non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere faciamus mala vt eueniant bona.

* cap. 1.

* cap. 10.

* cap. 3.

Iocoſum illud dixere mendacium, qđ vt nemini obeſt ita nulli prodeſt obleſtandi gratia dictũ, quod capitale non eſt; reatus autem venialis ea fuit ratio ex ſenten-

a ca 5. & primo Cor. c. 5. tia Pauli ad Epheſios*, quo loci omne ſtultiloquium, for nicatio, & omnis immunditia, aut turpitudo, aut ſcurrili tas, quæ ad rem non pertinet præcipitur fileri. propterea dixerat Eccleſiaſticus*, non impediaris ſemper orare, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum. a c. 18. Lucas. ca. eo. 18.

Pernicioſum autem illud eſt, quo quis nulli prodeſt, ſed famæ, vel vitæ detrahendo nocet alteri, & ita ſibi voluit ſapiens in prouerbijs*, perdes omnes qui loquuntur mendacium; & teſtis mendax peribit. qua de re, vt refert hiſtoria Danielis*, condignam mortis dedere pœnã duo illi ſenes, qui mentientes falſò aſſeruere Suſannam fuiſſe fornicariam: quos & hipocrytas triſtes, aliud in corde, aliud in ore habentes, appellat Propheta Iſaias*, dicẽs, ꝓpter hoc ſuper adoleſcentulos eius non lætabitur dominus, & pupillorum eius, & viduarum non miſerebitur, qa omnis hipocryta eſt & nequam, & vniuerſum os eius loqutum eſt ſtultitiam. quibus non lõgè abſimiles ſunt adulatores, quaſi deficienti bonum tribuentes; vel nimis extollentes bonum quod inſit illi: vel inſitam turpitudinẽ in eum laudantes*. & ita ait Cicero pro Lelio, nulla in amicitijs peſtis eſt maior, quàm aſſentatio, blanditiæ, adulatio, adulator enim credẽtem decipit, abſentem rodit, ac odioſum ſe reddit. vndè in prouerbijs*, qui dicunt impio iuſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabũtur eos tribus; qui arguunt eum laudabuntur, & ſuper eos veniet benedictio, labia deoſculabitur qui recta verba reſpõdet, ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuũ, nec lactes quẽ quam labiis tuis. & ſequitur Iſaias*, populę meus qui te beatùm dicunt ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorũ diſsipant. Non ambigitur aũt per rerũ ſucceſſus ac delicti grauitatẽ ex maiori aduerſus vnum, quàm aduerſus alterum offenſione, grauius eſſe vindicandũ. propterea legitur in hũc modum per ſacros canones fuiſſe diſtinctũ*: Aut aliquis profert falſum, credens verum proferre, quo caſu in hunc modum diſtinguitur; aut is adhibuit eam quam debuit diligentiam antequam falſa verba protuliſſet,

a c. 21 Pſal. 5.

a cap. 13.

a cap. 9.

a gl. in c unũ omniũ uerbo, adulari 25. di.

a cap. 24.

a ca. 3 & c. 5.

a Arch. in ca. homines. 22, q. 2.

liſſe, quæ nempè protulit ex quadam ſimplicitate, ac indiſcretè, remoto tamen omni dolo ac ſupina ignorantia, & à veniali crimine non excuſatur. Aut omnem adhibuit diligentiam, optimè conſideratis omnibus facti, qua litatibus, & hoc caſu à mortali ac veniali crimine excuſabitur. & ita loquitur Paulus primo ad Timothæum*, dicens finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. * cap. 1.

POENITENTIAS IMPONERE.

Ex quibus, quauis etiam aduerſus dominum graui pręcedente offenſione, adeo immunes efficimur ac pœnitus abluimur, vt in priſtinum innocentiæ ſtatum, propagati, ſtatim ac immediatè reuertamur, vnde Propheta Ezechielis*, ſi impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis vita uiuet, omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor, in iuſtitia ſua, quam operatus eſt, viuet, & reliqua; & in hanc rem ſubdit Ieremias*, ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem, & ſubito loquar de gente & de regno vt ædificiem & plantem illud, ſi fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono quod locutus ſum vt facerem ei, & beatos prædicat vates in pſalterio*, dicens beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata; Deus enim peccata eis condonat, qui confitentur illa, & ex animo ſanguinem Ieſu Chriſti omnium delictorum expiationem eſſe credunt, atq; de commiſsis agunt pęnitentiam; quæ nempè altero de duobus modis contingere ſolet. Aut in pſenti ſeculo dū ſpiritus hos reget artus. Aut in altero ſeculo corpore ab anima ſeparato, qđ dicit̄ purgatoriū, quo loci ſeptēni

* cap. 18.
* c 18. Luc. e. 1. Iſai. ca. 49.
* 32. & Paulus ad Romanos, cap. 4.

pœnitentia quodlibet veniale expurgamus, vel per ſacerdotum oblationem; aut per ſanctorum apud dominum regnantium praces; ſiue cognatorum ieiunium, aut charorum æleemoſynam. ex ueteri autem lege hæc venialia, q̃ minuta crimina dicimus, quibus à gratia Dei non excluditur, in hunc modum expurgari conſueuerant; nam ſacerdos ſumebat vitulam rufam, trimam & immaculatā, neque adhuc ſubditam iugo; quam pro peccato ſuæ domus imolabat; Hircum autem pro vniuerſo populo imolabat, cuius carnes & pelles, ac fimum vitulæ, atq; hircū extra comburebat, cineremq; ſeruabat, ac inde per totū annum fiebat aſperſio aquę; videlicet die decima menſis ſeptimi, quem dicimus ſeptembrium hoc genus ſacrificij conficiebatur, ac vt docet Leuiticus*, reliqua per ſacerdotes expediebantur, iuxta modum offerentium oblationes. At quia ante aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti ac eiuſdem ad cęlos aſcenſionem, paradiſi ianua cunctis fuerat occluſa, erat communis omnium ſaluandorum locus, quem limbum appellamus ad certiſsimam ſanctis patribus, ac cęteris qui piè & iuſtè vixere, ſpem futuram eiuſdem, quem voce meſsiam ac vnigenitum Dei filium prædixere ſcripturæ. purgatorio autem omne crimen veniale in futuro ſeculo ſeptenni pœnitentia expurgamus, exēplo Mariæ prophetiſſæ ſororis Aaron, quā iuxta quartum Pent.* dominus ſtigmate lepræ percuſſerat, propter detractationem Moyſi fratri, qui præcibus tandem obtinuit vt mūdaretur, prius tamen per dies continuos ſeptē extra clauſtra iuſſa exhiberi. nec non, vt legitur in quarto Regū*, Naaman Iordanis aqua ſepties lauit, & propterea à contagio lepræ factus eſt mundus. poſtremoq; legitur in tertio Pentateuchi*, ac in ſexcentis veteris ſcripturæ locis, ad omnem leproſum ac im mundum hominē expurgandum, hoc ſeptenni, ſiue dierum ſeptē numero vſos eſſe hebræos. alij huius ſeptennis pœnitentiæ hanc aſſerunt fuiſſe rationem; ſicuti per cuiuslibet mortalis criminis lapſum, amittitur Spiritus Sancti gratia, quæ ſeptiformis eſt. ita eamdem amiſſam tanto tem-

* c. 7. & Numer c. 19. gl. in c. aquam ſale de conſec. diſt. 3.

* ca 12. & ca. hoc ipſum. 33. q. 2.

* cap. 5.

* cap. 13.

to tempore conueniens eſt recuperari, * cum nihil tam naturale ſit, quàm unumquodque eo iure recuperare aut ſoluere, quo colligatum eſt; nihilominus ex ampliſsima ac generali Apoſtolis tradita ſoluendi & ligandi facultate, non dubitamus, exquiſita pœnitentis contritione, pœnitentiam augeri, aut minui poſſe ſacerdotis arbitrio. poteſt enim tanta eſſe pœnitentis contritio, ut ab omni reatus pœna ſtatim fiat immunis, adeo ut moriens tranſeat ad uitam abſque ullis in hoc aut altero ſeculo tormentis, unde pſaltes, * cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies; qui adhuc intendens dominum ipſum in tueri cor noſtrum contritum, neque nos poſſe eius miſericordiæ menſuras ac tempora diffinire, percunctanti ſic reſpondet, * miniſtrationes eius quis enarrabit? quem & nuper legimus toties nobis ueniam polliceri quoties contriti, ad eum conuertamur. At quia, ut pœna unius ſit metus multorũ, ea publicè ſunt corripienda, quæ coram omnibus apparet eſſe commiſſa, unde ut refert Moyſes in tertio libro*, dominus Deus præcepit uindicari publicè in blaſphemũ, & omnes qui eum audierint apponere manus ſuper caput eius, & ab uniuerſo populo lapidari; ſacri canones diſtinxere triplicem non ſacramentalem pœnitentiam; uidelicet Solemnem. Publicam & priuatam.

Solemnem pœnitentiam decreuere imponendam ei, per quem uniuerſus ciuitatis populus fuerit ſcandalizatus; quam propterea cum frequens eſt populus, loci Epiſcopus quadrageſimali tempore, conuocato in maiori Eccleſia clero, conſueuit imponere. Publicam ſtatuere pœnitentiam pro delicto quidem publico, ſed non quo uniuerſus ciuitatis populus ſcandalizatus fuerit, * quam iure optimo, necnon & ſolemnem ſæpiſsimè paſſus eſt uniuerſus populus Iſrael, quem propter quatuor publica crimina, cernimus captiuum publicè fuiſſe ductum. Quorum prima fuit captiuitas propter uenditionem Ioſeph fratris & filij Iacob, nam ſub dira Regis Aegypti manu fuerat detentus annis quadringentis triginta, habita tamen relatione a die illa cum Abraam de terra egreſſus eſt

26.q.5.c qui diuinationes ubi Arch.

* Si Ioel.c.2. & de pœ.diſt. 1.c menſurã, ubi gl.&.l. diſ. c.ſi q̃s Arch. in c. uirg aẽ, 27.q.1. & ĩ c. qui bona. 17. q.1.

* 11 9.

* cap. 24.

* c. ĩ capite.1. diſt.& c.1.de pœni.& remi. 26.q.5.c.ſi.& 2.q.1.c.ſi peccauerit Arch. in c.quicũq; de hęre. in 6.

eſt urgẽte ibi fame, ut peregrinaretur in Aegyptũ; de quo
cap. 12. & c. 13 ita in primo,* facta eſt autem fames in terra, & paulo in-
* cap. 15. ferius ſubſequitur; * ſcito prænoſcens (ait dominus)
quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non
ſua, & ſubijcient eos quadringentis annis: & poſt hæc e-
gredientur cum magna ſubſtantia, generatione autem
quarta reuertentur huc necdum enim completæ ſunt ini
quitates Amorrhæorũ uſque ad præſens tempus, in illo
die pepigit dominus fædus cum Abraam, dicens ſemini
tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti uſque ad fluuiũ
magnum Euphratem, uidelicet populos Cinæos, & Ce-
nezeos, Cemonæos, & Hethæos, & Chananæos, à Chanaã
dictos, ex quo omnes prædicti deſcendere. nam poſt di-
luum uniuerſæ carni factum, ut idem Moyſes colligit in
* cap. 10. primo libro,* prędictæ gentes & populi, idem ſunt ſorti-
ti agnomen, in ſex redacti principales prouincias, quæ
ita deſcribuntur, Amorrhæum, Chananæum, Hethæum,
* & in Exo. c. Pherezæum, Henæum, & Iebuſęum; ad quas debellatas ac
34. & in Deu. pęnitus eradicatas gentes & loca, ſub duce Ioſue,* intro
cap. 20. ductus fuerat uniuerſus populus Iſrael. à die autẽ cum di
xerat dominus ad Abraam, prædictum futurum populum
Iſrael annis quadringentis fore affligendum, non dubita
tur elapſos antea fuiſſe annos triginta; ſumentes igitur
exordium à peregrinatione eiuſdem Abrahæ cum de ter
ra ſua, ut peregrinaretur, egreſſus eſt, procul dubio aſcẽ-
ditur ad eam prędictam quadringentorum triginta anno
rum ſummam: in rei autem ueritate graui ſeruitute ac
onere non fuerat afflictus populus, niſi ducentis & de-
cem annis, quo pacto declaratur Moyſes in eodem ſe-
* cap. 12. cundo libro,* dicẽs, habitatio autem filiorum Iſrael, qua
manſerunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta an
norum, quibus expletis eadẽ die egreſſus eſt omnis exer-
citus de terra Aegypti.

Secunda fuit captiuitas immediate annorum quadra-
ginta poſt exitum de Aegypto, propter ſubſecutam ad-
uerſus dominum & Moyſen murmurationẽ occaſione ex
ploratorũ; quos mãdato domini, idẽ Moyſes & cæteri pri
mates

mates interim in deſerto expectantes, miſere ad cōſiderādā ac pęnitus explorandā promiſsionis terrā, ſi ad eā daretur tutus acceſſus; quorū poſt dies quadraginta, reuerſi alij tutū, alij vero nō tutū ad eam retulere dari acceſſum, propterea diuina diffiſi prouidentia, aduerſus Moyſen, murmurabant quærentes ſibi alium ducem; hincque furore concitatus magnus dominus, ita protulit ſententiam iuxta quartum Pentateuchi,*filij ueſtri erunt uagi in deſerto annis quadraginta, & portabūt fornicationē ueſtrā, donec conſumantur cadauera patrū in deſerto iuxta numerū quadraginta dierū, quibus cōſideraſtis terrā, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates ueſtras, & ſcietis ultionē meā, qm̄ ſicut locutus ſum, ita faciā oī multitudini huic peſsimæ, q̄ conſurrexit aduerſū me in ſolitudine hac deficiet & morietur; quā de re quicūq; cām dedere huic murmurationi à uiginti annis ſupra (p̄ter Ioſue & Caleb exploratores q retulere tutū dari acceſsū cōfortātes populū ut tutiſsimā ſpem haberēt in dn̄o) omnes proſtrati ſunt in deſerto; & elapſis triginta octo annis (nā antequā fuiſſent miſsi exploratores, elapſus fuerat annus ſecundus) per manū Ioſue ſubſtituti eidem Moyſi prædefuncto, ſubiungarunt uniuerſam promiſsionis terram per ſpatium annorum octo, debellatis barbaricis omnibus gentibus & Regibus triginta & altero captis ac interfectis, ut refert hiſtoria Ioſue.

a cap. 13. cum ſeq. & in Deu. cap. 8. cū ſeq.

Tertia fuit captiuitas annorum ſeptuaginta ſub Nabuchodonoſoris Regis Babilonis imperio ac dira manu, propter graue idolatriæ facinus; nec nō prophetarum necē, quo tempore amiſſa eſt arca fœderis domini, quam dicitur fuiſſe abſconditam per prophetam Ieremiam, & idem Rex pœnitus eradicauit templum domini, ducto ſub captiuitate in ciuitatem Babyloniam populo Iſrael; unde ad dominum ſic acclamat uates in pſalterio,*ſuper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus dū recordaremur tui ſion, & reliqua. Quo etiam tempore, idem Ieremias, *ſedit gemens, & compoſuit lamentationes ſuas, ſiue trenas nuncupatas.

a 137.
a cap. 25. & c. 27. & c. 34. & c. 39 1. Eſd. cap 4. cū ſeq. Daniel cap. 9 quart. Reg c. 23. cū duob. ſeq. ſecundus Paralipo cap. 24. Iudit. c. 5.

Quarta

Quarta uero & ultima, perpetuiſque perduratura temporibus captiuitas pręſens eſt ob domini noſtri Ieſu Chriſti necem, in quem aſtiterunt reges terræ, & principes
*cap. 2. & Daniel cap. 9. conuenerunt in unum. in quam reni ita fatur Amos, *ſuper tribus ſceleribus & ſuper quatuor nõ conuertam eũ, pro eo quod uendiderit pro argento aurum, & pauperem pro calceamentis. Quæ res ſatis eſt executioni demãdata per Titum & Veſpeſianum Imperatores; atque ex præſenti ac longiſsimo infælici huius populi Iſrael ſtatu, ac diſperſione apertiſsimè demonſtratur; & ita uaticinati fuere prophetæ, ac in hæc uerba prædixerat Moyſes
cap 28. in quinto obſedeberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi dominus Deus tuus, & comedes fructum uteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus Deus tuus in anguſtia & uaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus; & ſubdit augebit dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeuerantes, infirmitates peſsimas & perpetuas: & uaticinatus fuerat Patriarcha Iacob, uti refert idem in
*cap. 49. primo libro; * in hunc modum; Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fæmore eius donec ueniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. nullo enim unquam tempore legimus hunc populum Iſrael adductũ fuiſſe in hanc extremam perditionem, neque tanto tempore; neque ducibus & rectoribus caruiſſe; quia ab Ieroſolyma ciuitate capta & deſtructa per prædictos imperatores Titum & Veſpeſianum uſque ad præſens tempus prolapſi ſunt anni mille & quadringenta noaginta octo; qua nempè captiuitate nulla fuit maior: eoque arguitur perpetua futura, & ex prędicta in dominum nece illata; quia antequam idem dominus adueniret, per annos ferè ſeptuaginta, ꝓdigia ceſſarũt, extinctuſq; erat ignis quẽ perpetuum, & in columna atrij, quaſi fœdus cum domino, habuere; neque deinceps prophetæ uaticinabantur; quod in hunc modum futurum prædixerat iterum addu-
* 74. ctus pſaltes, * ſigna noſtra non uidimus, iam non eſt Propheta, & nos non cognoſcet amplius. quæ & antea cum defeciſſent,

defeciſſent proculdubio fuerant indicium populo, ei miniſtrari pocula calamitatū;q rurſus ait,*oſtēdiſti populo tuo dura potaſti nos uino cōpunctionis. Quāuis autē pręcedens Iacob prophetia non uideatur apud hebræos inducere neceſſarium ex præſenti ſtatu Meſsiæ aduentum, atque per conſequens æternam regni perditionem ac ſceptri: negantes argumentum à contrario ſenſu, per iſtam dictionem, donec, poſſe ſubſiſtere, quam dicunt inducere extenſiuam quandam diſpoſitionem; moti autoritate Euangeliſtæ Matthæi, *aduerſum nos in hunc modū loquētis, exurgens aūt Ioſeph à ſomno fecit ſicut præcepit angelus domini, & non cognoſcebat eam donec peperit; nam cum indubitatè nos fateamur, oporteatque neceſſario fateri, ut neque poſt partū Ioſeph cognouerit Mariam uirginem; aſſerunt, inquam, & illi dictionē iſtā id minime poſſe operari ut, cum ſint expulſi è regno, uenerit neceſſario meſsias. quem etiam terminum, iuxta ſenſum ac interpretationem noſtram, legimus obſeruatum per eundem pſaltem, *dixit dominus domino meo ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: quo caſu non dubitamus dominum Ieſum Chriſtum minus ſedere à dextris patris, ac ſuper omnem principatum, poteſtatem & uirtutem eſſe conſtitutum, reiectis atque ſub pedibus ſuis ſubiectis inimicis, deuicto nempè mortis aculeo, atque nouiſsimo tempore tractis ad cæli ſupremas regiones beatis; relegatis uero ad tartara damnatis; quam huius dictionis naturam perpendentes legiſlatores, regulam conſtituere ut conditionem, ac extinctiuam diſpoſitionem inducat, referentes exemplum de uxore relicta domina & uſusfructuaria donec caſtè uixerit* niſi tamen conſtiterit de contraria mente diſponentis aut per ſigna euidentia, aut per naturalem, quæ maximè uiget, interpretationem, ut uidimus exempla quibus nitebantur hebræi; unde inquit Scæuola libro quinquageſimo quinto digeſtorum,* ſi quis relinquat uſumfructum ei qui mentis compos non eſt, donec mentis compos

* 60.

* cap. 1.

* 110.

*Iaſ. in l. ſi filiū ſub cōditiōne §. ſi paterfā. nu. 11 ff. de leg. 1. & in l. ſufficit. nu. 5. ff de cōd. ind. Bar. in l. 1 ff. de condi. & demonſt.

*per l generali. §. duas filius ff. de uſu. & uſuf. leg. & l. ambiguitatē C de uſu. & habit.

Cc fiat,

Quarta uero & ultima, perpetuiſque perduratura tem
poribus captiuitas pręſens eſt ob domini noſtri Ieſu Chri
ſti necem, in quem aſtiterunt reges terræ, & principes
*cap. 2. & conuenerunt in unum. in quam rem ita fatur Amos, *ſu-
Daniel cap. 9. per tribus ſceleribus & ſuper quatuor nõ conuertam eũ,
pro eo quòd uendiderit pro argento aurum, & paupe-
rem pro calceamentis. Quæ res ſatis eſt executioni demã
data per Titum & Veſpeſianum Imperatores; atque ex
præſenti ac longiſsimo infælici huius populi Iſrael ſtatu,
ac diſperſione apertiſsimè demonſtratur; & ita uatici-
nati fuere prophetæ, ac in hæc uerba prædixerat Moyſes
cap 28. in quinto obſedeberis intra portas tuas in omni terra
tua, quam dabit tibi dominus Deus tuus, & comedes fru
ctum uteri tui, & carnes filiorum tuorum; & filiarum
tuarum, quas dederit tibi dominus Deus tuus in anguſtia
& uaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus; & ſubdit auge-
bit dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas ma
gnas & perſeuerantes, infirmitates peſsimas & perpetuas:
& uaticinatus fuerat Patriarcha Iacob, uti refert idem in
*cap.49. primo libro; * in hunc modum; Non auferetur ſceptrum
de Iuda, nec dux de fæmore eius donec ueniat qui mit-
tendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. nullo enim
unquam tempore legimus hunc populum Iſrael adductũ
fuiſſe in hanc extremam perditionem, neque tanto tem-
pore; neque ducibus & rectoribus caruiſſe; quia ab Ie-
roſolyma ciuitate capta & deſtructa per prædictos impe-
ratores Titum & Veſpeſianum uſque ad præſens tempus
prolapſi ſunt anni mille & quadringenta noaginta octo;
qua nempè captiuitate nulla fuit maior: eoque arguitur
perpetua futura, & ex prędicta in dominum nece illata;
quia antequam idem dominus adueniret, per annos ferè
ſeptuaginta, ꝓdigia ceſſarũt; extinctuſq́; erat ignis quẽ
perpetuum, & in columna atrij, quaſi fædus cum domi
no, habuere; neque deinceps prophetæ uaticinabantur;
quod in hunc modum futurum prædixerat iterum addu-
*74. ctus pſaltes; * ſigna noſtra non uidimus, iam non eſt Pro-
pheta, & nos non cognoſcet amplius. quæ & antea cum
defeciſſent,

dececiſſent proculdubio fuerant indicium populo, ei mi
niſtrari pocula calamitatũ;q̃ rurſus ait,*oſtẽdiſti populo *60.
tuo dura potaſti nos uino cõpunctionis. Quãuis autẽ præ
cedens Iacob prophetia non uideatur apud hebræos in-
ducere neceſſarium ex præſenti ſtatu Meſſiæ aduentum,
atque per conſequens æternam regni perditionem ac
ſceptri: negahtes argumentum à contrario ſenſu, per
iſtam dictionem, donec, poſſe ſubſiſtere, quam dicunt in
ducere extenſiuam quandam diſpoſitionem; moti auto- *cap. 1.
ritate Euangeliſtæ Matthæi, *aduerſum nos in hunc mo-
dũ loquẽtis, exurgens aũt Ioſeph à ſomno fecit ſicut præ
cepit angelus domini, & non cognoſcebat eam donec pe
perit; nam cum indubitatè nos fateamur, oporteatque
neceſſario fateri, ut neque poſt partũ Ioſeph cognouerit
Mariam uirginem; aſſerunt, inquam, & illi dictionẽ iſtã
id minime poſſe operari ut, cum ſint expulſi è regno, ue-
nerit neceſſario meſſias. quem etiam terminum, iuxta
ſenſum ac interpretationem noſtram, legimus obſerua-
tum per eundem pſaltem, *dixit dominus domino meo *110.
ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabel-
lum pedum tuorum: quo caſu non dubitamus dominum
Ieſum Chriſtum minus ſedere à dextris patris, ac ſuper
omnem principatum, poteſtatem & uirtutem eſſe con-
ſtitutum, reiectis atque ſub pedibus ſuis ſubiectis ini- *Iaſ. in l. ſi cũ
micis, deuicto nempè mortis aculeo, atque nouiſſimo dũ ſub cõdõ-
tempore tractis ad cæli ſupremas regiones beatis; rele- ne §. ſi pater-
gatis uero ad tartara damnatis; quam huius dictionis na- fã. nu. 11 ff. de
turam perpendentes legiſlatores, regulam conſtituere leg. 1. & in l.
ut conditionem, ac extinctiuam diſpoſitionem indu- ſufficit. nu. 5.
cat, referentes exemplum de uxore relicta domina & ff de cõd. ind.
uſusfructuaria donec caſtè uixerit* niſi tamen conſti- Bar. in l. 1 ff.
terit de contraria mente diſponentis aut per ſigna eui- de condi. &
dentia, aut per naturalem, quæ maximè uiget, inter- demonſt.
pretationem, ut uidimus exempla quibus nitebantur *per l generali. §. duas filias ff. de uſu.
tur hebræi; unde inquit Scæuola libro quinquageſimo & uſuf. l eg. &
quinto digeſtorum,* ſi quis relinquat uſumfructum l. ambiguitatẽ
ei qui mentis compos non eſt, donec mentis compos C de uſu. &
habit.

Cc fiat,

fiat,& conualeſcat;& tempore uitæ ſuæ perſeuerante atque in eodem furore defuncto; nihilominus prædictum permanere legatum. Sicque cum eodem Loci appareat Iacob mandaſſe congregari duodecim filios ſuos, ex quibus duodecim fuere orte tribus, ut annunciaret, quæ uentura erant in diebus nouiſsimis; ac fateantur omnes, reliquias Hebræorum eſſe ex Tribu Iuda, & dimidia Beniamim, quam ex debilitate eius dimidiam dixere, quæ in rei ueritate una eſt; cæteras autem tribus quorum deinceps non eſt memoria, diuiſo Regno
*cap 8 & tertio Reg. c. 11. propter peccata populi petentis Regem, ut oſtendit primus Regum,*abijſſe ultra Iordanem; non dubitamus ex mente uaticinantis, necnon ex cæteris prophetantium dictis, ex eo peccato fore diſpergẽdos, ac dictionẽ illam, Donec, inducere extinctiuam diſpoſitionem, ac hebræos perijſſe atque de regno expulſos adeptumque ſceptrũ fuiſſe; quia uenit meſsias dominus Ieſus; quem cum, diuino ſpiritu afflatus Moyſes, uenturum perſpexiſſet, ut nedum poſſet omnem Iſraeliticum populum à ſeruitute ſub manu Pharaonis aſperrima corporis & afflictionis ſpiritus; ſed ab æterna etiam animæ iactura eximere; eique ſe minimẽ fore æqualem, qui tamen omnium fuerat ſupremus in terris, ne uideretur in alienam meſſem manum mittere; ſic fatus eſt ad dominum
*cap. 4. in ſecundo libro *; obſecro domine, mitte quem miſſurus es. Neque immemor ſit hebræa gens ſolius Dei eſſe, uel eius nomine habentis ſpiritũ ſanctum, illuminare cæcos, leproſos mundare, atque ſuſcitare mortuos, ſicuti oſtendunt Euangeliſtæ eundem dominum Ieſum millies ita feciſſe; pro quo non dubitamus, ut refert Moyſes in
cap. 18. quinto libro, dominũ Deum dixiſſe, hoc habebis ſignũ, quod in nomine domini Propheta ille prædixerit & non uenerit, hoc dñs non eſt locutus, ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit, & ideircó non timebis eũ. Ac ut
*cap. 6. legitur in libro Iudicum, * Gedeon dixit ad Angelũ dñi da mihi ſignum quod tu ſis qui loqueris ad me. & ſubdit
cap. 41. Iſaias, annunciate quæ uẽtura ſunt in futurũ, & ſciemus

quia

quia dij eſtis uos: & in fauorem Ieremiæ*, qui aduerſus *cap. 26. &
Ieroſolymam ciuitatem fuerat uaticinatus, cum cæteri cap. 28.
uates atq; ſacerdotes ad oēm populū fuiſſent locuti, dicē
tes iudiciū mortis eſt uiro huic, principes & oīs populus
dixerūt ad ſacerdotes & quoſcūq; ei detrahētes, nō eſt ui
ro huic iudiciū mortis, quia in nominē dñi Dei noſtri lo
cutus eſt ad nos. Propterea ſic dixerat pſaltes*, in Deo fa- *107.
ciemus uirtutē, & ipſe ad nihilū deducet tribulātes nos.
Qui uerus meſsias cū eieciſſet dæmoniū acriter torquētē
mutū, iuſſumq; deinde loqui, ac peſsimas admirātiū intel
lexiſſet cogitationes, qđ diuinitati ꝓpriū eſt, ſic locutus
eſt iuxta Euāngeliſtā Lucā*, oē Regnū in ſeipſum diuiſū *cap. 11. Mar.
deſolabitur; & domus ſupra domū cadet, ſi aūt & Satanas c. 2. & 1 Reg.
in ſeipſum diuiſus eſt, quō ſtabit Regnū eius? quia dicitis cap. 16.
in Beelzebub me eijcere dæmonia: Si autē in Beelzebub
eijcio dæmonia, filij ueſtri in quo eijciunt? ideo ipſi iu-
dices ueſtri erūt; porrò ſi in digito Dei eijcio dæmonia,
profectò peruenit in uos Regnū Dei: & hic eſt magnus ille
Propheta Deo penitus ſimilis, de quo ita loquitur quin-
tus Moyſi liber*, Prophetā de gēte tua, & de fratrib⁹ tuis, *cap. 18.
ſicut me ſuſcitabit tibi dñs Deus tuus: ipſū audies. Nec
propterea mirū fuit ſi, ab alto cœlo demiſſus, fecerat ſe fi
liū Dei, qđ fuit in cā ut morti fuiſſet traditus, de quo ita
meminit Ioānes*, hebræos loquētes īducēs, de bono ope
nō lapidam⁹ te, ſed de blaſphemia, & qa tu hō cū ſis, facis *cap. 10. & c.
teipſū Deū. cui nēpè à mūdi cōſtitutione eius pr̄ Deus, 19.
uirtutes, filiationē, atq; oīmodā poteſtatis plenitudinē ꝑ
ſtiterat, de quo ita pſaltes*, dñs dixit ad me filius meus es
tu, ego hodie genui te; poſtula à me & dabo tibi gētes hæ *5
reditatē tuā, & poſſeſsionē tuā terminos terræ: reges eos
in uirga ferrea, & tāquā uas figuli cōfringes eos. & ſubdit
Oſeas*, ſicut mane trāſiit, ꝑtrāſijt Rex Iſrael, qa puer Iſrael *c. 11. & Dan.
dilexi eū, & ex Aegypto uocaui filiū meū. quā adhuc com cap 7.
probamus ſententiam de aduentu Meſsiæ, quo cuncta fuē
re expurgata peccata quod ad æternam, quæ antea fuerat
perditionem, quam illi per quemuis aduentum abne-
gant, ſibi perſuadentes uerum, fruſtra, adhuc expecta-

tum meſsiam peccata mortis non expurgaturum, ſed reſtituendos eſſe in regnum & terram ſuam per eundem: ex uerbis eiuſdem domini, ut refert Moyſes in quinto libro, * cap. 12. *quo loci prædixerat nullum deinceps ullo tempore, eidem Moyſi, fore ſimilem, & ſi quis inter populum fuerit propheta, tantum ſe illi apparituruin in uiſione, aut per ſomnium; & denique longe diuerſo modo, ac familiaritate, qua uſus fuerat cum Moyſe, cæteros allocuturum Prophetas. ne igitur (quod abſit) uideremur incuſare Deum mendacio, qui & in hanc tutiſsimam ſpem adduxerat nos iuxta librum Numeri, * cap. 23. *dicēs non eſt Deus quaſi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur: oportet neceſſario fateri dominum Deum, per prædicta, non aliter ſibi noluiſſe, neque fuiſſe locutum, quàm de unigenito ſuo, quem Ieſum Chriſtum dicimus; qui neque in parabolis neque per ſomnium, uiſionemve, aut per ænigmata apparuit ulli: ſed palam cunctis uidentibus in forma manſueti hominis magna comitāte caterua: quã ſaluã fecit à morte, ex noua, quam euangelicam legem appellamus, & ſanguine ſuo in cruce ſparſo, de quo Iſaias, * cap. 42. *& legem eius inſulæ expectabunt. Proptereaque ſic fatur Euangeliſta Ioannes * cap. 5. *, ſcrutamini ſcripturas, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Hinc fit, ut, ſi fieri poſſet, quicunque ſub nomine futuri meſsiæ ab eis expectatus indubitatè, ueniens, conſtitueret ſe filium Dei, atq; omniũ peccatorũ remiſſorē: quæ ut refert Euangeliſta Lucas * cap. 5. *, iure optimo potuit remittere, ac remittebat: non aduertentes dominum mandaſſe ut eum audirent, & quicquid præciperet executioni demandarent. quorum cæcitatem optimè perſcrutatus, ſic fatur iuxta eundem Iſaiam * cap. 11. & c. 3. & c. 53. *, & aſcendet ſicut uirgultũ corã eo: & ſicut radix de terra ſitienti, non eſt ſpecies ei, neque decor & uidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſsimum uirorum, uirum dolorum & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus uultus eius, & deſpectus, unde nec reputauimus eũ, uerè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, &

nos

nos putauimus eũ quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum, ipſe uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, atteritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. in quam eandem ſententiam flectitur uates in pſalterio*, & ait, & non audiuit populus meus uocem meam, & Iſrael nõ intendit mihi: & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adiuentionibus ſuis. * 80.

Cuius meſsiæ aduentus ex ſacrorum, ſiue ſanctorum hominum innumeris miraculis adhuc non improbatur; inſuperq; ex potentiſsimorum Imperatorum tyrrãnide, qui fidem eius nedum impedire aduerſus ſimplicium, ac ſapientum innumeram turbam conuerſam, ſed pœnitus eradicare fuerant conati; qui tamen corporali uita contempta, per crudeliſsima tormentorum uaria genera, cruciari, & inuictam maluere tenere patientiam; de quibus ſic fatur Paulus ad Ebræos*, alij ludibria & verbera experti ſunt, inſup & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ; in quorũ prorſus libera poteſtate fuerat ea euitare, & exinde præmia, & terrena multa conſequi dona. quis autem tam impudens & fatuus eſt, qui incultam domini uineã. atq; mille & quingentis & tot annis aberrantem permanſiſſe audeat affirmare? cuius idem dominus habuit ſemp particularem curam, atque exactiſsimam adhibuit diligentiam ne pereat, quoſq; uoluit creatos ad ſempiternã ſuam gloriam, noſtriq; ſingulare ſolatium, iuxta Iſaiam*, dicens quid eſt quod debui ultra facere vineæ meæ, & nõ feci ei? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas? propterea gens hebræa ſibi ipſi adſcribat, quæ huic ſeruituti ultroſe offert, nulla venturi meſsiæ ſpe relicta, quam certo ſciant fore perpetuam ſeruitutem; niſi agnoſcant regem ſuum, illumq; ſumma pietate colant & uenerentur, vnde pſaltes*, oſculamini, inquit, filium

* cap. 11.

* cap. 5.

* 2.

ne

ne fortè iraſcatur & pereatis de via.

Priuata uero pœnitentia eſt illa, quam dupliciter conſideramus, appellamusq; aut ſacramentalem, aut non ſacramentalem.

Pœnitentia priuata, ac non ſacramentalis eſt ea, quę cõſueuit tripliciter conſiderari: primo ex deſtructione eius rei, quæ antea fuerat facta, & ita ſibi voluit dominus iux-

* cap. 6. ta primum Pentateuchi*, dicens pœnitet me hominem feciſſe, hoc eſt faciam actum, per quem me pœnituiſſe videbor. Secundo modo conſideratur pœnitentia, vt ſi nõ fiat id quod conceptum fuerat in animo, vt traditur exemplum in Niniuitis barbarica gente, quibus etiam curam habet dominus, quam, vt refert Iona Propheta, dominus ipſe decreuerat ſubuertere, vna cum ipſa Niniue ciuitate, niſi & cum brutis triduo ieiunaſſent; ſicut & legimus conuocatas fuiſſe omnes gentes ad faciendum phaſe, & vt fruerentur decimis; quo ſic facto, mutauit ſententiam.

Tertio conſideratur pœnitentia pro diminutione rerũ

* c. 5. in fin. cum duobus ſequen. promiſſarum, ſicut legimus in eodem primo libro*, dominum feciſſe, qui humanæ carni pollicitum tempus annorum centum & viginti, diminuit, illud redigens ad annos centum, propter negligentiam gentis, ceſſantis exorare dominum, qui miſericordia vti ſemper eſt paratus, qua & mundum voluit creatum, eumdemq; ducit & ſuſtinet in genere & in ſpetie. Secundo loco ducit mundũ per Iudicium. Tertio ducit illum per Iuſtitiam, quæ dicitur miſericordia & Iudicium mixtè. Per miſericordiam dominus ducit mundum, aut maximum, qua vniuerſam machinam & globum digeſsit; aut magnum, qua creauit humanam carnem; aut paruum mundum, habita ratione ad priuatos homines; vel potius mundus maximus eſt S. Trinitatis quo fuerat ab æterno; magnus, quo magnũ globum digeſsit; paruus uero, quo creauit homines, qui non

* cap 1. nouerunt filium, vnde Euangeliſta Ioannes*, in mundo erat Ieſus; & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum

* 25. & 103. non cognouit. & dixerat pſaltes*, reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarum tuarum, quæ a

ſeculo

ſeculo ſunt. & cuius natus ſapiens ſequitur in puerbiis*, a cap. 15.
tu autem, inquit, Deus noſter ſuauis & verus es, patiẽs &
in miſericordia diſponens omnia. Priuatos autem homi-
nes ducit & in ſpecie ambulantes in vijs rectis ex ſimplici
miſericordia, quam omnibus gratis pollicetur, de qua
ita fatur Propheta Ezechielis*, idcirco vnumquenque iu a c. 18. & ca.
xta vias ſuas iudicabo domus Iſrael dicit dominus Deus. 24.
in quam rem, iuxta tertium Regum*, in hæc verba fuerat a cap. 3.
affatus Salomonem prædictum, poſtula quod uis vt dem
tibi, qui ſic illi reſpondit, tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid
patre meo miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in
conſpectu tuo in veritate, & iuſtitia, & recto corde tecũ,
cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti ei
filium ſedentem ſuper thronum eius ſicut eſt hodie.

Per Iudicium ſecundo loco, quaſi per æqui ab iniquo
ſeparationem, quod ad pœnas impiorum ac ſeueritatem
ſpectat, idem ducitur homo atq; adiudicatur in extermi
nium ac æternam perditionem. vnde Iſaias*, videbitis & a cap. 66.
gaudebit cor veſtrũ, & oſſa veſtra, quaſi herba germina-
bũt, & cognoſcetur manus domini ſeruis eius, & indigna
bitur inimicis ſuis, quia ecce dominus in igne veniet, &
quaſi turbo quadrigæ eius reddere in indignatione furo-
rem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis, quia
in igne dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem
carnem, quod & magnum domini iudicium appellari cõ
ſueuit, ac illud exerceri propter magnos, grauesq; homi
num exceſſus, vnde pſaltes*, cognoſcetur dominus iudi- a 9.
cia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus
eſt peccator; quæ quatuor numero in veteri lege reperta
legimus, & recenſet Ezechielis*, quod & ſi quatuor peſ- a c 14. & quar
ſima mea iudicia, gladium, & famem, & beſtias malas, & tus Regũ ca.
peſtilentiã immiſero in Ieruſalẽ vt interficiã de ea homi 17. & quartus
nẽ & pecus, & ſeq. in quã ſniam antea collegerat Moyſes Eſd c 14.
in quinto lib.* dicẽs ſi acuero vt fulgur gladiũ meũ, & ar a. 32. & c. 11.
ripuerit iudiciũ man' mea, reddã vltionẽ hoſtib' meis, &
his q oderunt me retribuã, inebriabo ſagittas meas ſãgui
ne, & gladius meus deuorabit carnes, & hæc eſt vltio ea q

tertia-

teritabat Dauidem, qui propterea in hunc modum exora
* 143. uit dominũ in pſalterio*, non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens; quaſi dixerit, ſi me uoces in iudicium domine, de uitaq; ac moribus quæſtionem exerceas nulla miſericordia ſeueritatẽ iuris mitigante, nulla prorſus oſtenditur mihi ſpes ad ſalutem; qui adhuc in hanc ſententiam
* 119. ita fuerat locutus*, â iudicijs enim tuis timui.

Per iuſtitiam tertio loco paruus mundus ſiue homo ducitur â Deo, ac ſuſtinetur, quam mixtè miſericordiam & iudicium diximus, cum non ea graui indignatione, quâ exercet iudicium, vindicet peccatores, nec intendat perdere eos; hinc fit vt antequam terribilia ſua iudicia exequatur, imprimis & ante omnia conſueſcat exhibere futuri iudicij aliquam ſpetiem ad correctionem â recta iuſtitia aberrantium; propterea ſic fatur per ora Pro-
* c. 46. & ca. 48. phetæ Iſaiæ*, ego ſum Deus, & non eſt ultra Deus, nec eſt ſimilis mei, annuncians ab exordio nouiſsima, & ab initio quæ nondum facta ſunt; ſubditq;, priora ex nunc annunciaui & ex ore meo exierunt, & audita feci ea, repente operatus ſum, & venerunt; ſciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea; antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres idola mea fecerunt hæc, & ſculptilia mea, & conflatilia mandauerũt
* c. 1. & ſecũ do Reg. c. 14. iſta. & huic adijce librum ſapientię*, docuiſti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iuſtũ eſſe & humanum, & bonæ ſpei feciſti filios tuos iudicans das locum peccatis pœnitentiæ, qui propterea demiſit Angelum ſuum Moyſen, quem nuntium elegerat, familiariterq; alloqueretur, & in uirtute virgæ illũ Pharaoni legaret, quò populum Iſrael ad ſacrificandum dimitteret, vt refert liber Exodus; quò loci miſit deinde ranarum copiam magnam; ciniphes, muſcarum ingens per campos agmen, & cætera id genus dimiſit, quibus perſpiceret futurum bellum; mors primogenitorum, ad quos ſacerdotium, Regnũ, duplicia fercula, nec non ad patris dexterã ſedere fuerat datum, & cætera ſpectabant; totius regni fu-

turam

turam perditionem innuerat. ſicut & eidem Pharaoni te nebræ magnæ factæ prędixerant vna cum toto periturum exercitu;atque(aquis obrutum)in inferno ſepeliendum; quia ex hiſtoria Iob*, Inferni proprium eſt obſcuritas. q̃ & iuxta Euangeliſtam Marcum*,per mortem domini no ſtri Ieſu Chriſti, in vniuerſa terra facta eſt,innuens gentē ſanctam Iſrael, ex eo tanto facinore ē regno expellendā, ac propter huiuſmodi cordis duritiam,quæ noluit fateri ſaluatorem, in inferno fore ſepeliendam. nec dubitatur harum rerum effectus,præcedentibus ſignis ac indicijs,ſi miles ſemper eſſe,ex aquarum enim putredine, quæ & in eodē fuerat loco facta, ſignificabatur interitus in aquis; quæ,quamuis inter quatuor peſsima iudicia non fuerint relatæ, nihilominus arguunt indubitatam domini indignationem,quæ nempè ſunt vnum ex peſsimis iudicijs,ſi cut eſt ignis;nanque dominus volens eradicare ac delere omnem pœnitus ſibi rebellem carnem humanam, anteā mandauit conſtrui per manum Noe arcam terribilem, quæ poſſet capere totam eius familiam, vt colligit Moyſes in primo libr.*,& vniuerſi generis munda animalia cū volatilibus cœli maſculis & fœminis ſeptennis & ſeptennis; nec non immunda animalia bina,maſculum & fœminam;quibus ita peractis, dominus miſit aquas,quibus de leta eſt uniuerſa caro. nec non antequā immitteret ignē aduerſus Sodomam, & Gomorrham, demiſit Angelos ſuos, ut illud notum facerent Lot, vtq; ipſum eximerent ab igne cum vniuerſa domo ſua ac generibus,ſi quos haberet, quod totum vniuerſæ ciuitati,quę eis abuti inſteterat, notū fuerat; quibus inde diſceſsis cū domo Lot, vt colligit idem Moyſes in eodem primo libro*, immiſſus eſt ignis de Cęlo,ac ſubuerſæ fuere ciuitates;ſicq;,vt nuper eſt relatum,veniet dominus in igne ad generale, ira concitatus,reddendum vniuerſis iudicium. At quia humanum eſt peccare, nec quiſquam reperitur ſub cœlo, q̃ faciat bonū,& non peccet,inquit ſapiens in prouerbijs*; Qua de re (ne temerè dijudicemus) minimè ſic abſolutè credendum eſt,vt quælibet aduerſa fortuna homini contingens

* c.15.& c.10
* c.15.& Matthę.ca.27.
* ca.16.cum ſeq.
* cap.19.
* c.20 & Ecleſiaſtes.c.7.

tingens dijudicetur domini peſsimum iudicium; poteſt ea nempè aut tentatio; aut paterna correctio; aut & tertio peſsimum domini iudicium dijudicari iuxta qualitatem infortunij, atque rerum ſucceſſus, ut nuper exempla retulimus. Dominus mandat aut permittit aliquem

* cap. 12. tētari, qui acceptus ei eſt; unde dixerat Angelus Tobiæ*, quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te; nec non permiſit tentari Iob à dæmone, quia ſibi fuerat acceptus; quod ſi libenter & æquo ſufferatur ani-

* cap. 10. mo, cum; iuxta Paulum primo Corinthiorum*, dominus non patiatur quemquam tentari ſupra id quod poteſt ſuſtinere; ſolet afferre multa commoda; propterea eodem loci ait Angelus Tobiæ, & nunc miſit me dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmone liberarem; eidemq́; Iob, vt refert eius hiſtoria, dominus duplicauit facultates, quas abſtulerat dæmon. ſicq́; legitur in primo

* cap. 22. Pentat.* dominum tentaſſe Abraam, cui dixerat, tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres in holocauſtum eum; cuius monitis obtemperare exiſtenti parato, ſubdit dominus dicens, nō extendas manū tuā ſuper puerū, neq; facias illi quicquam, nunc cognoui qđ timeas dominum, qui poſtremo ſubſequitur, per memetipſum iuraui, quia feciſti hanc rē, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me; benedicā tibi, & multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas cœli & reliqua. nec tantum ſpetiales & priuatos homines tētationi voluit dominus eſſe ſubiectos, ſed etiam ſub vno corpore vniuerſum populum Iſrael; qui paſſus eſt ſitim in deſerto; cuiq; in dies pluit manna ad quotidianum victum, præter Sabbatum, quia in præcedenti die fuerat eā duplicare iuſſus; huic proculdubio tentationi ſubiectus ut addubitaret ne quādoq; māna deficeret; ꝑpea fame pe

* ca. 16. & in Deuter. c. 13. riret; nā ita refert Moyſes in ſecūdo*, eccè ego pluam vobis panes de cęlo, egredietur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege an nō: quibus murmurantibus, ac petentibus carnes, dominus eſt indignatus. & vt oſtēdit Moyſes in quar-

to*, dedit carnes ad ſaturitatẽ, quæ patebāt in dentibus, quorũ propterea magno percuſſo numero, locus ille fuit nuncupatus ſepulcra concupiſcentiæ, cum illud incommodi tẽtationis ferre noluiſſent. Paterna vero correctio viſitatio eſt, quam ælegantiſsimè poſtulauerat à domino Iſaias*, dicens corripe me domine verumtamen in iudicio, & nõ in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me, effunde indignationem tuã ſuper gentes, quæ non cognouerunt te; quaſi dicat, quia ego te verum & vnicum mihi optimum refugium veneror domine ac obſeruo (tametſi inter peccatores & eos qui tranſgrediuntur mandata tua connumerer & ego) corripe me, quæſo, ea paterna dilectione, qua excitare, corrigereve ſoles eos, qui te verum Deum profitentur; & in hanc eamdem rem ita locutus fuerat ſapiens in prouerbijs*, fili diſciplinam domini ne abijcias, nec deficias cum ab eo corriperis, quem enim diligit dominus corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi; vnde iuxta quintum librum*, in hunc modum dixerat Moyſes, ſicut erudiuit filium ſuum homo, ita dominus erudiuit te. Hinc, ſumpta occaſione, facili negotio rectè poterit dignoſci vtrum magnus terræmotus Ferrariæ factus anno à Natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, die vero decimaſeptima menſis Nouembris, dijudicandus ſit peſsimũ domini iudicium; Aut tentatio: aut paterna correctio; ꝓptereaq; quorſum fieri conſueuerit, aut factus uideatur; cum multæ ac variæ ſint ſcribentium ſententiæ videlicet Philoſophorum. Aſtrologorum. ac Theologorum.

* cap. 11.

* cap. 10.

* c. 3. Iob. c. 5

* cap 8.

Philoſophi in hanc flectuntur ſententiam motum fieri ex loci ac temporis qualitate, ꝓp reſtrictum ventum, & in concauitatibus, ac centro terræ violenter detentum: qui exiens, ſicuti naturali eſt ſibi inſitũ iure, infert huiuſmodi vim terræ per eam partẽ, quæ debilior reperitur; quorum, iuxta Chryſoſtomum Iauelum Epitome meteorologorum libro quinto, effectus ſunt nouem.

Motus ſubuerſiuus eſt ĩ ordine primus, vt exẽplũ traditur in Niniue ciuitate magna: quã, vt legitˀ apud Ionã Pro

 phetam,

phetam, Deus ſubuertendam mandauerat, niſi cuncti inhabitantes in ea homines vna cum brutis triduo ieiunaſſent.

Motus Diuiſiuus eſt ſecundus.

Motus perforatiuus tertius eſt, quem in hæc verba refert Propheta Zacharias*, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntq; viui in infernum operti humo. & dixerat pſaltes*, non me demergat tempeſtas aquæ, neq; abſorbeat me profundum, neque vrgueat ſuper me puteus os ſuum.

* c. 5. & Numeri. ca. 16. & c. 26.

* 69. Exod. c. 15.

Motus agitatiuus per eumdem in ordine quarto refertur.

Motus Titubatiuus.

Motus Ruinoſus.

Motus Repulſiuus.

Motus eleuationis & depreſsionis.

Motus vectionis eſt in ordine nonus & vltimus, quos nō dubitamus ex veteri lege fuiſſe ſelectos, de quibus ita meminit Iſaias*, & erit qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam, & qui ſe explicabitur de fouea, tenebitur laqueo, quia cateractæ de excelſis apertæ ſunt, & concutientur fundamenta terræ; confractione confringetur terra; contritione conterretur terra; commotione cō mouebitur terra; agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis, & grauabit eam iniquitas ſua, & corruet & non adijciet vltra vt reſurgat.

* cap. 24. Iob. ca. 9.

Aſtrologi, quaſi aſtra perpendentes, cuncta ea, quæ ſub cœlo contingunt, à ſuperioribus ſtellis ac fatis prouenire ſibi perſuadent, indeq; ſumere cauſam: nempè repugnantia aduerſus diuinam maieſtatem, quoties in hunc modum, ac aduerſus eam quam fecimus in primo decalogo diſtinctionem, diſpoſitiuè uaticinantur: qua de re fit, vt ad omnem huius ſcientiæ comperiendam ueritatem, ælementorum, cœlorum, nec non & ſtellarum omnium naturam diſcutere nitantur, quæ ſecundum ipſos ſolent

proſpera nunciare ac aduerſa iuxta inuicem coniunctionem in quibuſdam occurrentibus aſpectibus, quos perfectæ amicitiæ, imperfectæve inimicitię aſpectus dixere.

Theologi minimè improbant terræmotus modum, quo, ex Philoſophorum ſententia prorumpit & exit; negant autem hæc fieri per accidens, nihilque aliud ſibi uelle, quam, ſic proruptum, aeris ac terræ deinde intemperiem producere conſueuiſſe; quorum ſcientia quã uis nihil aliud ſit niſi (ut ait Plato) bonum & inuentum Deorum: nihilominus, ex Paulo ad Romanos*, Philoſophi ratiocinando qualem qualem Dei cognitionem tantum ſunt aſſecuti, quia non Deum, ſicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & ſerpentium, & reliqua de quibus ita fatus erat pſaltes, * uir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. ſubditque Eccleſiaſtes *, & appoſui cor meum ut ſcirem ſapientiam, & intelligerem diſcenſionem quę uerſatur in terra, eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis, & intellexi quod omnium operum Dei nullam poſsit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt ſub ſole, & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet, etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire. hincq; ſubdit liber ſapientiæ, * uani ſunt omnes homines, in quibus non eſt ſcientia Dei: & de ijs, quæ uidentur bona non potuerunt intelligere eum qui eſt & ſeq. Propterea Theologorum recipientes ſententiã ita dicamus. Aut ſumimus terræmotum mixtum iræ ac indignationi per expreſſa uerba: uel prouenientem cum fulgore aut igne, aut aqua, ſiue ante euentum ac factum terræmotum: ſiue poſtquam factus eſt. Aut ipſum ſumimus in ſua ſimplici eſſentia, quam ſic intelligimus quando ab omni ſupradictarum indignationum ſpecie remotus

* cap. 1.

* 91.

* cap. 8.

* cap. 13.

tus prouenerit. Primo caſu terręmotus manifeſtam domi ni indignationem ac iudicium peſsimum arguit, occaſio ne nempè grauium populi delictorum: unde ita loquitur Iſaias*, à domino exercituum uiſitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & uoce magna turbinis & tempe-ſtatis, & flamma ignis ardentis. & meminit ſecundus Regum*, commota eſt & contremuit terra, fundamen-ta montium concuſſa ſunt & conquaſſata, quoniam ira-tus eſt eis, aſcendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius uorauit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo, & inclina uit cælos, & deſcendit caligo ſub pedibus eius. Quibus adijciẽdum illud oportet quod recẽſet quartus Eſdræ*, quando uidebitur, inquit, in ſeculo motio locorum & populorum turbatio tunc intelliges quoniam de his erat altiſsimus locutus à diebus qui fuerant ante te ab initio, ſicut enim quod factum eſt in ſeculo initium habet; pa-riter & conſumationem, & conſumatio eſt manifeſta; ſic & altiſsimi tempora initia habent manifeſta in prodi-gijs & uirtutibus & conſumationes in actu & ſignis. & hanc ſequitur ſententiam euangeliſta Lucas*, cum au-tem audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri, oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis, tunc dice-bat illis, ſurget gens cõtra gẽtẽ. & regnũ aduerſus regnũ; & terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ & fa-mes, terroresq́ue de cælo, & ſigna magna: in quem locum ita fatur Diuus Gregorius, quia neceſſe eſt vt alia è cœlo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patia-mur; ſurget gens contra gentem, ecce locorum pertur-batio; erunt terræmotus magni per loca, ecce reſpectus iræ deſuper; erunt peſtilentiæ, ecce inæqualitates tempo rum: erunt fames, ecce ſterilitas terræ: eruntq́ue de cœ-lo tempeſtates, ecce inæqualitas aeris. refert enim Sil-ua uariæ lectionis*, paulò antequam fuiſſet capta urbs Conſtantinopolitana à Maumeto Turcharum Rege, an-no milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ter-tio menſe Maij ſub Federico Imperatore, factos fuiſ-ſe terræmotus magnos, proueniſſeq́ue peſtilentias, atque

incendia

* c. 24. & c. 29
* c. 22. Naũ. cap. 1.
* cap. 9.
* cap. 21.
* 1. parte. cap. 11. ſic & Amos cap. 1.

incendia quæ magna in Arſenali ac terræmotus magni Venetijs præceſſere paulo antequam eiſdem motum fuiſſet bellum ab ipſo Rege Turcharum, quod ex effectu ipſo deinde ſubſequente, & iactura graui illata perſonarum, atque etiam amiſsi Regni Cyprij, arguitur præceſsiſſe ab ira ac indignatione domini; neq; dubitãdũ eſt, per ea quę refert Iſaias*, cum ante aduentũ domini cum magna poteſtate ad dijudicandã omnem humanã carnem, uiuos & mortuos, ex ſupradicto Euangeliſta prædicta fiant, atque terræmotus magni; quin ex ira, indignationeq; idẽ dominus Ieſus Chriſtus uenturus ſit reddere ipſam indignationem omni carni propter facinora ſua. Secundo uero caſu ſi ſumimus terræmotũ in ſola ac ſimplici ſua eſſentia, tũc neceſſe eſt fateri proueniſſe ex diuerſa cauſa, quàm ex ira ac indignatione dñi; uiſitationẽ uerò, ac placidum quendam domini aſpectum proculdubio eſſe; ſicuti faciunt nimia dilectione patres, qui particularem filiorum curam habentes, in hunc placidum modum tuentur in eos, quaſi filiali, aut paterna correctione præmonere parati; quorũ cõſueuit ſemper benignè accipi aſpectus lõgèq;, ſicut domini aſpectus, ab indignatione aut ira remotus. Nam quando dominus creauit cœlũ, & terrã, mare, pecudes, & omnẽ deniq; globũ digeſsit, potuit nẽpè ſolo uerbo, fiat, cuncta ea perfeciſſe: ſed eo ſic naturaliter ſemper operatus eſt, ac dicta & facta eo modo dici, atq; fieri uoluit, ut in uſus noſtros eſſent uindicanda, qui doceremur in cunctis operibus noſtris ordine eſſe progrediendum, priuſque mente omnia eſſe concipienda, deindeque oculis eſſe ſubijcienda, ea maximè quæ non carent corpore, ad hoc ut maturè ac rectius expediantur. Propterea uoluit creatam lucem primo loco, innuẽs nobis ſine luce, quaſi auxilio domini antea nõ implorato, aut ſine ea luce, quã idem dominus nobis creatã uoluit, ut operemur manibus, nihil agi rectè poſſe, aut ab opere pœnitus eſſe deſiſtendum: ſucceſsiueque ſpatio ſex dierum cętera perfecit innuens maturè perfici cuncta temporis interuallo, ad noſtri utilitatem ac neceſſarium commodum;

* cap. fin.

propterea finxit ſe hominem, habentem humani corpo-
ris membra operaturque in forma irati, aut placidi homi
nis, ad hoc ut omnia dicta aut facta ſua rectius ac apertius
per nos dignoſcantur: nam innuens uires hominis, ac
totum robur in brachio & manu perſiſtere: ſic loqui-
ca.6.cũ ſeq. tur ad Moyſen iuxta ſecundum Pentateuchi, nunc ui-
debis quę facturus ſum Pharaoni, per manũ enim fortem
dimittet eos & eruam de ſeruitute, ac redimam in bra-
chio excelſo & iudicijs magnis. Finxit ſe humanam uo-
cem habere, ad hoc ut terreamur edocti quando fuerit
45. iratus, unde pſaltes, conturbatæ ſunt gentes & inclinata
ſunt regna, dedit uocem ſuam & profluxa eſt terra, quaſi
comminuta. Finxit ſuper equos aſcendere, ut legitur a-
cap. 3. pud prophetam Habacuc, ne fortè fatuè crederemus lon
gè à nobis eſſe, quaſi manus eius ad placitum ſuum non
tangat nos: propterea & fingit pedes habere ac deambu-
lare, ut etiam doceamur illarum rerum fore peruigiles,
quarum nobis fuerit commiſſa cuſtodia: & ſi quid tur-
pe per miniſtros commiſſum intellexerimus, illud cau-
ſæ cognitione præcedente, citatione deinde ſubſequen-
te, ordine iudiciario diffiniri oportere: ut colligit Moy-
ſes in primo libro quo loci cũ Adamus primus homo co-
gnouiſſet ſe nudum, & ab originali iuſtitia, perpetrato
facinore, pœnitus exutum: audiſſetque uocem domini
deambulantis in paradiſo ad aurã poſt meridiẽ, abſcõdit
ſe & uxor à facie domini, qui uocans eum dixit, ubi es?
Fingit necnon faciem ſe habere, quem tamẽ mortalium
nullus uidere poteſt, niſi tamen fictè per ſuos Angelos,
legatorum nomine ac officio fungentes, quam rem ap-
pellamus quandam familiaritatẽ, quo pacto exponitur id
cap. 32. quod Moyſes colligit in primo Pentateuchi, inducens Ia
cob uidiſſe dominũ facie ad faciẽ: in quẽ modũ idẽ Moy-
cap.33.& c. Moyſes.8 q.1 ſes in ſecundo eiuſdẽ Pentateuchi, refert ſe eumdẽ uidiſ
ſe facie ad faciẽ, quod eſt familiariter & ſicut ſolet homo
amicũ ſuũ alloqui: qui propterea ait ad eum, oſtende mi
hi gloriam tuã, & reſpondit dominus, ego oſtendam om
ne bonum tibi, & uocabor in nomine domini coram te,
&

& miſerebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi
placuerit; ſubditque, non poteris uidere faciem meam;
non enim uidebit me homo & uiuet. Cum igitur omnes
filij Dei nominemur & ſimus, ut ſæpius demonſtratum
eſt, non ambigitur patris aſpectum conſueuiſſe capi in
optimam partem: de quo ita pſaltes*, innuens magna be * 35.
nignitate, ac placido aſpectu dominum intueri homines,
fatur, domine quando reſpicies? reſtitue animam meam
à malignitate eorum, à Leonibus unicam meam. Sepiuſ-
que ex diuerſis locis hoc idem legitur collectum per eũ-
dem pſaltem*, Reſpexiſti afflictionem meam oculi do- * 31. 80. 67.
mini ſuper iuſtos, & aures eius in præces eorum. Deus mi & 25 & 11. &
ſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet uultum ſuũ Eccleſi. ca. 2.
ſuper nos. Reſpice in me & miſerere mei; Quoniam iu- & in prouer.
ſtus dominus iuſtitias diligit, rectum aſpicit uultus eius. cap. 4.
Subditque idem pſaltes*, & ait quomodo miſeretur pa- * 103.
ter filiorum miſertus eſt dominus timentibus ſe. & præ-
dixerat Moyſes in quinto libro*, quia ſicut erudiuit fi- * cap. 8.
lium ſuum homo, ſic dominus Deus tuus erudiuit te, ut
cuſtodias mandata domini Dei tui; & refertur in ſecun-
do Regum* ſuo loci ait Nathan Propheta ad Dauidem * cap. 8.
pro Salomone filio ſucceſſuro in Regno, ego ero ei in pa
trem, & ipſe erit mihi in filium, qui ſi iniquè aliquid
geſſerit arguam eum in uirga uirorum & in plagis filiorũ
hominũ: propterea ſic dixerat idem pſaltes*; uirga tua * 23.
& baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Nam cum, ut ait
Paulus ad Romanos*, traditio legis fuerit populi bene- * 3. & ſeq.
ficium, amoris ac dilectionis manifeſtiſsimũ ſignũ; quod
& apertius demonſtratur ex primi ſtatus noſtri ante le-
gẽ, a ſubſequenti Sub lege ſtatu differentia; legaturque
in ipſa legis traditione factum eſſe terræmotum; nec quic
quam indignationis ſigni fuiſſe prolatum, nõ dubitamus
capiendum eſſe in optimam partem, & ceulari à paterna
dilectione; unde ita loquitur pſaltes*, mota eſt terra ete * 68. & 114.
nim cœli diſtillauerũt à facie Dei ſinai, à facie Dei Iſrael.
inſuperque omnis tremuit terra propter aduentũ dñi no
ſtri Ieſu Chriſti, qui fuerat præſens, & cuius facies cun-

ctis patebat; necnon & propter eiuſdem reſurrectionem tremuit ipſa terra, quibus rebus aduenerat lex cum omni plenitudine poteſtatis, utque ſignificaretur quantum myſterij fuiſſet ipſa reſurrectio, qua nēpè à morte reſurreximus ad uitam. quibus adijce in hæc uerba, Aggæū*, quia hæc dicit dominus exercituū, adhuc unum modicū eſt, & ego cōmouebo cœlum, & terram, & mare, & aridā, & mouebo omnes gentes, & ueniet deſideratus gentibus, & implebo domum iſtam gloria & reliqua. ad quam corroborandam ſententiam adiice Euangeliſtam Matthæum*, ueſpere autem ſabbati, quæ luceſsit in prima ſabbati, uenit Maria Magdalenæ, & altera Maria uidere ſepulcrum, & ecce terræmotus factus eſt magnus. qui nedum, cum per aſpectum & præſentiam domini proueniat, ab omni indignatione longe diuerſus eſt, imo apertiſsimè cōprobatur conſueuiſſe præbere exaltationē, & gratiæ augumentum. Propterea ſic ait pſaltes*, Commouiſti terram, & confregiſti eam, ſana contritiones eius, quia commota eſt, oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos uino compunctionis: dediſti metuentibus te ſinum ad extollendum propter ueritatem, ut liberarentur dilecti tui. quotieſcunque autem domini aſpectus pro indignatione ac Ira ſumitur, tunc legitur ſemper expreſſus ac declaratus, necnon dignoſcitur ex effectu; ut in hæc uerba oſtendit ſecundus Regum*, miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea. & ſequitur Ieremias*, poſui enim faciem meam ſuper ciuitatem hanc in malū, & non in bonum, in manu Regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. Poſtremòque ex quinto Moyſi libro*, iratus populo Iſrael ita comminatur, uidit dominus & ad iracundiam cōncitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ, & ait, abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſsima eorū, generatio enim peruerſa eſt & infideles filij. Quibus ſic comprobatis, ſequitur indubitatè credendū, ut terræmotus inclitæ ciuitati Ferrariæ factus, dijudicetur uiſitatio, ac paterna quædam

*cap. 2.
*cap. fin.
*50.
*cap. 7.
*cap. 21.
*cap. 32.

potius correctio, quàm peſsimum iudicium aut indigna-
tio, cum prædictorũ iudiciorũ ſpecies nulla præceſſerit,
aut deinde exhibita appareat: propter eaque cum homi-
num iumentorumque leuiſsima fuerit iactura ſecuta,
quorum apud Ionam*, legimus habitã fuiſſe à domino * cap. 3.
curã: quibus ſalutẽ imprecans pſaltes, ſic ait*, homines * 36.
& iuméta ſaluabis dñe, quàm pretioſa eſt miſericordia
tua. quid autem inter tot, nonnulli homines qui perie-
re? quid inter tot quinque panes ordeacei & duo piſces?
tutè igitur hic populus canere poterit, id quod cecinit
idẽ pſaltes*, Deus noſter refugiũ, & uirtus adiutor in tri * 46.
bulationibus, quę inuenerunt nos nimis; propterea nõ ti
mebimus dũ turbabitur terra, & transferentur mõtes in
cor maris. nihilominus, cũ dubitari nõ oporteat, quin, ex
ea paterna correctione, ac intuitu in hanc Ferrariæ ciuita
tẽ, relictũ expurgandũ aliquid ſuperſit; nõ debẽt aſsiduis
exorare precibus dominũ intermittere, ne promiſsa ue-
nia retractetur per negligentiã, aut peccatũ augeatur; &
hoc eſt quod inquit Apocalypſis*, ſed habeo aduerſũ te * cap. 2.
pauca, quod charitatẽ tuã primã reliquiſti, memor eſto
itaque unde excideris, & age pœnitentiã, & prima opera
fac, ſin autẽ uenio tibi, & mouebo candelabrũ tuũ de lo-
co, niſi pœnitentiã egeris; in quã rẽ ita dixerat pſaltes*, * 51.
propterea Deus deſtruet te in æternũ, tollet te, & euellet
te de tabernaculo, & radicem tuam de terra uiuentium.
Et hęc eſt illa ſacramentalis, & priuata pęnitentia, quæ de
ſcribitur quædã dolentis uindicta puniens in ſe id quod
dolet commiſiſſe*, cuius effectus eſt duplex: alter eſt ſo- * de pœni. diſ. 3. c. pœnitentia eſt.
lutio unius debiti omniũ præcedentium; alter uero eſt
ſequentium exciſio, quia quando peccatum regnat in
homine tunc neceſſe eſt eius obedire concupiſcentijs,
cum procul dubio qui facit peccatum ſeruus ſit pecca-
ti. unde Eccleſiaſticus*, fili peccaſti? non adijcias iterum, * cap. 21. Eze. c. 16. & c. 33.
ſed & de priſtinis deprecare ut tibi dimittantur. Ta-
metſi fateamur dictum fuiſſe Apoſtolis (quorum ui-
cem obtinent ſacerdotes) quorum remiſeritis peccata,
remittentur, & quorum retinueritis retenta ſunt,

unde ipſo iure uideantur in ipſa promotione aſſequi abſolutam omniũ retinendi aut dimittendi peccata facultatẽ; nihilominus attenta eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti ſpeciali autoritate præſtita Petro, cui ſoli dixit, paſce oues meas, & tu es Petrus & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam, decretum eſt per ſummos ſubſequentes paſtores, nullum ſacerdotali dignitate præfulgẽtẽ in ipſa promotione ſibi idoneũ uideri ad iſtius curæ, ac imponendæ pœnitentiæ munus, quin in ipſa promotione obtinuerit curã; vel per competentem iudicẽ, quẽ regulariter declarauit Epiſcopum fore, eius arbitrio, ad examen fuerit receptus, indeq; ordinis atque iuriſdictionis poteſtatem recipiat*, qui & ea ratione in ſignum ſupremi imperij, & quia res ipſa ſolet altiorem requirere indaginem, vti totius eccleſiæ caput, reſeruarunt ſibi nõnullos caſus, quos papales caſus diximus, à quibus Epiſcopi, & cæteri per conſequens inferiores iudices iuſsi ſunt abſtinere; ne ſub nimia indulgentiæ ſpe, ad perpetranda facinora procliuiores reddantur peccatores*. quã ſucceſſiuè ratione, Epiſcopi, intra limites ſibi per pontifices deſcriptos (exercentes iuriſdictionem) ex caſibus ſibi cõpetentibus nonnullos ſpecialiter retentos voluere, quos appellamus Epiſcopales caſus, à quibus minores paſtores, quos ſimplices ſacerdotes dicimus iuſsi ſunt abſtinere, hac regula contenti vt, quicunque caſus non fuerint papales, nec non Epiſcopales, cæteri ſibi competant, abſoluendiq; ius cẽſeatur eſſe laxatum: nam cum Moyſes ſederet defeſſus, vt idem refert in ſecundo libro*, cognatus ſuus arguebat eum dicens, non bonam rem facis, ultra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea atque conſilia, & erit dominus tecum, eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas q̃ dicuntur ad eũ, oſtendaſq; populo cerimonias & ritũ colẽdi, viamq; p quã ingredi debeant, & opus quod facere debeant, prouide aũt de omni plebe uiros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & centuriones

& quin-

* gl. in ca 1. uerbo à iure, extrauag. cõ. de ſepul. Abb. in c. extirpandæ. §. quia uero. de præbẽ. ex cõc. Trid. de reformat. ſeſsio. 23. ca. 15.

* c. ut clericorũ. de uita & hon. cle. Spe. tit. de diſpenſatio. §. nunc de epiſcoporũ. nu. 28. li. 1

* cap. 18.

& quinquagennos, & decanos qui iudicent populum om ni tempore, quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantum modo iudicent, leuiſq; ſit tibi partitio in alios onere. quod & recenſet in quinto libro*, ſe in hunc modum executũ eſſe, & difficiles caſus, ac altiorẽ indaginem requirentes ſibi ea ratione, atque in ſignũ ſup premi iudicij, voluiſſe reſeruatos. qua de re, etiam ſi legatus de latere conſecutus fuerit ampliſsimam omnium pontificalium caſuum diſpenſandi facultatem; nihilominus cum quid ardui accidere contingat, illud oportet ad ſummum referre pontificem. ſic & legimus dominum ſibi retinuiſſe multos caſus, quos noluit nobis datos eſſe præſcire, minuſq; diffinire; nullibi enim legitur quenquã poſſe præſtitutam mortis diem præſcire, vnde iuxta Matthæum*, de die & hora (inquit) nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus pater, vigilate ergo quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. ſibiq; iniurias vlciſcendi cauſam voluit reſeruatã, de qua Paulus ad Romanos*, non voſmetipſos defendentes chariſsimi, ſed date locum iræ, ſcriptum eſt enim, mihi vindictã & ego retribuã. quã tamen ob nimiam dilectionem voluit vnigenito ſuo Ieſu Chriſto delegatam; in quem ita vaticinatur Dauid in ſecũ do Regum*, viuit dominus & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus fortis ſalutis meę, Deus qui das vindictas mihi, & deijcis populos ſub me, qui educis me ab ini micis meis, à reſiſtentibus mihi eleuas me, à viro iniquo liberabis me. ruſuſq; ita fatur in pſalterio*, accingere gladio tuo ſuper fœmur tuũ potentiſsimè. propterea hebraica gens non eſt auſa comprehendere ipſum; qui, vt in quit Euangeliſta Marcus*, cum introiſſet in templum cœ pit eijcere de templo vendentes & emẽtes, & menſas nu mulariorum & cathedras vendẽtium columbas euertit, & non ſinebat vt quiſquam transferret per templum. ꝓpterea nulli dubium eſt iſtam flagellandi actionem pertinuiſſe ad ſuppremam iudicij poteſtatem; necnon ex eo argumentum ferè neceſſarium ſumi, quod idem fuerit verus meſsias, cum illorum nullus auſus eſſet eum reprehendere;

* cap. 6.
* cap. 24.
* c 12. Deut. cap. 32.
* cap. 22.
* 44.

hendere,ſed omnes vnanimes fugam arripuerint, nec in lege ſcriptum legatur, quemquam prophetarum vllo tẽpore fuiſſe auſum hoc,in templo maximè,genus vindictæ in facinoſos homines exercere. hincq; pontificialium caſuum cognitio dupliciter contingit. Aut tacitè. aut ſpetialiter & expreſsè.quando ex aliqua ſpetiali cauſa pontifex ſibi ſeruat caſum in corpore iuris expreſſum, in ſignum ſupremi magiſtratus & Imperij per ſpetialia & expreſſa verba,tunc caſus dicitur papalis ſpetialiter expreſſus, vt exemplum traditur in alienatione eccleſiaſticarũ rerum,quam legimus inconſulto pontifice expreſsè,vltrà triennium fieri non poſſe*; nec non & iuxta ſubſequentes verſus exempli gratia;Reſtituit Papa ſolus,deponit & ipſe.Articulos ſoluit, ſynodumq; facit generalem. Trãſfert & mutat,appellat nullus ab ipſo.Diuidit ac vnit, eximit atque probat*. Tacitè vero ſpetiales ſummo paſtori reſeruati caſus ij ſunt, quorum verba ſonant excommunicationis latam ſententiam per verba præteriti temporis,in hunc modum, excommunicationis vinculo ſubiaceat, vel decernimus excommunicationi ſubiacere*. differentiæ autem ea fuit ratio,quia in generali ipſius ſummi paſtoris conceſsione, omnes pontificales caſus tacitè in prædictum modum reſeruati,indiſtinctè comprehenduntur. Secus vero eſt in caſibus ſpetialiter ac expreſsè in ſignum ſuppremi iuriſdictionis & Imperij reſeruatis; quorum, propter rei ac negotij magnitudinem, ac ſupra commemoratas cauſas, quæ non viget ratio in caſibus tacitè reſeruatis, in delegatione ipſa eſt ſpetialis mentio facienda. Epiſcopales vero caſus appellamus eos, qui nullam Epiſcopo legem imponunt, quaſi iure ipſo ex eiuſdem Epiſcopi ordinaria poteſtate uideantur eſſe conceſsi; quod euenit quotieſcunq; canonis verba non ſunt latæ ſententiæ, aut tacitè, ſiuè expreſsè non fuerint pontifici reſeruati;qua de re caſum hunc Epiſcopalem non dubitamus, quo clerici portantes arma excommunicetur*; quia per tempus futurum prolatus eſt, videlicet monitione præcedente, ſicuti oratio iſta, excom-

* c.1. extrauа. com.de rebus eccle.nõ alie.

* gl. in c.qđ translationẽ. de off.leg.& c. ut debitus. in fi. de appel.& c 3.extrauag. cómu. de pœ.

* c.ſi quis ſuadent,ubi glo. 17 q.4.& in c. cupientes §. cæterũ.de ele. in 6.& in ca. unico. de his quæ fiũt à pl.

* ca.clerici el 1. de uita & honeſ. cleric.

communicatus ſit, anathema ſit; vel iſtud uerbum priuetur, vel puniatur huius naturæ eſt ut non dijudicetur canon latæ ſententiæ*; quo fit vt eum arma portantem condemnare nequeat, niſi monitione, ac cauſæ cognitione præcedente, vel, præter ea, apparente manifeſta contumacia aut rebellione, prout idem iuris eſt in cæteris omnibus ad eumdem Epiſcopum pertinentibus caſibus*.

Cæteros autem caſus, quos in decretaliũ libris, ex ſupra deducta ac tradita regula, ad ipſos Epiſcopos pertinere legimus, ex eorũ indulgentia ad placitũ, nec aliter, ad minores paſtores, quos ſacerdotes appellamus, proculdubio ſpectare non dubitamus; quorum nulla proptere a firma regula dari, aut conſtitui poteſt; qua de re dicitur, quemlibet confeſſorem ab excõicatione abſoluere, non autem quemlibet ſacerdotem*; cũ à mera & abſoluta Epiſcopi volũtate, atq; delegatione cuncti dependeãt caſus; ſicuti ad placitũ ſummi põtificis tradita eſt Epiſcopaliũ caſuũ regula. Hinc tribus modis æterna pœnia, omniumq; facinorum abſolutam conſequimur ueniam. Primo ex confeſsione facta Deo, quæ dicitur contritio, ex qua omnis deletur culpa; de qua pſaltes*, delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi; dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. qui & ſubdit*, cor contritũ & humiliatũ Deus non deſpicies; quæ intellige confeſsionis ſacramentalis ſuppoſito voto. Secũdo modo ea p̃cedẽte cõtritione, ueniã cõſequimur pp vices dñi Apoſtolis delegatas, nẽpè gñrali ſermone, quorũ remiſeritis, remiſſa ſunt; vnde pęnã in alio expurgandam ſecuto, in hoc pręſenti ſeculo expurgant, ex generali aut particulari his inferioribus iudicibus à ſũmo põtifice abſoluẽdi conceſſa facultate; ad quẽ, eiuſve poſteros ac ſucceſſores oẽs iure ppetuo dictũ legimus, paſce oues meas, & quodcũq; ſolueris ſup terrã erit ſolutũ & ĩ cęlo. quẽ p culpã primo loco expurgãdorũ criminũ modũ, deindeq; per ſubſequentẽ ſatisfactionem ac pęnã, traditum

legi-

* gl. in c. ſi quis ex clericis. de uita & hon. cle. Spec. tit. de lega. §. nunc oſtẽdẽdum nu. 3. cũ ſeq. & c. in pœnis. de reg iu in 6.

* c. cũ quibus. 24 q. 3. Arch. in ca. licet canon de ele. in 6.

* c. nuper. de ſenten excõ.

* 31.

* 50.

* ca. 32. & de pœ.diſt 7.ca. nullus expe-ctet.

legimus per Moyſen in ſecundo libro*, quo orante, cum populo Iſrael iratus eſſet dominus propter vituli confectionem, prorſus fuit ei omnis culpa remiſſa; pęnam uero infligendam & pœnitus expurgandam ſibi alias reſeruauit; propterea ibidem ſic locutus eſt, ego in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum, unde ex eodem ac alijs criminibus, quod iterum commiſſum aggrauatũ eſt, detenti fuere captiui annis ſeptuaginta ſub Rege Babylonis Nabuchodonoſore; poſtremoq; legitur in ſecũdo Regum*, Dauidem Regem poſt ſuam cõtritionem, cũ adulterium, deindeq; homicidiũ perpetraſſet in Vriã & Bethſabeæ eiuſdem Vriæ vxorem; ſtatim contritum, conuerſum fuiſſe ad dominum, dicẽtẽ Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuã & reliqua, & à crimine culpæ immunem fuiſſe factum; nihilominus vt ibidẽ demonſtratur, dominum Deum ademiſſe ei filium in grauẽ pęnam; propterea nec non eidem dediſſe trium electionem; qui ſibi elegit peſtem, quaſi manu domini ſolius, cuius magna eſt miſericordia, cum quo & mitius agitur, q̃ cum homine, maluiſſet criminis dare pęnam; nam bella, & fames, quod tertium fuerat, ſunt in manu hominum, q̃ non ita proni ſunt ad miſericordiam; vnde dixit dominus Angelo percutienti peſte populum, ſufficit; nunc contine manum tuam. Tertio & ultimo modo indubitatam ac perfectiſsimam omnium delictorum veniam conſequimur quod ad pœnam & culpam inſimul oraculo ſummi pontificis, propter generalem ſibi conceſſam adminiſtrationem, ſuppoſita tamen mortalium criminum confeſſione, quod duplici modo executioni demandat; primo aut ex particularis, aut priuati hominis inſtãtis remiſsione; ſecundo ex generali omnium cunctis fidelibus peccatorum remiſsione ad placitum ipſius ſummi paſtoris, quod hebraicè appellatur iubileus, latinè uero annus remiſſionis, quo clangebant tubæ, cuncta diſſoluebantur debita, ac ad cunctos antiquos & veteres dominos antiqua reuertebatur poſſeſsio; inſuperq; priſtinæ ſeruitutes anno quinquageſimo, domini expreſſo mandato, in priſtinam

* c. 12. & c. ſ.

condi-

conditionem & ſtatum reuertebantur, de quibus in hæc verba meminit tertius Moyſi *, ſanctificabisquè annum quinquageſimum & vocabis remiſsionem cunctis habitatoribus terræ tuæ ipſe eſt enim iubilæus, reuertetur homo ad poſſesſionem ſuam, & vnuſquiſque rediet ad familiam pristinam, quia iubilæus eſt & quinquageſimus annus; non ſeretis, neque metetis ſponte in agro naſcentia, & primitias vindemiæ non colligetis ob ſanctificationem iubilæi, ſed ſtatim ablata comedetis anno iubilæi redient omnia ad poſſesſiones ſuas; quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, ſed iuxta numerum annorum iubilæi emes ab eo, & iuxta ſupputationem frugum vendet tibi; quanto plures anni remanſerint poſt iubilæum, tanto creſcet & prætium; & quanto minus temporis numeraueris, tanto minus & emptio conſtabit. Sicuti enim ueteres induebant ſe eo tempore nouis poſſeſsionibus & excurijs (quamuis terrænisque omnia in figura contingebant) ſic cuncti fideles monentur ut, per hunc ſummi paſtoris iubilæum, noua prorſus creatura efficiantur; atque ex eo veteribus peccatis exuti, agnoſcant Chriſtum ſaluatorem. primum ſummi pontifices, poſt primum paſtorem Petrum, hunc traxere iubilæū ad annos centum exhibendum. at hominis facta breuiore vita, Clemens ſextus Pontifex maximus reſtituit hęc curricula ad priſtinos annos quinquaginta, incipienda ſub anno milleſimo tercenteſimo quinquageſimo, perpetuiſque deinceps temporibus in annos quinquaginta duratura; quò ſecundum naturalem hominis curſum, cuncti fideles eo potiri valerent. demum, cum illud in figura contigiſſet, ſummus Pontifex Paulus ſecundus, abundantiori volens charitate vti, vt fidelium animæ tutiores ex eo exiſterent, redactum voluit in annos vigintiquinque finiendum, qui, vt cunctis innotuit initium ſumpſit anno à Chriſto nato milleſimo quingēteſimo quinquageſimo ſub Iulio tertio Pontifice maximo *, cuius non ambigitur virtute omnem pœnitus in altero ſeculo expur-

* ca. 25. & Numerus. ca. fin. Ezec. c. 46.

* unigenitus. de pœnit. & remiſſio.

gandam tolli pœnam; quæ ad eiuſdem ſummi pontificis placitum in alios ſatisfactorios actus in hoc præſenti commutatur ſeculo; & licet pænitentis confeſſio domino Deo facta, quam diximus contritionē, qua tollitur culpa, tanta poſsit eſſe vt imediatè, vel ante lapſū moriturus, ſtatim pertranſeat ad cæleſtia regna, induaturq; omni plenitudine, quā gratis dñs pollicetur, exemplo pendentis latronis in cruce, memento mei dñe cum ueneris in regnum, qui ſic illi reſpondit, amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiſo; nihilominus quia fragiles homines, grauitate facinoris conſiderata, adhuc poſſent de propria ſubdubitare ſalute, vt legitur Cain feciſſe; ad abundantiorem cautelam, per hoc ſalutare remedium, ſummus Pontifex eos certos reddit; atq; de ſalute, ac pmijs æternis indubitatos*. At quia peccatum adeo quandoq; regnat in homine ut, oī fraterna correctione ſpreta ſuis obediat concupiſcentijs, ppea à fidelium cœtu & cōſortio neceſſario expellēdus eſt, iuxta eum quem tradit modum & ritū Euāngeliſta Matthæus*, dicens ſi aūt peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eū inter te & ipſum ſolū, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum, ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnū vel duos; vt in ore duorū vel triū ſtet omne verbū, qđ ſi non audierit eos, dic eccleſiæ, ſi autem eccleſiā non audierit ſit tibi ſicut æthnicus & publicanus. quo moniti exēplo ſacri canones in hūc uindicādi induxere pœnā, quā excōicationem appellamus, quaſi extra hominū cōſortiū expulſionē; quā in hæc verba ſequitur Paulus in ſecūdo ad Corinthios*, qđ ſi quis non obedierit uerbo noſtro per epiſtolam hunc notate, & non communicetis cum eo vt confundatur; rurſuſq; ſic loquitur, iam iudicaui vt præſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis uobis & meo ſpiritu, cū virtute domini noſtri ieſu Chriſti tradere huiuſmodi ſatanæ in interitū carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti, non eſt bona gloriatio veſtra; neſcitis quia modicum frumentum totam maſſam corrumpit, & hi ſunt

* c.1. ubi glo. magna extranag. cōmu. de pœn & remiſ. Fely. in Trac. de Indul. numer. 5.

* cap. 18.

* ca. 3 & c. 5.

ſunt, de quibus ſæpius mentionem fecimus, quos dominus, Deus mandauit de terra reijciendos, neque cũ eis fœdus & coniugia ſocianda eſſe, ne inducerent eos ad peccandũ. legitur enim apud Ioſue*, dominum ipſum mandaſſe populo Iſrael ciuitatem Ierico obſidenti, ne eā capta uſurparent quicquam de anathemate, ſed illud totũ dicarent domino: qui cum mandata eius neglexiſſent, graui vulnere percuſſi fuere ab hoſtibus ſuis, & propterea præcanti Ioſue, dominus reſpondit, ſurge cur iaces pronus in terra; peccauit Iſrael, & præuaricatus eſt pactum meum, tuleruntq; de anathemate, & furati ſunt, atq; mentiti, & abſcōnderunt inter vaſa ſua, nec potuit Iſrael ante hoſtes ſuos ſtare, eoſque fugiet, qui pollutus eſt anathemate, nec ero vltra vobiſcum donec conteratis eum qui huius ſceleris reus eſt, ſurge ſanctifica populum & dic eis ſanctificamini in craſtinum, hęc enim dicit dominus Deus Iſrael, anathema in medio tui eſt Iſrael, neq; poteris ſtare coram hoſtibus donec deleatur ex te qui hoc cōtaminatus eſt ſcelere; qui fuerat Achan, quem Ioſue iuſſit lapidari, & cuncta quæ illius erant igne conſumi, ſuper quem congregatus eſt aceruus magnus lapidum, qui adhuc permanet, & ceſſauit furor domini. Excommunicatio igitur eſt cenſura à canone, vel iudice eccleſiaſtico ex diuina lege deducta, priuans legitima ſacramentorũ cōione, ac fideliũ conſortio†, cuius quatuor ſunt modi diſtincti. primus eſt quando per receſſũ à conſortio Dei mortali crimine peccamus. Secundus eſt modus quando ex imperfecta contritione (quam dicimus attritionem) cōſilio ſacerdotis abſtinemus à perceptione Euchariſtię. tertius eſt modus quando cũ excōmunicato maiori excōmunicatione ſcienter participamus. quartus eſt modus quando vinculo maioris excōicationis quis ſubijcitur, quæ eſt propria excōmunicatio dupliciter contingens, aut ab homine, aut à Iure. ea ab homine excōicatio eſt, quam cōpetens Eccleſiaſticus iudex per ſolēnē quendam modũ profert, quæ propterea anathema dicitur conſueta proferri adhibito ſono cāpanæ, ac cādelarũ ſolemnitate,

* cap. 7. & in Deutero ca. 7 in fine.

† 11 q. 3 c. nemo Epiſcoporum.

adhoc ut tunc eo populo magis innoteſcat totius crimi-
nis & facti qualitas occaſione enormioris delicti; quàm
in alia maiori tamen excommunicatione, quę nō dicitur
3.q.3.c.ſi.Io. anathema*, quam Octauianus Veſtrius in praxi ſua, ſic ex
And.in c.pia- hiberi conſueuiſſe deſcribit. Reus monetur in executo-
num: 14. de rialibus ad omnes iudices directis, vt quotieſcunque
excep.in 6.& pro inſtantis parte fuerint requiſiti infra ſex dierum ſpa
c fœlicis. de tium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, &
pœnit. in 6. duos pro tertio peremptorio termino, eis aſsignat, debeat
conuentum reum Apoſtolica autoritate monuiſſe quate-
nus infra triginta dierum ſpatium poſt huiuſmodi moni
tionem, quorum decem pro primo, decem pro ſecundo,
& decem pro tertio peremptorio termino, ac monitione
canonica præfigit, debeat omnibus & ſingulis in ſenten-
tia contentis parere; quo elapſo termino, ſi ſupradictis
parere recuſauerit præcipit, vt eumdem publicè denun-
cient excommunicatum; & ſi excommunicationem ip-
ſam ſuſtinuerit per decem dies eadem cēſura reiteratur
& aggrauatur ſolemniter compulſatis campanis, extin-
ctis candelis, in maledictioniſque ſignum in terram pro-
iectis; ſin verò per alios decem dies prædicta ſuſtinuerit
reus, tunc aggrauatur cenſura, necnon omnibus Chriſti
fidelibus, familiaribus conſanguineis, affinibus, ſeruien-
tibuſque cum prędicto excommunicato ſub eiſdem cen-
ſuris & pœnis interdicitur comercium; at ſi huiuſmodi
grauamen vlterius per alios decem dies ſuſtinuerit, tunc
omnes & ſingulas ciuitates, caſtra, oppida, villas & loca,
eccleſiaſtica collegia, eccleſias, nec ne omnes ſub quibus
& ad quas iidem ſic præmoniti degunt, & peruenerint,
quamdiu ibi fuerint, eccleſiaſtico ſupponantur interdi-
cto: ſin verò huiuſmodi interdictū ſuſtinuerit idem reus,
tunc inuocatur brachij ſecularis auxilium, vt poſt hæc ca
piantur mobilia, deinde immobilia, vltimo loco deueni
tur ad iura & nomina. Excommunicatio à iure ea ve-
ro eſt in quam abſque vllo hominis facto incidimus,
vt quoties ipſo iure canon facit executionem, per uer-
ba videlicet præteriti temporis, ut nuper eſt dictum; quo
caſu

caſu abſolutio ſpectat ſemper ad ſummum pontificem, ex ea vulgari regula, nihil tam naturale eſt, quàm vnum quodque eo iure diſſoluere quo colligatum eſt, niſi in mortis articulo*. propterea legatus à latere habens ampliſsimas in omnem caſum diſpenſandi facultates, conſequitur facultatem abſoluendi eum, qui iniecerit manum in clericos, & inciderit in canonem latæ ſententiæ; abſoluendi uerò ius excommunicatum nominatim à Papa minimè conſequitur, ex quauis generali conceſſa facultate, niſi ſpetialiter ſibi concedatur*. inſuperque differentię excommunicationis à iure, & ab homine ea fuit ratio, quia ſi aduerſus beneficiatum clericum proferatur ab homine, ſtatim & immediatè poſt ipſam excommunicationem prolatam, beneficia vacant; ſed ſi proferatur a iure quamuis ſemper vigeat in viridi obſeruantia, nihilominus adhuc requiritur declaratoria ſententia, ac à poſſesſione beneficij amotio, quo fit vt poſt crimen commiſſum, idem clericus posſit interim renunciare cui velit in fauorem, ſi regulariter is modus in curia renunciandi fuerit in vſu*. Degradatio alia eſt non leuis canonica mulcta, quæ adhuc fieri conſueuit propter grauitatem criminis; quæ tamen non tendit directe ad perditionem animæ, vt excommunicatio; de qua meminit primus Regum*, quo loci Rex Saul rebellis domino, cuius iuſſa non fuerat executus, mandante ipſo domino degradatus eſt, ac regno priuatus, quam dicimus verbalem degradationem; nihil, iuxta Bertachinum in tractatu ſuo de poteſtate Epiſcopi*, à depoſitione differentem, niſi quia depoſitio eſt priuatio ab officio & beneficio abſque ſolemnitate, necnon à dignitate & honoribus verbis tantum: quæ & fieri ſolet depoſitio ſolemniter. Degradatio vero eſt priuilegiorum & ſacrorum ordinum ſolemniter amotio ob crimen atrox facta, quā ſolus loci Epiſcopus, Abbatibus, & cæteris pręlatis, religioſis & literatis ſuæ diœceſis perſonis pręſentibus, perficere ſolet, ſeculari curię perpetuo mancipandū carceri tradēs clericū, vel vltimo ſupplicio depu-

* 11 q 3. c. cū aliquis vbi gl. 1. & ī c. paſto ralis §. ꝑpea de offi. uica. & c. 1. de reg. iur.
* Arch. in c. coſqui. de ſē. excō. in 6. & ī c qm̄ multos. & in c. ad mē ſā. 11. q. 3. Ancha in cle. ſu mus de ſent. excom.
* c. cū ſecūm. de hęre in 6. & c licet Epiſcop de pb. ī 6. Gomeſ in Reg cācel. de ſubrog colli tig q. 7. & de anna. poſſeſ. q. 42. Ferratius caut. 44 nu. 15.
* octaua ꝑte quarti lib. §. aggredimur. de degrad. Epiſc. Archi. in d. c. qđ q dā nu. 18.

Guind. ſal. tract. de hære. quæſt. 19.

deputandum*; & ſimilem legimus in veteri lege degradationem & ſolemnem aduerſus Aaron magnum ſacerdotē propter peccatum contradictionis ad aquas; vnde dominus ita mandauit Moyſi in quarto Pentateuchi*, tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor, cumque nudaueris patrem ueſte ſua, indues ea Eleazarū filiū eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi; & fecit Moyſes ut præceperat dominus. Irregularitas alia eſt canonica mulcta; quæ deſcribit nota ſiue impedimentū canonicum ex facto ſiue defectu proueniens, quo quis ad eccleſiaſticos ordines promoueri, & in eiſdem promotus uerſari prohibetur, ab in dicta quod eſt ſine, quaſi ſine omnium communi uiuendi regula; dum diximus, notam; illud referas ad infamiam; dum verò impedimentum, illud referas ad naturam; ad infamiam factum quoque refertur, quia quicquid infamiæ patimur, id prouenire non poteſt niſi ex facto & conſenſu noſtro; quamuis, vt refert Nicolaus plotij tractatu ſuo de Irregularitate*, nequeat tradi regula firma ad dignoſcendum irregularitatis caſus. Siue defectu proueniens, quæ aut à natura, aut euentu prouenit; à natura prouenit irregularitas, quia ad ſacerdotalem, vel clericalem potius in ſacris dignitatem nullus admittitur, quin ex legitimo fuerit matrimonio conceptus; nec non & reprobatur quicunque fuerit membro debilitatus: aut in quauis corporis parte apparenti, deformitatem patiatur: quod ita docuit tertius Pentateuchi*, locutuſq; eſt dominus ad Moyſen dicens, loquere ad Aaron, homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculā, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo vel grandi, vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lipus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel hernioſus. & ſubdit in quinto quem dicimus Deuteronomium*, non intrabit Eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſo veretro Eccleſiam domini uſque ad decimam generationem. quia verò ex tradita in primordio operis regula, hæc

* cap. 20.

* & Abb in c. latores. & in c. fin. de cler. excō. miniſt.

* cap. 21.

* cap. 23.

hæc ad cærimonialia ſpectant, dictaque fateamur neceſſe eſt in figura, ne mortali crimine polluti ingrediantur templū domini; ſancta Romana Eccleſia ea qua fungitur pontificali autoritate, declarauit in eum caſum quem dici irregularem; qui adeo fuerit deformis, aut abſque populi ſcandalo ſacerdotali officio fungi nequeat; vel defectus Natalium, quaſi corruptionem ac immunditiam patris, matriſve attraxerit, patiatur; proptereaque non dubitamus irritam non fieri ſummi pontificis diſpenſationem*. Euentu autem contingit irregularitas, vt propter homicidium; nam cum, vt legitur in primo Paralipomenon*, rex Dauid cogitaſſet ædificare domum, in qua reponeretur arca domini, omniaque ad eam conficiendam neceſſaria paraſſet; Deus reſiſtit ei in hunc modum, propter homicidium Vriæ, dicens; non ædificabis domum nomini meo, eo quod ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis.

*ca. i. de per ro tum. de corp. uitia.

*cap. 28. & l. diſt. c. ſolicitudo. gl. in c. at ſi cle. ic, uerbo, diſpēſare de iudic.

Interdictum non longè diſcrepans à præcedenti nota, eſt necnon Eccleſiaſtica cēſura, qua interdicitur aliquod officium competens Eccleſiaſticæ perſonæ; de quo Moyſes in quinto libro*, ſi fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra clauſtra, & non reuertetur priuſquam ad ueſperam lauetur aqua, & poſt ſolis occasū regredietur in caſtra; cui accedat tertius eiuſdem liber*, qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus, & qui tetigerit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus eſt ſordidus, immundus erit uſque ad ueſperum, & non veſcetur de his, quę ſanctificata ſunt. ex ea enim cauſa, ne indignaretur dominus, ad quem accedebant vt reſponſa ſumerent in eccleſia; ad quatuor templi fores cuſtodiendas præpoſiti fuere cuſtodes & Ianitores, de quibus fuimus locuti, ne mulieres ingrederentur, quidve inhoneſti committeretur in templo. vnde dicitur duplex interdictum. alterum hominum alterum vero locorum. Hominum interdictū aut eſt generale, aut ſpeciale, aut particulare. Generale illud appellamus, quod ſolius pontificis oraculo, quaſi

*cap. 23 & c. ſicut. de iureiur.

*cap. 22.

ore

ore diuino præbetur, quod exhiberi conſueuit aduerſus Regnum, aut ciuitatem, vel Caſtrum ſiue villam, eoque hominum generale interdictũ appellatur, quia receſsis hominibus è loco ipſo interdicto, ceſſat interdictum; in eum nempè modum, quia quilibet populus non interdictus poteſt impunè eodem loci ſacra facere, audireve per eiuſdem interdicti loci clericos, quos noluere ſacræ leges interdicto hominum contineri, niſi de eis ſpecialis fuerit mentio facta*. Speciale illud dicitur vt quando vniuerſitas, aut collegium fuerit interdicto ſubditum; quo caſu illius loci ſingulæ perſonæ & etiã clerici interdicto ſubiacebunt. hincque eligitur differentia inter excommunicationem, & interdictum; quia populus interdicitur; minimè autem excõmunicatur, nè fortè innocentes & paruulos excõmunicari cõtingeret; ea inſuper ratione, quia excõmunicatio ligat animã, quæ ſub vniuerſitatis nomine minimè venit*. Particulare verò interdictũ illud appellatur, vt quotieſcunque ſpetialis ac particularis perſona, ſiue tacitè, ſiue expreſſo & diſtincto nomine fuerit interdicto ſubiecta. Interdictum locorum pariter quoque in Generale, ſpetiale, particulareque diſtinguitur. Nam id dixere Generale quando Regnũ aut prouincia, nulla hominum habita mentione, fuerit interdicta*. Spetiale illud appellatur quando capella, aut quæuis particularis eccleſia huic fuerit interdicto ſubdita; quó caſu neque homines eumdẽ inhabitantes locũ, neq; extranei poterunt ibidem audire ſacra. clerici autẽ poterunt ſacra facere abſque ſono campanæ hominibus interdictis excluſis; cui exceptioni accede diem natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſdéq; reſurrectionis diem, pentecoſtis, atque aſſumptionis beatæ Mariæ virginis diem, quo tempore tanguntur cãpanæ, atque eccleſiarũ aperiuntur portæ; excluſo nẽpè ſemper eo, qui dederit cauſam interdicto; adhuc in quolibet interdicto confertur baptiſma, chriſma, necnon & præbetur ſanctiſsimũ Ieſu Chriſti corpus, & ſponſarum fit benedictio*. quarum prædictarum rerum omnium ſubſequente inobedientia, effectus eſt

*ca ſi ſniã & c præ'enti de ſent. excõ. i 6.

*c. Romana. deſerit. excõ. in 6. Fel. in c. cautè de reſcriptis.

*Abb. in c cũ in partibus de uerb. ſig. Fel. in c. ſanè el 2. nu. 3. de offi. dele. & c. petiſti. de priuil.

*Anch. í cle ex frequẽtib de ſent. excó. & í cle grauis nu 3. & Abb. in c qđ inte. nu. x de pœni. & remiſ. in c. nó eſt n 8. de ſpóſ. & matri. Cald. ítit. de eccle. interd. q. 53.

ex-

excommunicatio, niſi tamen in omnem caſum & euentum arguatur probabilis ignorantia, quæ ſemper & indubitatè arguitur & præſumitur in eo, qui prædicta ex officio ſcire tenetur, quia creditur ipſum magis peccare per contemptum, quàm ex obliuione ac ſimplicitate, quæ alias eſt toleranda. Suſpenſio alia inſuper eſt canonica mulcta, quæ dicitur nota aduerſus religioſas perſonas directè impoſita, qua interdicitur illis competens officium; de quo ita fatur idem tertius Pentateuchi *, omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias domino, nec panes Deo ſuo; ſicut & ut oſtendit tertius Eſdræ*, quia filij Dalari, filij Tubal, filij Herodaici, ex ſacerdotibus qui ſacerdotio fungebantur inuenti non ſunt, filij Obia, qui acceperat vxorem ex filiabus Phargeleu, & vocati ſunt nomine eius, quorum quæſita eſt generis ſcriptura in prædatura: & non eſt inuenta, prohibiti ſunt ſacerdotio fungi, ac ſacra participare, donec exurgeret pontifex doctus in oſtenſionem & veritatem; nam cum accepiſſent alienigenas in vxores, quas ex libro Leuitici *, accipere ne dum fuerant impediti, ſicut & omnes Iſraelites, ne inducerentur ad earum idolatriæ cultum obſeruandum; ſed neque poterant ducere in vxorem eam, quæ non fuiſſet uirgo, aut vidua alterius leuitæ, aut ſacerdotis; propterea fuerat interdicta eis ſacerdotalis adminiſtratio. quarum biformem eſſe tradidere ſacri canones, alteram à Deo, de qua ſupra; alteram uero ab homine ſuſpenſionem, quæ aut minor, aut maior eſt. Minor ſuſpenſio ea eſt in quam occaſione participationis cum excommunicato quis incurrit verbo, aut literis, aut nuncio, aut oſculo ſcienter in omnem caſum. Maiorem vero tradidere eam eſſe, quæ propter defectum natalium, delictumve, ſiue propter infamiam irrogatur, aut contingit *.

*Le. 21 & c. quærenti. de uerb. ſign.

*cap. 5.

*c. 21. & Eze. c. 44. & ſecun da Eſd. c. 13. in fine.

*c. apoſtolica. 55 diſt. Fel. ſ c. apoſtolica de exceptio.

SACRAMENTA EXHIBERE.

Sacramentum à ſecretis virtutibus deductum legitur, eo quia ſub tegmento rerum corporalium diuina virtus ſalutem operatur*, quo nomine large venit uiſibilis aqua, Monachorum cõſecratio, ac Abbatum benedictio*; necnon & cũcta ea beneficia comprehenduntur ſub hoc nomine ſacramenti, quæ à domino noſtro Ieſu Chriſto per ſuam ſanctiſſimam paſſionem & reſurrectionem nobis dimiſſa non dubitamus, de quo Paulus primo ad Timothęum*, & manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. proprio uero ſumpto vocabulo ſacramentorum nomine ea veniunt, ſine quibus redimi ſalus noſtra nequit, & quæ requirunt Materiam; Idoneum Miniſtrum; & Formam, quibus & ineſt effectus. quorum vel cæterorum ianua primus eſt Baptiſmus; Intinctio aquæ verbo vitæ ſanctificata, vel & ſpiritualis animę regeneratio dicitur; quia per originale peccatum, regeneratur anima, atque in priſtinum gratiæ ac innocentiæ fœdus & ſtatũ reſtituitur; qui à Ioanne Baptiſtá Baptiſmus ætymologatur, cuius primus fuit inuentor per mundã aquã, præcuſſorq; domini Ieſu Chriſti, per quẽ is Baptizandi modus eſt receptus, & iuxta Ioannem*, in hæc verba cunctis indictus, amen amen dico vobis niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poterit introire in regnum cœlorum. & hæc eſt differentia inter dantem, & confirmantem actum, qui nihil operabatur quod ad ſalutem humani generis, prout fuerat Baptiſmus Ioannis, per quem ſpiritus ſancti nulla dabatur infuſio, quaſi in figura venturi Meſſiæ, ſicut & eadem gratia caruit circumciſio in figura facta, atque indicta in ſignum fœderis domini,

* 1.q.1.c.multi.
* gl.in c.detrahe. 1.q. 1. & Auch. in d. c. multi.
* cap. 3. & ad Epheſ.c.3.
* c. 3. & Gaie. in Nat.c.3.& c.maiores. de baptiſ.

mini, de qua ita colligit Moyſes in primo Pentateuchi*, hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te, circumcidetur ex vobis omne maſculinum; & circumcidetis carnem præputij veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & uos, infans octo dierum circumcidetur & reliqua. & in hunc modum ſuperuenturum nobis ſpiritum ſanctum cũ omni plenitudine poteſtatis, ita vaticinatus fuerat Iſaias*, effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam, effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum. & huic accedat Propheta Ezechielis*, effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus veſtris. quibus, necnon infra deducendis rationibus & exemplis, ſacri canones ſelegere triplicem Baptiſmum. Fluminis, de quo fuimus locuti: Sanguinis; & tertium Flaminis. Sanguinis Baptiſmus eſt exemplo innocentum, quos Herodes Rex interfici mandauit ab imatu & infra, cum præſciuiſſet futurum hominem, qui fuerat dominus Ieſus Chriſtus, per quẽ de regno eijceretur. non enim dubitatur (quæ magna eſt miſericordia domini) quin ex ipſo ſparſo ſanguine abluti, abſque alia fidei credulitate ipſo iure baptiſma receperint; de quibus Ieremias*; hæc dicit dominus, vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus & fletus Rachel plorans filios ſuos & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt, hæc dicit dominus quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis; quia eſt merces operi tuo, ait dominus, & reuertentur de terra inimici, & eſt ſpes nouiſſimis tuis, ait dominus, & reuertentur filij tui ad terminos ſuos. Flaminis tertius eſt Baptiſmus; ut exemplum ſumitur de latrone, cum domino Ieſu in cruce pendente, qui quamuis ob multa facinora cruci affixus fuerit; nihilominus propter eximiam fidem ſuam, cum ex intimo corde dixiſſet memento mei domine dum veneris in regnum tuum, atque propter ſubſequentem eiuſdem domini reſponſionem iſtam, hodie mecum eris in paradiſo; in quem lo-

*c.17 & Exo. c.12 & c. non regenerabitur & c. firmiſſimè diſ. 4. de conſec.

*cap. 44.

*cap. 36.

*c. 31. Archi. & c. cathecumini. diſt. 4. de conſec.

cum nihil coinquinatum ingrediatur, de ſalute ac æterna gloria non dubitat vllus. ſicque vt refert Moyſes in primo libro *, Abram credidit Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, qui tamen ſaluus factus eſſet abſque operibus, ſi ea neceſſaria non fuiſſent, neque aut ea efficere potuiſſet per improuisũ casũ; aut dominus non mãdaſſet ſacrificare vnigenitũ ſuum. & ita obuenit Manaſſe, qui in manu Regis Babylonis coãguſtatus cõuerſus eſt ab idolatria ad Deũ; propterea ex quinto Pentateuchi*, dominus mandauerat populo. vt circumcideret præputium cordis ſui. quod & ſentiens Propheta Ezechielis*, ita loquitur. omnis alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne non ingredietur ſanctuarium meũ. Materia huius ſacramenti eſt aqua munda, ac aquæ nomen ſemper retinens. Quemadmodum enim Deus perdidit mundum propter in vniuerſam terram miſſum diluuium, quo in arca, quam per manum Noe conſtrui mandauit, pauci ſalui permanſere; ita per baptiſmum in nomine Eccleſiæ ex aqua emergentes ſeruantur; emergiturque caro vt ſignificetur illic veterem hominem mori, omne peccatum ablui, atque omne ſepeliri vitium; inſuperque reducimur ex aqua, vt in nouitate vitæ reſurgere ſignificemur, vnde Paulus ad Romanos*, conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ſic nos in nouitate vitæ ambulemus. qui poſtremo primo Corinthiorum*, affirmans mare rubrum baptiſmi ſignaculum fuiſſe in hunc modum loquitur. nolo enim uos ignorare fratres, quia patres veſtri omnes ſub nube fuerunt; & per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, & in nube, & in mari, & adiecit, dicens hæc in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, nempe ſignificans per baptiſmum, diabolum, cuius imaginem geſſit Pharao, nequitiæ ſuæ vires amittere; Pharao enim in ſua nequitia perſiſtens tamdiu reſiſtit donec perqueriret ad aquam, quo cum veniſſet, victus & extinctus eſt cũ exercitu, & cũctis ſequacibus ſuis, ſic ho-

* cap. 15. & c. 23. ad Ro. c. 4. & ſecundo Paralip. c. 23.
* c. 10. & c. 30
* cap. 44.
* cap. 6.
* cap. 10.

die humana voce, diuina poteſtate tamen flagellatur diabolus per exorciſmos, & torquetur, quamuis fallax interim exire ſe & homines dimittere diſsimulans; ſed cum ad aquam ſalutarem & baptiſmi ſanctificationem peruenitur, ſcire omnes debemus illic illum opprimi, dicatúq; hominem Deo, ab omni malo eximi & conſeruari ad placitum ſuum. Forma concipitur in hæc verba. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti amẽ*; nam cum pater correlatiui ſint vna & eadem cum filio eſſentia, ex quibus cum omni plenitudine deſcendit gratia ſancti ſpiritus, quam fatentur omnes nationes, non dubitamus rectius poſſe concipi formam. Miniſter idoneus eſt ſacerdos plebanus, vel ad placitũ eccleſiæ, quæ poteſt alios non plebanos ad id muneris ſubdelegare; ſicuti in caſu extremæ neceſsitatis, dummodo in forma eccleſiæ conſueta, ac baptizandi animo id conficiatur, cum mala intentio efficiat vt opus bonum nihil operetur, quilibet etiam infidelis rectè baptiſma conferre poteſt adultis & infantibus myſteria etiam ignorantibus, ſicuti dominus mandauerat circumcidi infantem octo dierum: quos in eiuſmodi fide natos & educatos perdurare ac cõtinuo aſſentiri præſumimus; & in eam ſententiam ſic ait Paulus primo ad Timothæum*, quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per uerbum Dei & orationem, hęc præponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu. neque legimus dominum mandaſſe circumcidi hominem habita perſonarum induſtria, aut per eccleſiaſticam aut aliam perſonam, ſed imperſonaliter fuiſſe locutum, dixiſſeq;, circumcidetur ex vobis omne maſculinum: ſed cum ſit magnum ſacramentum non dubitamus executioni demandandum eſſe per manus ſacerdotum, vel per quemcunque arbitrio eccleſiæ, ſicuti legimus Simeonem ſacerdotem circumcidiſſe dominũ Ieſum. Effectus igitur huius ſacramenti, longe differens ab effectu circumciſionis, eſt peccatorum remiſsio, quod eſt figuratum; ſicuti enim figura, ſiue umbra corpus præcedit,

* c. 3. de baptiſ. & de cõſe. diſ. 4 c. multi. & c. ꝓpoſitum.

* cap. 4.

cedit, illudq; inſequitur, tanquam creatura creatorem, ita corpus, figuratumve nobilius eſt; de quo Propheta Ioelis*, & emundabo ſanguinem eorum, quem non mũdaueram;uti circumciſio ex lege, ſacramẽtum intrantiũ dicitur*, quaſi in ipſa lege,ac domini inſtituto inſtrui incipiant, atque ſubijciantur.& in hunc modum generalẽ legem ediderat dominus vt oſtendit Moyſes in ſecundo libro*,dicens quod ſi quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domini, circũcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ritè cælebrabit eritq; ſicut indigena terræ.

* cap.ſi.

* c. nulla præter. & c. nihil eſt. dist. 3. de conſecr.

* cap.12.

CONFIRMATIO.

Quam & Græcè chriſma, Latinè uerò unctionem dicimus,in augumẽtum baptiſmalis gratiæ,ad quam ex ea regenerati fideles confirmantur. tametſi omnis originalis macula adeo per baptiſmum remittatur, atq; cætera nobis aduerſa ſic attenuentur, vt ea, niſi rurſus peccato aſſentiamur, minimè nobis nocere poſsint; ſolus nec non baptiſmalis effectus ſufficiens eſſet, ſi poſt illum foret migrandũ, ac per ſe ſaluaret regeneratio mox in pace beati ſeculi recipiendos;tamen,cum poſt tranſitum mare rubrum uaſtum huius mundi deſertum ingredi, atq; cum internis,externiſq; hoſtibus priuſquam ad promiſsionis terram perueniamus, ſine intermiſsione dimicare nos oporteat; nempè carne,mundo,diaboloq;,quorum impetus tantus eſt ut nemo ſecurè glorietur ſe ſine peccato eſſe poſſe,& diabolus continuus artifex tanquam Leo rugiens circueat quærens quem deuoret, ut meritò quis hanc initurus luctã grauiter terreatur,niſi interim agnoſcat Chriſtum,qui carnem domuit,uicit mundũ, & eiuſdem mundi principem eiecit foras; remedium paratum voluit nobis, quibus luctantibus ſubueniamur. Sic enim nobis oſtendit Moyſes in ſecundo libro*, filios Iſrael per

* c.12.cũ ſeq.

per mare rubrum ex Aegypto egreſſos eſſe, & quamplurimis alijs confortatos ſacramentis, uidelicet in expanſione nubis in protectionem ſuam, nec non ignis ut luceret per noctem; uoluiſſeq; dominum Deum eos in deſerto permanere annis duobus, antequã præcepiſſet in terram mitti exploratores; vt eo mannæ confortati ſacramẽto, roborati, & confirmati, uerum eum agnoſcerent dominum, perpetuoq; colerent, ac venerarentur. Materia huius ſacramenti eſt balſamum mixtum oleo, quod & ſanctum chriſma nuncupatur*. forma eſt crucis ſignum in ſumitate frontis, per hæc uerba, ego ſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti amen*. Miniſter idoneus eſt ſolus Epiſcopus loci, nec quiſquam alius abſque eius permiſſione, cum iſtud munus iuriſdictionis ſit*. Effectus autẽ eſt infuſio ſancti ſpiritus in confirmationem, ac corroborationem baptiſmi; proptèrea appellatur ſacramentum pugnantium*; ſi enim populus Iſrael in deſerto adductus, & prædictis confortatus ſacramentis ut ex eis confirmaretur in ea regeneratione, rectè ac pro uiribus pugnaſſet aduerſus dæmonem atq; eos, qui referentes ad terram non dari tutum acceſſum murmurationi dedere cãm, eoque ipſo cõfirmatiõis ſacramẽto munitus fuiſſet; minimè ibidẽ loci annis quadraginta detẽtus eſſet captiuus. quo dominus Ieſus Chriſtus ſacramento cum omni plenitudine à patre fuerat corroboratus; unde pſaltes*, Inueni Dauid ſeruum meum oleo ſancto unxi eum. hoc eſt unctione iſta, ait dominus Deus, eum in fide ſtabiliui ut in perpetuum Dauidis ſemen regnaret, quod eſt Chriſtus Ieſus; in quem in forma columbæ deſcenderat ſanctus ſpiritus, quia, iuxta ſeptiformem ſpiritum ſanctum, ſeptem tribuuntur columbæ proprietates*. Per Baptiſma igitur, ſpiritus ſancti deſcenſio repræſentatur ad habitandum cum Deo patre per unctionem in capite; ſicuti, iuxta Ioannem*, poſtquam idem dominus Ieſus Chriſtus ſpirauerat in Apoſtolos ſuos, ſubdit dicens accipite ſpiritum ſanctum, quorũ re-

miſeritis

* c. 1. de ſacra unc. & de cõſec. diſt. 4. ca. non plures. & c. in babtiſmate & c. monachi.
* de cõſe. diſ. 5. c nunquid. & ca nouiſſimè.
* c quanto. de conſuet.
* de cõſ. diſt. 5. cap. ſpiritus ſanctus.
* 89.
* Abb in c. 1. §. per frontis. de ſacra unct.
* cap. 20.

miſeritis peccata remittuntur eis,& quorum retinueritis retenta ſunt. nam antequam morti traderetur, dedit poteſtatem Apoſtolis ligandi & ſoluendi in cœlo & in terrà,quam ex ipſa inſpiratione confirmatam voluit; atque in formam ignis ardentis, cum complerentur dies pentecoſtes, quibus apparuere linguæ diſpartitæ, & datus eſt ſpiritus ſanctus vt varijs loquerentur linguis; ignis enim, quia pro domino Deo præfiguratur qui ex ardenti rubo apparuit Moyſi,cuiq; in monte Sinai,vt legitur in ſecundo Pentateuchi*, apparuit & locutus eſt de medio ignis; innuit Apoſtolos omni plenitudine gratiæ,prȩditos eſſe, ac dominum ipſum pœnitus induiſſe. nam antea quidem prædicabant, ac eijciebant dæmonia; ſed poſt aſcenſionem eius ad cœlos, quo tempore omnis legis plenitudo ducta eſt ad perfectum, completis diebus pentecoſtis, vt refert Ioannes de Selua in tractatu ſuo Beneficiorũ*, fecerunt omnia cum omni plenitudine poteſtatis, quia igneus ſpiritus ſanctus cũ complerentur dies Pentecoſtes deſcenderat. & hoc eſt quod antea prædixerat propheta Ioelis*,& erit poſt hæc effundam ſpiritũ meũ ſuper omnẽ carnem,& prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & ſubſequitur, ſed & ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis effundã ſpiritũ meum, & dabo prodigia in cælo & terra & ſeq. cui poſtremò apertius in hanc accedat ſententiam vates in pſalterio*, quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos; ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum & vltorem.

* c. 3. & Deut. cap 4.

* q. 4. prima part. nu. 37. & Actu. c. 1. & ſeq. Gaiet in Matthæ. c. 10.

* cap. 2.

* 8.

EVCHARISTIA.

Græcè, Latinè verò ſonat bonã gratiam, continens realiter verũ Ieſu Chriſti corpus in memoriam cruenti ſui in crucis ligno ſparſi, ac propterea tranſitus ſui ex hoc mundo, de quo ita meminit Matthȩus*, bibitæ ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur

* c. 26. & c. cũ Marthæ. de cele miſſa. 1. Corin. cap. 11.

effundetur in remiſſionem peccatorū hoc facite in meā commemorationem. quidnam efficacius eſt ad perfectā indiſſolubilemque concordiam fouendam, quàm quod eccleſia eodem corpore veſcens eumdemq; bibens ſanguinem per eumdem ſpiritum in vnū redigatur corpus, & Chriſto capiti uiuo viua connectatur? eatenuſque hoc ſacramentum cęteris veteris, nouive teſtamenti maius ac excellentius eſt, quòd in alijs ælementum, ſiue exterior ſpecies nullam recipit ſubſtantialem ſpeciei mutationem: neq; enim Baptiſmatis aqua in aliam commutatur naturam, neque ſpiritus ſanctus, quem aqua in Baptiſmo ſignificat abluentem & mundantem. Chriſma vero in confirmatione roborantem & illuminantem, in eiſdem elementis eſſentialiter continetur, quamuis credentibus in myſterio exhibeatur & detur. at ſacramentum ſolum panis & uini potentia verbi diuini ita commutatur vt ſubſtantialiter non ſit quod antea fuerat, ſed quæ ante conſummationem erant panis & vinum, poſt conſecrationem ſint ſubſtantialis caro & ſanguis Ieſu Chriſti. & hi ſunt ex relatis in ſecundo libro Pentateuchi*, propoſitionis panes, quos dominus mandauerat ſuper menſam apponi in conſpectu ſuo ſemper apparituros; quo loci inferius in hunc modum idem dominus alloquitur Moyſen, arietem autem conſecrationis tolles, & coques carnes eius in loco ſancto, quibus veſcetur Aaron & filij eius, panes quoque qui ſunt in caniſtro, in veſtibulo ſanctuarij comedent, ut ſit placabile ſacrificium, & ſanctificentur offerentium manus. ſubditque in quarto libro*, præcipe filijs Iſrael & dices ad eos, oblationem meam, & panes & incenſum odoris ſuauiſſimi offerte per tempora ſua. & hic eſt ille deinceps non in figura, magni & in æternum Dei altiſſimi ſacerdotis ordo Melchiſedech, qui neque principium, neque finem habuit, de quo pſaltes*, dixit dominus domino meo ſede à dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, iurauit dominus & non pęnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

*c. 25. & c. 29 & Leui. c. 8.

*c. 28.

*109. Geneſ. cap. 14.

qui (& talis fuit ordo) protulit corruptibilem domino panem & uinum poſt temporalem & terrenam adeptam victoriam. is vero dominus Ieſus Chriſtus poſt multas huius uitæ ærumnas nobis obtulit ſuperſubſtantialem panem & vinum, quò defatigati eſurientes ac ſitientes refici ualeamus, neque ſitientes, nec deinceps eſurientes. quantus, proh dolor, horũ eſt manifeſtus error atq; cordis duritia, qui de domini potentia, ac panis & vini trãſubſtãtitione temerè auſi ſunt dubitare; quaſi apud Deũ, cui poſsibilia ſunt omnia, videatur fieri non poſſe ut, q ubiq; eſt ſemper, poſsit realiter deſcendere, ingrediq; p modum conuerſionis azimum panem, purum atq; penitus mundiſsimum; qui nempè in immundum, putridũq; corpus humanum ad placitum noſtrum cohabitare non dedignatur. omnes ferè etiam barbaricæ nationes fatentur dominum Deum allocutum eſſe Moyſen in diuerſis terræ locis, ſæpiuſq; in monte Sinai; conſueuiſſeq; intra uelum templi præſertim ſemel in anno fari ad ſacerdotem magnum, eidemq; reſponſa dare; nec eius ſermonis alium potuiſſe fieri capacem; niſi, prout multis apparuit Prophetis, ac hominibus iuſtis, vt docent ſcripturæ. & cũ ubiq; ſit, nonnulli demirantur quòd meritò catholici omnes fateantur, nullatenuſq; dubitent, tranſtuliſſe omnem ſuam virtutem ac potentiam in vnigenitum ſibiq;, præter omnes, dilectum, quem ex carne conceptum voluit, atq; in hunc mundum veniſſe in carne, vt apertius doceremur rectam uiam, potentiam domini, dilectionemq; aduerſus nos, cum pariter ex carne noſtri ſimilem propagatum uoluerit; affigi deniq; in cruce vt moreretur, quò noſtri maior ſignificaretur dilectio, pietas,
* cap. 9. & amor. vnde ſapiens in prouerbijs*, venite & comedite panem meum, & bibite uinum, quod miſcui uobis; nẽpè ſentiens nouam hanc edendam legem; eoq; nouo munere, excellentioriq; cunctas decorandas eſſe nationes, ad generale ac ſolemne conuocat conuiuium. & ita ſibi
cap. 24. voluit ſecundus Pentateuchi *, miſitq; iuuenes de filiis Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque

uicti-

uictimas pacificas domino, uitulos duodecim; tulit itaque Moyſes dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateres, partem autem reſiduam fudit ſuper altare, aſſumenſque uolumen fœderis, legit audiente populo, qui dixerunt, omnia quæ locutus eſt dominus faciemus, & erimus obedientes: ille uero ſumptum ſanguinem aſperſit in populum, & ait, hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit dominus uobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. poſtremoque in hunc modum ſubdit Paulus ad Hebræos*; quæ parabola eſt inſtantis temporis, iuxta quam munera, & hoſtiæ offeruntur, q̃ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis, & in potibus & uariis baptiſmatibus; & iuſtitijs carnis uſque ad tempus correctionis impoſitis; Chriſtus autem aſsiſtens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, ideſt non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Materia igitur eſt panis & uinum, quibus in die cęnæ idem dominus Ieſus Chriſtus uſus eſt. Forma eſt uerborum conceptio, quam oſtendimus in hæc verba, hic eſt ſanguis meus hoc facite in meam commemorationem. Miniſter idoneus eſt ſacerdos uices Apoſtolorum gerens, quibus ſæpius oſtendimus hanc dominum tradidiſſe facultatem*. Effectus uerò eſt ſpiritualis ac perfectiſsima ſalus atq; uirtus, & quam deniq; oſtendimus, cum Chriſto Ieſu æterna coniunctio; hinc uiaticum nuncupatur, hoc eſt holocauſtum & expiatio in fide progredientium*.

* cap. 9.

* c. oẽs. diſ. 5. de conſec.

* 26. q 6. c. de his. & gl. in c. 1. diſ. 2. de cōſ.

POENITENTIA.

De hac loco ſuo uerba fecimus, ſub materia pęnitẽtię, ſatis habentes locũ indicaſſe. Materia eſt ipſe pęnitens q

ſe totum arbitrio ſacerdotis legem ſubiturus tradit*. Miniſter Idoneus, ex ſacrorum canonum regula, ac veterum dictis eſt curatus ſacerdos, vel quilibet ad id muneris examinatus ac receptus, vnde Eccleſiaſticus *, non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubijcias te omni homini pro peccato. attamen ex ea ratione quam retulimus in baptiſmo, atque ampliſſima ligandi & ſoluendi facultate ſacerdotibus præſtita, non dubitamus eccleſiam præſtare poſſe facultatem, necnon declarare tacitam domini eam fuiſſe mentem, ut quilibet etiam laicus idoneus exiſtat miniſter ſoluendi quemlibet in extrema neceſſitate adductum vt moriatur; ſicuti legimus in ſecundo Regum*, dominum Deum ſemper cogitare ne pereat is qui abiectus eſt. Forma, poſtquam dixerit ſacerdos miſereatur tui omnipotens Deus, & reliqua per totum, necnon, Indulgentiam & abſolutionem & reliqua ſimiliter uſque ad finem, quamuis ſufficeret dicere, abſoluo te; tamen per hæc verba manu capiti extenſa, concipitur; Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat & ego autoritate ipſius mihi conceſſa te abſoluo imprimis à uinculo excommunicationis in quantum poſſum & indiges; item eadem autoritate abſoluo te ab omnibus peccatis tuis in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti amen. Sin vero oraculo ſummi Pontificis occaſione particularium indulgentiarum, aut generalis editi iubilei, contingerit fieri abſolutionē, tunc, iuxta Felynum in tractatu ſuo de indulgentijs, hæc indicitur abſolutionis forma, Apoſtolicæ ſedis autoritate mihi pro nunc conceſſa, ſiue commiſſa, concedo tibi plenariam peccatorum remiſſionem, de quibus es contritus, & ore confeſſus, exceptis his quæ ex confidentia huius indulti commiſiſti; ſucceſſiueq; manu è capite ſublata, in hunc modum ſubdit ſacerdos, paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ virginis, & omnium ſanctorum, & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris ſit tibi in remiſſionem peccatorum, in augumentū gratiæ, & præmium vitæ æternæ. nec quidem nouam rem aggredimur per

* c. quæ pœnitet. diſ. 1. de pœnit.

* cap. 4.

* cap. 14

hanc manuum impoſitionem, quam in materia confeſſionis ex veteri lege ſæpius deductam comprobauimus. Effectus autem eſt quædam reconciliatio cum domino. propterea ex veteri, ac nouella ſacri concilij Tridentini conſtitutione, de partu & fructu iuſtificationis*, ſacramentum iuſtificationis nuncupatur. *ſeſſio.6.c.16 & ſeſſio.14. c.3.

EXTREMA VNCTIO.

Quam eo extremæ vnctionis nomine appellari voluere, quia in probabili mortis articulo infirmis exiſtentibus, nec aliter, conferri ſolet hæc unctio ad corporis & animæ infirmitatem ſubleuandam; propterea ſubſidiarium remedium nuncupatur, ex nouella ſacri concilij Tridentini conſtitutione, de Inſtitutione ſacramenti extremæ unctionis. Cuius duplex eſt ſpecies altera uiſibilis: altera uero inuiſibilis vnctio eſt; viſibilem eam dicimus, quæ deſcribitur ſignum & nota interioris atque inuiſibilis unctionis, hoc eſt gratiꝫ. Inuiſibilem vero & exteriorem unctionem eam dicimus, quæ ſignum atque ſacramentum quoddam eſt quod ſi digne ſumatur, auget, vel agit ſalutem; vnde ſacerdos bene foris ungitur, ſi ſacramentorum virtute & intus corde puro bene corroboretur, quia ſplendorem conſcientiæ deſignat, ut exemplum ſumitur ex uirginibus illis, quas legimus iuxta Euangeliſtam Matthæum*, prudenter accepiſſe olæum cum lampadibus in vaſis ſuis; nam olæum præcellit cæteros liquores, fouet ignem, vulnera curat, & prędicationis gratiam deſignat, electorum mentes illuminans; ex quo autem vulnera curantur, innuitur curanda ac detegenda eſſe peccatorum vulnera, & quomodo ſapiens ſacerdos peccatorum tergat fætores, inſuperque ægras mente ſaluti reſtituat. Balſamum uero, quo in hac utimur unctione, incorruptionis habens vim, ſignificat odorem famæ ſemper uiridem ac perlucentem fore, ac permanere debere*. Materia eſt igitur olæum, ſicuti enim

*cap. 25.

*c.1.§. de ſacra unct. ubi Abb.

enim balſamum exterius ſuauem emittit odorem, ita cuncti fideles monentur ut interius ad dominum bene oleant; unde Eccleſiaſticus *, ſicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi. Miniſter idoneus eſt Sacerdos. Effectus eſt venialium expurgatio. Sin autem hæc antea fuerint expurgata propter infirmi maximam contritionem, tunc ad maiorem ipſius languentis conſtantiam operatur unctio, quod eſt oleum lætitiæ aliquos indubitatè ſemper effectus producens, unde ſic fatur pſaltes *, dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. poſtremòque in eandem rem ſubdit Apoſtolus Iacobus *, infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum ungentes oleo in nomine domini, & ſi in peccatis ſit remittentur ei, Quantos autem oleum operetur effectus, atque diuinam gratiam, in diuerſis locis, maximè ſub poteſtate Romani Pontificis, abunde eſt dictum; quibus in locis apertiſsimè demonſtratum eſt ne dum oleum, quod permittente domino Sacerdotes compoſuere, omnem uncto criminis maculam ademiſſe; cum ſi ſecus fuiſſet, non potuiſſet ſtare in eo ſubiecto corruptibili ac maculato contagione peccati, niſi manifeſtiſsimè dominus uindicaſſet; prout legimus Saulo Regi præuncto obueniſſe, quem dominus mandauit degradari; ſed omnem etiam conſtantiam præſtabat, qua aduerſus quoſcunque hoſtes tutiſsimè colluctari potuiſſent, hinc dicitur ſacramentum fortitudinis *. Si enim ex inueterata ueterum ſcriptura, ut colligit Moyſes in primo libro *, mos fuit aromatibus cadauera condire, quorum effectus nihil operabatur, quanto magis aliquid operatur languentis unctio per ſacram miniſtri Dei manum, quæ uerbo uitæ ſanctificata eſt? nec dubitamus ex ea unctione ipſoſmet miniſtros ſanctificari, quaſi aduerſus terrena, ac ſingulare certamen aggredientes luctam.

* cap. 24.

* 45.

* cap 5.

* 26. q. 7. c. ab infirmis.

* cap. fin.

ORDO

ORDO SACER.

Quem deſcribunt ſignaculum quoddam, quo per manuum impoſitionem in adminiſtrationem uerbi & ſacramentorum ſpetialis poteſtas & gratia datur. Fateamur neceſſe eſt iſtud aduerbium, ſacer, huic deſcriptioni accedere, ad cæterorum ſacramentorum differentiam, quæ non ſacra dicimus; quale eſt ordo tripliciter in Eccleſia conſideratus, Virginum; coniugatorum; & continentium. Signaculum quoddam eſt dictum, quaſi approbatio quædam eumdem non inepta producere effectum, ac ſi manuum impoſitio addita eſſet; quæ tamen ex inueterato more, ueteris legis exemplo, apponi conſueuit, quæ cum ad cærimonialia ſpectet, non eſt ex lege domini neceſſaria; unde aperti iuris eſt ſummum pontificem verbo ſolo, porrecto tamen calice cum uino & patena cum hoſtia, rectè poſſe creare ſacerdotem, omnemque ei poteſtatem tradere, atque augmentum gratiæ, ac ſi manuum impoſitio eſſet facta; accedat enim uerbum ad elementum, & fit ſacramentum*, hinc Paulus ad Timothæum*, homo ſanctificatur per uerbum Dei. & cum Propheta Samuel, ut refert primus Regum*, iuſſus fuiſſet vngere in Regem Saulum, prius effudit oleum ſuper caput eius, & ait ecce unxit te dominus ſuper hæreditatem ſuam in principem, & liberabis populum ſuum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius ſunt, & hoc ſit tibi ſignum, quia vnxit te Deus in principem. Materia huius ſacerdotalis ordinis eſt Calix cũ puro pane. Diaconatus ordinis Materia eſt Euangelicus liber. Subdiaconatus Materia eſt patena & uacuus Calix. Acolytæ Materia eſt Vrceolus ſiue Candelabrũ. Exorciſtę uero eſt liber exorciſmus. Lectoris eſt Propheticarũ lectionũ liber. Oſtiarij eſt clauiũ traditio. Pſalmiſtę Materia eſt pſalterij liber*. Miniſter idoneus eſt diœceſanus Epiſcopus. Cuius ordo cõferri põt à ſimplici ſacerdote, cùm fuerit comprobatum pſalmiſtę admi-

* 1.q.1.c.detrahe. Gigas tract. de pẽſio q.7 nu.3.
* c.4.
* cap.10.
* c. perlectis 25. diſt.

adminiſtrationem inter ordines minimè cõnumerari.* Forma ſacerdotalis ordinis in hæc uerba eſt & concipitur, accipe poteſtatem conferendi ſacrificium in eccleſia pro uiuis & mortuis in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti Amen*. Forma Diaconatus ordinis in hæc cõcipitur uerba, accipe euangelicum librum*. Forma Subdiaconatus eſt, traditio Patenæ & calicis uacui; quam cõſueuit accipere de manu Epiſcopi. Vrceolum uero cum aqua, manileq; , ac manutergium conſueuit accipere de manu Archidiaconi*. Forma Acolytæ eſt Vrceoli uacui traditio, eo ipſo edocto quomodo in officio ſe gerere debeat: qui & ab Archidiacono ceroferarium cum cereo accipit, ut ſciat ſe ad accendenda luminaria mancipari. Forma Exorciſtæ eſt exorciſmi libri traditio per hæc verba, accipe & cõmenda memorię, & habeto poteſtatẽ imponendi manus ſuper energumenum, baptizatumve, aut cathecumenum*. Forma Oſtiarij eſt clauium traditio, quibus claudat & aperiat templi fores, nec non cuſtodiat cuncta, quæ intus ſunt; fideles introducat, infideles autem, excommunicatoſve excludat: propterea in hunc modum forma traditur, ſic age, ſic uiue, quaſi redditurus domino rationem earum rerum, quæ his recluduntur clauibus*. Forma Pſalmiſtæ in hæc concipitur uerba, vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credideris operibus compleas*. Forma lectoris dicitur prophetiarum traditio, accipe & eſto relator uerbi Dei; habiturus, ſic fideliter officio functus fueris, partem cum eis qui domini uerbum miniſtrauerint. Effectus horum uero eſt gratia uel ipſius augumentum: quodq; propterea ſacramentum regentium dicitur*, cum eis ſolis mandauerit dominus portare arcam fęderis, vt inde omnes nationes docerentur ad eos ſolos omnem diuinarum rerum præcipuè, nec nõ & terrenarum curam ſpectare, cũ, ſub terrenis ex materia confectis, promiſcuè inuiſibiliter cœleſtia contineantur, quæ & tunc uiſibilia fuere extra ſpiritu ſancto cooperante. Illud autem intereſt inter ueterem ac nouã legẽ quantũ ad ordinũ Materiam, formã, atque

* c. cleros, ubi gl. uerbo, pſalmiſta 21. diſt.
* c. præsbyter. 23 diſt.
* c. Diaconus. 23. diſt.
* c. Subdiaconus. 23. diſt.
* d. c. p[l]ectis. 23. diſt.
* c. oſtiarius. 23. diſt.
* 23. diſt. cap. perlectis.
* c. ſi qui epiſcopi. § ecce eum honor s, 1. q. 1.

atque Idoneum Miniſtrum. in ipſa enim ueteri lege, ritè nullus admittebatur ad Sacerdotium, uel altaris miniſterium, quin originem duxiſſet ex progenie Aaron filij Leui, qui fuit tertius ex duodecim filijs Iacob, ex quibus duodecim tribus ſumpſere originem; vnde Leuitica Tribus eſt dicta, cuius, vt de his meminit primus Pentateuchi*, idem Aaron fuit primus ac Magnus Sacerdos; ſucceſsiueq; omnes ab ipſo deſcendentes per rectam lineam Magno Sacerdotio fungi poterant, prout in eo ſucceſsit Eleazar ex ipſo deſcendens; cæteri uero ex ipſo Leui, uidelicet habita ratione ad deſcendentes omnes ab ipſo Leui (pter deſcēdētes ab Aaron) qui fuerunt Caath, & Amram pater Aaron & Moyſi, deſcendentes fuere deſcripti ſub Leuitica Tribu; quibus, iuxta bonos mores, ætatem, ac ſcientiam ad placitū ſummi Pontificis pro tēpore, conferebantur gradus ac adminiſtrationes in templo; ppea idem, ſiue alius ex inferioribus Sacerdos, idoneus fuerat miniſter. nam poſtquam leuitæ cōpleuerant annos vigintiquinq; ætatis ſuæ, tūc incæperant exercere ſe ad altaris & ſacrificiorum miniſterium, ita tamen ut in eo, uel eis per annos quinq; diligentiſsimè inſtruerentur, & ita elapſo trigeſimo ætatis anno miniſtrare incæperant, atq; in tabernaculo fœderis uſq; ad annum in totum ætatis eorum quinquageſimum opus fecere, ut refert Moyſes in quarto libro*, quo loci & paulo inferius ita declaratur, & ſibi uolunt hæc uerba, hæc eſt lex leuitarum à viginti quinq; annis & ſupra ingredientur ut miniſtrent in tabernaculo fœderis, cumq; quinquageſimū annū ætatis compleuerint, ſeruire ceſſabunt, eruntq; miniſtri fratrum ſuorum in tabernaculo fœderis ut cuſtodiant quæ ſibi fuerint commendata, opera autem ipſa non faciant. neq; alia in his conferendis gradibus eo tempore fuerat adhibita forma, ſed cognita eius peritia, edoctoq; de progenie ac ſtirpe leuitica poſt illud pdictū tēpus fiebat electio, Forma aūt atq; Materia adhiberi cō ſueuit in procreādo ſummo Sacerdote; cuius caput & manus, vt legitur in tertio Pent.* & ut ſæpius demonſtratū

* c. 46. Exo c. 4. & Deut. ca. 10. & primo. Paralip. c. 1 a & c. 23.

* ca. 4. & c. 8.

* c. 8. & c. 21.

eſt oleo ſancto, quod alij tangere fuerat ſacrilegium, ungebatur. cæterorum uero inferiorum ſacerdotum, minimè caput ungebatur, ſed ſolummodo conſecrabantur ac ſanctificabantur manus.

MATRIMONIVM.

Quod eſt viri & mulieris coniunctio indiuiduam uitæ conſuetudinem continens; quaſi mater ipſa, ſiue mulier apta ſit, ad illudq; dedita vt filios gignat*. uiri & mulieris coniunctio deſcribitur, habita ratione ad animos, quorum carnis cómixtio adeo indiſſolubilis redditur, vt ſeparationi deinceps minimè ſit locus, unde euangeliſta Matthæus*, quos Deus coniunxit homo non ſeparat. ad cuius rei euidentiam dicamus duplicẽ eſſe matrimonij ſignificatum. Primum illum fuiſſe ante carnalem cõmixtionem in ſtatu innocentiæ à Deo inſtitutum, ſignificantem ſeparabilem unitam in ſpiritu inter Deum & fidelem animam perſiſtentem; nam cũ omnes nos una cũ primis parentibus, qui deinde lapſi ſunt, liberum accepe rimus arbitriũ; ſic quicunq; in primo ſtatu uirtute ſpiritus ſancti inuicem ſunt coniuncti, proculdubio ab ipſa animorum coniunctione poſſunt ad placitũ recedere; nã cum Moyſes diuino ſpiritu afflatus diſperſum colligat in primo libro Pentat.* Adamum in hæc verba fuiſſe locutum, hoc nũc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur virago, quoniam de uiro ſumpta eſt, quã obrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne una, proculdubio in carne una duo effici nequeunt, niſi per carnis commixtionem; & eo caſu duplex oritur vinculum, quorum primũ ſpirituale, alterum uero carnale eſt, quibus annexis corroboratur inſtrumentum, quaſi per ſubſequentem ſtipulationem, quia geminatio actus multum operatur. & hic eſt ſecundus per carnis commixtionem indiſſolubilis matrimonialis ſignificatus; propterea idem Adamus diuina imbu-

* 32.q.2.c.pudor. & gloſ in ſumma. 27.q.1

* cap. 19.

* cap. 20.

imbutus gratia & ſpiritu, eodem loci ſubdit, & erũt duo in carne una*. hinc ſoluitur iterum exorta dubitatio, quare in cõſpectu Dei magnis non excidit Moyſes auſis, qui vt oſtendit in ſecundo libro*, reuerſus de monte por tans duas tabulas teſtimonij ex utraque parte digito Dei conſcriptas, uidens uitulum quem fecerat populus, iratuſq; ualde ea proiecerit ac ad montis radicem impunè fregerit; mortis uerò ſententiam paſſus fuerit propter ſolam, vt idem refert in quarto Pentat.* ad aquas contradictionem incades deſerti; nempè facinus longè diuerſum ab ipſo fractionis tabularum crimine, quas dominus fecerat opere ſuo: eo profectò præuaricationis ac fractionis duarũ tabularum crimine nullas dedit pœnas; nã reſpondẽdum eſt hanc fractionem nec crimen nec facinus in Moyſen fuiſſe, & quia ipſa tabularũ lex non eo tpe adhuc fuerat recepta per aliquod ſolemne inſtrumentum ſtipulatione uallatũ; propterea ſecũda uice aſcẽdit Moyſes in montem una cum duabus alijs manu ſua confectis domini mandato, quæ deinde à populo receptæ fuere ſoleni intercedente ſtipulatione, qua nudum pactũ ueſtitũ fuit: hinc cum poſt hæc idem populus præuaricatus eſſet, maximè in eodem idolatriæ crimine, grauiores dedit pęnas, ac dederat ex ea ſola fide mentita intercedente nudo pacto. qua de re quod ad ſolutionem matrimonij ex mente diuina, is Adami uerbis traditus eſt ſenſus, vt ex verbis, & erunt duo in carne una, tunc carnalis coniunctio indiſſolubilis fieret ſecuta copula, atq; ita ſibi voluiſſet dñs Ieſus Chriſtus q. ita dixerat, quos Deus coniunxit homo nõ ſeparat, nec nõ ſubiũxerat, itaq; iã nõ ſũt duo, ſed vna caro, pſupponens ſecutã fuiſſe copulã carnalẽ, q a hęc uerba erunt, non dubitamus futuri temporis eſſe: nihilominus quotieſcunque in eo ſolo ſtatu matrimoniũ permanet, quod dicitur matrimoniũ per uerba de futuro concæptũ: tunc, & meritò quidẽ, ab eo ſtatu & ſimplici in ſpiritu pmiſſione, recedẽti imponitur ſalutaris pęnitẽtia propter fidem mentitam*. prout eã ratione legimus dñm Deum impoſuiſſe pęnitẽtiã populo Iſrael, quo

* Abb in c. in ter incorporalia. & cap. licet nu 2. de translatio.
* cap. 32.
* ca. 20 & c. 27. & Deute. cap. 32. in fi.
* c. i & ca fin. ubi gl. de ſponſalib.

rum tria millia cæcidiſſe dicitur;cum,ſi ſolemne inſtrumentum antea ſtipulatum fuiſſet ex ipſa,ut diximus,criminis grauitate, eiecti ac pœnitus de terra eradicati fuiſſent;quod in eum caſum ita forte factum eſſet, ni Moyſes fregiſſet tabulas, ex eo proteſtatus dominum, populum intendere à fide ac pacto nudo recedere, ne ex ratificatione & actu approbandarum tabularum ſubſequenti, uideretur in eo flagitio perſiſtens aſſentiri & ſtipulari inſtrumentum. eſt igitur primus ſignificatus diſſolubilis annuli ſubarratio. Secundus autem eſt, indiſſolubiliſq; carnis commixtio; nã ante annulli ſubarrationẽ, ut per ſimplicẽ pactionem, alter altero inuito recedere poteſt, ſalua ſemper mentitæ fidæi pœnitentia;facta uero annuli deſponſatione recedi nõ poteſt niſi utroq; viro & muliere conſentiente,quo caſu in utrunq; imponitur ſalutaris mentitæ fidæi pœnitentia; in præcedenti uero caſu,in eũ ſolum per quem ſtat quominus ſtipuletur pactio & perficiatur matrimonium;at copula ſecuta, nullo pacto fieri poteſt diſſolutio, niſi maritus & uxor decreuerint continentiam ducere,quaſi ad maius bonũ ducti*. Materia huius ſacramenti eſt coniugatorum actus ad coniugium perficiendum in forma, vel facie eccleſiæ. Miniſter idoneus eſt parrochialis Sacerdos. Forma eſt,quam diximus in facie eccleſiæ, ut coram duobus uel tribus teſtibus in hæc uerba per ipſum Sacerdotem relata, ego uos in matrimonium coniungo in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen, ut ita refert ſacri concilij Tridentini nouella conſtitutio, de reformatione matrimonij. Effectus uero eſt filiorum procreatio ſaltem in affectu; ideo matrimonium uiolatum non dubitatur, ſi ſterilitas in pactionem deduceretur; tria enim traduntur bona matrimonij: Fdes. proles. & ſacramentum*. Fides eo dicitur, quia inuicem promittitur caſtitas, ne ab altero coniugatorum ad alterius thorum fiat acceſſus, etiam per ſolum conſumatum conſenſum.

Proles, quia dictum eſt ea ratione ad matrimonialem coniunctionem acceſſum fieri, ut inde filiorum pro-

* c. ſunt qui dicunt 27. q. 2. caſt. in sub. ff. ſol. mat. Alex. in l. h. cũ dotem. nu. 11. ff. ſol. matrim.

* 27. q. 2. cap. omne itaque. & 32. q. 2. ca. quicquid & c. ſolet. & decõ. appo. c. fin.

creatio fiat, unde Tobias *, tu autem, inquit, cum acceperis eam ingreſſus cubiculum per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus uacabis cum ea, ipſa autem nocte, incenſo iecore piſcis fugabitur demonium, ſecunda uero nocte, in copulatione ſanctorũ Patriarcharum admitteris; tertia autem nocte benedictionẽ conſequeris, ut filij ex vobis procreentur incolumes; tranſacta autem tertia nocte accipies uirginem cum timore domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, propterea poſtquam dominus creauit hominem maſculum & fœminam, benedixit illis & ait, cresſite & multiplicamini, & replete terram. Sacramentum uero eo additur, quia per matrimonialem coniunctionem aduerſus luxuriæ remedium confertur gratia, propterea Sacramentum timentium nuncupatur; quorum quædam non neceſſitatis; quædam uero neceſſitatis dicuntur, quia ad ſalutem adipiſcendam neceſſario requiruntur Baptiſmus; Confirmatio; penitentia; & Euchariſtia, ſine quibus comprobatum eſt neminem adultũ ſaluum fieri poſſe. Cætera uero ſine quibus ſalutem aſſequimur, non neceſſitatis ſacramenta nuncupatur*, quorum omniũ quædam ſunt reiterabilia, ut Baptiſmus, confirmatio, & ordo ſacer, in quibus ſolum imprimitur character *; quæ cuncta triplici de cauſa inſtituta fuiſſe non dubitamus. Primo propter humilitatem, ad hoc ut cuncti fideles mereantur magis apud Deum, his inſenſibilibus ac inuiſibilibus in ſola credulitate perſiſtentibus rebus humiliati. Secundo propter eruditionem fuere inſtituta, ad hoc ut mens hominis erudiatur atque aſſuefaciat ſe ad inuiſibilem uirtutem propter id quod uiſibiliter cernitur; & iſta ratione Deus mandauit obſeruari & cuſtodiri cerimonias, quaſi preparatoria quædã ac eruditionẽ ad ſacramenta & diuinam capeſcendam gratiam; nam cærimoniæ ſignificant gratiam, ſacramenta uero ſignificant eam, conferunt & ſanctificant, unde inquit dominus ad Moyſen ut idem refert in tertio libro*, hæc eſt unctio Aaron, & filiorum eius in cerimonijs domini; & cũ eodẽ loci *,

obla-

* cap. 6.

* glo. in c. ueniens, uerbo, neceſſaria. de trãſactio Arc. in c. remiſsio nem. 1. q. 1.

* c. presbyteri 68. diſt.

* cap. 7.

* c. 10. in fine.

oblatus fuiſſet hircus pro peccato, qui exuſtus repertus fuerat, ſubdit Aaron, & ait oblata eſt hodie uictima pro peccato, & holocauſtum corã domino, mihi autẽ accidit quod uides, quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ceremonijs mente lugubri? nullus profectò ſanæ mentis ſubdubitare poteſt dominum noſtrum egere holocauſtis & uictimis noſtris, niſi ad noſtri commodum ac ſalutem, vt diſcamus timere ac uenerari eum toto tempore. Tertio propterea inſtitura non dubitamus propter exercitationem, quia cum ociari non debeamus, ne per ocium incendamur ad uicium; proponitur cunctis exercitatio ad dominũ, cæleſtia ut conſpiciant, quæ & quanta inde expectemus. eſto, inquit dominus ad Moyſen ex ſe-
c.5.&c. 18. cundo Pentateuchi*, tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum oſtendasq; populo ceremonias & ritum colendi, uiamq; per quã ingredi
cap. 22. debeãt. hincq; ſequitur ſapiens in prouerbijs*, adoleſcẽs iuxta uiam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.

MISSAM POPVLO COELEBRARE.

Miſſa, quaſi trãſmiſſa dicitur, eo ꝙ per miniſteriũ ſacerdotis, qui mediatoris uice fungitur inter Deũ & populũ, ꝓces, uota, ac oblationes trãſmittũtur; ſicuti inter cũctas nationes dominũ Ieſum Chriſtũ interceſſorẽ ac mediatorẽ fuiſſe demonſtrãt ſcripturæ; unde iuxta Euangeliſtã
cap. 17. Ioannẽ*, multas perſecutiones paſſus, demum ſubiturus mortẽ, ad Deũ patrẽ conuerſus ſic fatur, non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos à malo, & pro eis ego ſanctifico me ipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate; non pro eis autẽ rogo tantũ; ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorũ in me, ut oẽs vnũ ſint ſicut & tu pater in me, & ego in te. primo Diuus Petrus inſtituit miſſã in Antiochiã Syrię, & in Vaticano in Europa, ſucceſsiueq;

diuus

diuus Iacobus, ac poſtremò diuerſi viri Dei tractu tpis diuerſas addidere partes, expreſsèq; mandatū eſt ut in propria parrochia ſingulis ſaltē feſtis diebus huic ſacrificio interſint oēs parochiani, quāuis qđ ad ꝓpriā parrochiā, ut in ea præciſè à ſubditis audiatur miſſa; cōſuetudine derogatū cūctis innoteſcat*, cū ubiq; Deus ſit, ac innumeræ ædes atq; domini tēpla ad cōem omniū orandi vtilitatem cōſtructa cernamus. olim enim, quāuis ubiq; in terra, oppidis & ciuitatibus, oratoria fuiſſent ubi uenerari potuiſſet dñs Deus; tñ ad ſacrificia facienda ſolū fuerat tēplū dñi in Ieroſolyma ciuitate cōſtructū, ut in aliā rē dixim*, unde pſaltes*, Te manet hymnus Deus in Siō, & tibi red detur uotū in Ieruſalē. Nā de lignis ſetim dñs mādauerat conſtrui Arcā lōgitudinis duorū cubitorū & ſemis. necnon altitudinis & latitudinis unius & dimidij cubitus. & eiuſdē longitudinis, latitudiniſq; ex auro Arcæ operimētū, Propitiatoriū apponere ſup eā, & duos Cherubim aureos, unū à dextris, alterū uero à ſiniſtris ex utraque Oraculi parte, alis expanſis, utrunque Propitiatorij latus tegentes, ſeq; mutuò uerſis uultibus in Propitiatoriū reſpicientes; necnon, & ut latius demonſtrat ſecundus Pent.* ad hanc muniendam atque tegendā fœderis arcā mandauerat eidem Moyſi cōſtrui tabernaculū cortinis, colūnis, & uarijs operibus ornatū. Illud autē intereſt inter Arcam fœderis, quæ & teſtimonij tabernaculū nuncupatur. Inter propitiatorium, id eſt oraculum. Inter tabernaculū, quod & fœderis tabernaculum nuncupatur. eſt enim Arca uti domus conſtans ex cohærentibus parietibus & cæmentis, & ſicuti Propitiatorium cohæret Arcæ, atque parietes domui cohærent, ita Arca propitiatorium ſub ſe continet, ad quod deſcenderat Deus intra Cherubinos duos ut daret reſponſa ſummo Pontifici ſemel in anno, in qua nihil aliud fuerat incluſum, quàm duæ lapideæ tabulæ Moyſi continentes totū decalogum tantū, quas iuxta tertium Regum*, à domino fuerat iuſſus ibidē recondere. ad eiuſdē Arcæ latus aderat uas mannæ in generationis filiorū Iſrael memoriā, inſuperq; ī ipſo latere aderat

a c. uices. extrauag. cō. de treuga & pace & de conſe c. miſſa. & c. Iacobus. diſ. 1. ubi Arch.

b 65. Nu. c. 28 cū ſeq. & 1. Paralip. c. 23.

c cap. 24.

d cap. 8.

oblatus fuiſſet hircus pro peccato, qui exuſtus repertus fuerat, ſubdit Aaron, & ait oblata eſt hodie uictima pro peccato, & holocauſtum corã domino, mihi autẽ accidit quod uides, quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ceremonijs mente lugubri? nullus profectò ſanæ mentis ſubdubitare poteſt dominum noſtrum egere holocauſtis & uictimis noſtris, niſi ad noſtri commodum ac ſalutem, vt diſcamus timere ac uenerari eum toto tempore. Tertio propterea inſtitura non dubitamus propter exercitationem, quia cum ociari non debeamus, ne per ocium incendamur ad uicium; proponitur cunctis exercitatio ad dominũ, cæleſtia ut conſpiciant, quæ & quanta inde expectemus. eſto, inquit dominus ad Moyſen ex ſe-
c. 5. & c. 18. cundo Pentateuchi*, tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum oſtendasq; populo ceremonias & ritum colendi, uiamq; per quã ingredi
cap. 22. debeãt. hincq; ſequitur ſapiens in prouerbijs*, adoleſcẽs iuxta uiam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.

MISSAM POPVLO COELEBRARE.

Miſſa, quaſi trãſmiſſa dicitur, eo ꝙ per miniſteriũ ſacerdotis, qui mediatoris uice fungitur inter Deũ & populũ, ꝑces, uota, ac oblationes trãſmittũtur; ſicuti inter cũctas nationes dominũ Ieſum Chriſtũ interceſſorẽ ac mediatorẽ fuiſſe demonſtrant ſcripturæ; unde iuxta Euangeliſtã
cap. 17. Ioannẽ*, multas perſecutiones paſſus, demum ſubiturus mortẽ, ad Deũ patrẽ conuerſus ſic fatur, non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos à malo, & pro eis ego ſanctifico me ipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate; non pro eis autẽ rogo tantũ; ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorũ in me, ut oẽs vnũ ſint ſicut & tu pater in me, & ego in te. primo Diuus Petrus inſtituit miſſã in Antiochiã Syriæ, & in Vaticano in Europa, ſucceſsiuèq;

diuus

diuus Iacobus, ac poſtremò diuerſi viri Dei tractu tpis diuerſas addidere partes, expreſsèq; mandatũ eſt ut in propria parrochia ſingulis ſaltẽ feſtis diebus huic ſacrificio interſint oẽs parochiani, quãuis qđ ad ꝓpriã parrochiã, ut in ea præcisè à ſubditis audiatur miſſa; cõſuetudine derogatũ cũctis innoteſcat*, cũ ubiq; Deus ſit, ac innumerę ædes atq; domini tẽpla ad cõem omniũ orandi vtilitatem cõſtructa cernamus. olim enim, quãuis ubiq; in terra, oppidis & ciuitatibus, oratoria fuiſſent ubi uenerari potuiſſet dñs Deus; tñ ad ſacrificia facienda ſolũ fuerat tẽplũ dñi in Ieroſolyma ciuitate cõſtructũ, ut in aliã rẽ dixim*, unde pſaltes*, Te manet hymnus Deus in Siõ, & tibi reddetur uotũ in Ieruſalẽ. Nã de lignis ſetim dñs mãdauerat conſtrui Arcã lõgitudinis duorũ cubitorũ & ſemis. necnon altitudinis & latitudinis unius & dimidij cubitus. & eiuſdẽ longitudinis, latitudiniſq; ex auro Arcæ operimẽtũ, Propitiatoriũ apponere ſup eã, & duos Cherubím aureos, unũ à dextris, alterũ uero à ſiniſtris ex utraque Oraculi parte, alis expanſis, utrunque Propitiatorij latus tegentes, ſeq; mutuò uerſis uultibus in Propitiatoriũ reſpicientes; necnon, & ut latius demonſtrat ſecundus Pent.* ad hanc muniendam atque tegendã fœderis arcã mandauerat eidem Moyſi cõſtrui tabernaculũ cortinis, colũnis, & uarijs operibus ornatũ. Illud autẽ intereſt inter Arcam fœderis, quæ & teſtimonij tabernaculũ nuncupatur. Inter propitiatorium, id eſt oraculum. Inter tabernaculũ, quod & fœderis tabernaculum nuncupatur. eſt enim Arca uti domus conſtans ex cohærentibus parietibus & cæmentis, & ſicuti Propitiatorium cohæret Arcæ, atque parietes domui cohærent, ita Arca propitiatorium ſub ſe continet, ad quod deſcenderat Deus intra Cherubinos duos ut daret reſponſa ſummo Pontifici ſemel in anno, in qua nihil aliud fuerat incluſum, quàm duæ lapideæ tabulæ Moyſi continentes totũ decalogum tantũ, quas iuxta tertium Regum*, à domino fuerat iuſſus ibidẽ recondere. ad eiuſdẽ Arcæ latus aderat uas mannæ in generationis filiorũ Iſrael memoriã, inſuperq; ĩ ipſo latere aderat uirga

*c. uices. extrauag. cõ. de treuga & pace & de conſe c. miſſa. & c. Iacobus. diſ. 1. ubi Arch.

*65. Nu. c. 28 cũ ſeq. & 1. Paralip. c. 23.

*cap. 24.

*cap. 8.

uirga Aaron in ſignum rebellionis, quam populus commiſerat. poſtremo in latere eiuſdem Arcæ extra, totum Moyſi legis uolumen aderat, quod Pentateuchum diximus; quem paulò antequam moreretur totum conſcripſit, & in teſtimonium filiorum Iſrael, in Arcæ latere in articulo mortis ſuæ teſtatus apponi mandauit, ut legitur in quinto libro*. cōtra Arcam incenſum aderat, in quem locum & diſtrictum, qui dicitur Sanctuarium, vel ſancta ſanctorum (deſcriptus terminus per quoddam uelum in modum circuli tenſum) ſolus, ut nuper eſt dictum, ſummus Pontifex ex tertio Pentateuchi*, pro ſuis & populi peccatis ingrediebatur ſemel in anno, cunctorum ea die anima ieiunio afflicta. Tabernaculum uero fuerat quædam machina lignis contexta & lōgè latior quàm fuerat Arca, quæ tegebatur à tabernaculo ipſo; quod, ex ipſo ſecundo Pentateucho*, ſanctuarium ſanctuarij, vel ſancta appellabatur, extenſumq; vſque ad velum & limites Arcæ; aduerſus quam, & extra velum aderat altare intra tabernaculum, in cuius latere dextero aderat menſa, & in medio holocauſtorum altare; ſuper quam mandato domini quotidie duo recentes & calidi panes offerebantur, quos propoſitionis panes dixere, in fine cuiuslibet hebdomadæ inter cunctos leuitas per ſummum Pontificem diſtribui conſuetos. à ſiniſtro uero altaris ſiue tabernaculi latere inerat candelabrū cum ſeptē candelis ſiue lucernis; in quē locum & clauſtra, quæ latiora fuere adhoc ut capere poſſent omnē leuiticam progeniē (præter eā) nulli aditus patebat. qui per hunc ordinem ad offerendū holocauſta vitulorum, & arietum, ac agnorum in calendis menſiū ingrediebantur; necnon quotidie ad offerendum duos immaculatos agnos, uidelicet unum mane, alterū uero veſpere. Succeſſiuèque & tractu temporis his ita optimè confectis, dominus apparuit Dauidi cui nunciauit Salomonem ex eo naſciturum, ædificaturum tēplū ex conſtructis cæmentis & lignis; qui propterea moriens illi manifeſtauit hoc, atque teſtatum reliquit; cuius monita aſſecutus, necnon diuino ſpiritu afflatus, nihilq; prætermit-

Marginal notes: a c. 31. Exo. c. 16. & c. 6. & i Num. c. 17. — a cap. 16. — a c. 25. cū ſeq. & c. 33. & c. 37 & ad Heb. c. 9.

termittens quod non magnificentiſſimè conſtructum, aut roq; in latiorem formam non eſſet tectum; ad inſtar prioris, ut oſtendit tertius Regum*, oraculum faciendum locauit; quod poſtremò una cum fœderis Arca, maxima quam potuit reuerentia; in templo domini affixit, quibus expletis, uoluit omnia ſacrificari, offerens holocauſta. cum quo ſeptem continuis diebus, uniuerſus populus ſolemnia geſſit, deindeque octauum commemoratus eſt diem; & in eam memoriam dedicationis altaris atque ſolemnitatis fecit collectam ſtantibus ſacerdotibus & leuitis cum organis laudantibus & benedicentibus dominum. quamuis autem ſæpius dictum ſit dominum ubique eſſe; nihilominus innuens magis gratum ſibi fieri in eo orare loco ac præcari dominum, ubi ſemper eſt maximè præſens, proſequitur in ſecundo paralipomenon*, & ait oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco iſto orauerit, elegi enim & ſanctificaui locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Quibus autoritatibus ac exemplis, cū omnis Dei ac Ieſu Chriſti actio apertè fuerit comprobata noſtra inſtructio, ſummi Paſtores, ſucceſſiuèque cæteri fideles omnes, templa, & ædes ſacras uiuis ex lapidibus conſtruxere, in eiſque mandarunt ſpetialem ſeligi locum, in quo, ad inſtar Arcæ fœderis, ad ſimilitudinem que propitiatorij uerū Ieſu Chriſti corpus intus aſſiduò permaneat & recondetur, nec deinceps in figura; vnde Paulus ad Hebræos*, his uerò ita compoſitis, inquit, in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes; in ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine quē offert pro ſua & populi ignorantia, hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo ſtatum habente; quæ parabola eſt inſtantis temporis iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, & in potibus & uarijs baptiſmatibus & iu

*c 6 & 3. Reg. c 7.

*cap. 7.

*cap. 9.

ſtitijs carnis uſque ad tempus correctionis impoſitis;Chriſtus autem aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum,id eſt nõ hujus creationis, neq; per ſanguinẽ hircorũ aut uitulorũ,ſed per propriũ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redẽptione inuenta;nec profectò ſine euidẽtiſſima ratione ſummi Pontifices, pro noſtri ſingulari ſolatio,ac dñi gloria,mandarũt ubiq; orbis terrarũ conſtrui baſilicas & tẽpla,ad quæ miniſtranda conſecrarunt infinitos Sacerdotes, inter Deũ & populũ interceſſores ac mediatores exiſtẽtes;quibus dñs Ieſus Chriſtus dixerat, hoc facite in meã cõmemorationẽ; nã cũ adeo auctus ſit Chriſtianorum numerus ubique terrarum ſparſus, non dubitamus fieri non poſſe,ut exemplo ueteris inſtituti in Ieroſolyma, hodie conſtrui poſsit in ciuitate Roma templum, quod capere poſſet omnes fideles tempore holocauſti & ſolemnitatis, quam indixerat lex uetus,uel ex diuerſa ratione noua;ferè tota Italia poſſet capere omnes, preter magnos futuros ſumptus & alia incommoda, quorum non eſt numerus.

Altare quod eſt menſa domini, huic expediendo ſacrificio perutile atque neceſſarium eſſe fateamur neceſſe eſt, tum ex ipſius ueteris legis inſtituto, tum naturali iure dictante; quod, ut colligit Moyſes in primo libro *, primum Noe inſtituit, & ſucceſsiuè cæteri uiri Dei primates. multis autẽ ac honeſtiſsimis rationibus ne uaria ſacrilegiorum genera committerentur, ex nouella ſacri Concilij Tridentini conſtitutione, ſub decreto de obſeruandis & euitandis in celebratione miſſæ, cautum eſt nullum impunè altare erigere poſſe, nec in priuatis domibus, niſi in eo loco quem elegerit diœceſanus Epiſcopus. propterea ita cautum recitat Moyſes in quinto libro *, caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem uideris, ſed in eo, quem elegerit dominus.

* c.8.& c.26.

* cap. 12

Igns, quem ad prædicta offerenda ſacrificia, eaque abſumenda, dominus conſtituit aſsiduò fore neceſſariũ ac

iuxta

iuxta librum Exodus *, in hæc uerba dicens, præcipe filijs Iſrael ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloquè contuſum, ut ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij, ſubditque in ſequenti libro, quem diximus Leuiticum *, & ait ignis autem in altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto deſuper adolebit adeps pacificorum, ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.

Humerale, ſiue Amictus, eſt quo tam ex ueteri, quàm ex noua lege induit ſe Sacerdos, de quo Moyſes in ſecundo libro *, innuens boni operis tollerantiam; & cordis inſimul, atque operis inſinuat caſtitatem. inſuper repræſentat nobis pannum; quo milites coopernere faciem domini noſtri Ieſu Chriſti, in hæc uerba iuxta Euangeliſtam Lucam *, dicentes propheriza nobis Chriſte, quis te percuſſit? quo & utebantur omnes filij Iſrael cum in templum ingrederentur ad orandum, quod iuxt. librum numeri *, per Angulos fimbrijs ornatum fuerat.

Alba, munditiam eam quam in baptiſmo accepimus, nobis demonſtrat, præmonens ut in omni actione noſtra eam immaculatam ſeruemus; propterea in hunc modum dominus alloquitur Moyſen iuxta ſecundum librum *, Sacerdotes qui accedunt ad dominum ſanctificentur, ne percutiat eos dominus. & in eam rem ſubdit Eccleſiaſticus *, oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu altiſſimi, ſacrificium iuſti acceptum & memoriam eius non obliuiſcetur dominus: hincquè ex utraque lege, uſque ad pedes iuſſa eſt protrahi, monens uſque ad extremum tegenda eſſe Sacerdotum crimina cuncta, de qua ita loquitur ſecundus Pentateuchi *, facies fœminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus uſque ad fęmora, & utetur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, uel quando appropin-

* cap. 27.
* c. 6. gl. in e. literas. uerbo ſine igne. de exleb. miſſa.
* c. 28. & c. 36
* c. 22. Apoc. cap. 10.
* c. 15. Deut. c. 22.
* cap. 19.
* cap. 35.
* cap. 28.

quant ad altare ut miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur; cæteri uero inferiores ſacerdotes induebant ſe tunicis lineis, balteiſque]. Alba inſuper repręſentat nobis paſſionē dñi noſtri Ieſu Chriſti, qua, iuxta Euāgeliſtam Lucam *, paſſionis tempore indutus eſt.

* cap. 23.

Cingulum, quo dominus ſacerdotes cingi mandauit, ut refert Moyſes in ſecundo libro *, innuit atque myſticè monet nos, ut parati exiſtamus ne caſtitas & lumbi noſtri, qui præcincti ſunt ſtimulis diſſoluantur, unde Iſaias *, & erit iuſtitia cingulum lumborum eius & fides cunctorum renum eius, in quam ſententiam antea oſtenderat Moyſes in tertio libro *, dicens ac cingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti, hæc enim ueſtimenta ſunt ſancta, quibus cum lotus fuerit induetur; neque ad aliam rem ſacerdos iuſſus eſt lauare pedes & manus, ac totum denique corpus, quàm ut præmoneamur ut, antequā maximè tectum fœderis ingrediamur, omnem immundiciam deponamus: poſtremòq; cingulum, præfigurat flagellū, quo ſub paſſione cæſus & flagellatus eſt Ieſus.

* c. 39. in fin. * cap. 11. * cap. 16.

Stolla, ſiue Orarium monet nos ut iugo domini libenter ceruicem ſupponamus, & ne muniti à dextris & ſiniſtris (proſperitatibus elati) à uia iuſtitiæ deflectamus; unde ſic fatur Eccleſiaſticus*, ſubijce humerum tuū & porta, ſubditque, & erunt tibi compedes eius in fortitudinis protectionem & baſces uirtutis, & torques illius in ſtollam gloriæ, decor enim uitæ eſt in illa, & uincula illius alligatura ſalutaris, ſtola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis ſuperpones tibi. Patriarcha Iacob diuino ſpiritu afflatus, tribuens Symbolum duodecim filijs ſuis, ex quibus duodecim deductæ fuere Tribus; in hūc modū uaticinat aduerſus Iudā, ut colligit Moyſes ī primo Pēta.* ex cuius ſemine ꝓ mūdi redēptione oriūdus erat meſſias Ieſus, paſſuruſq; & ſanguinē ſparſur*; Catulus, inquit, leonis Iuda, ad prędā fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti ut Leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? non auferetur ſceptrū de Iuda, & dux de fæmore eius, donec ueniat

* c. 6. & c. unū orariū 23. diſ. Arch. in c. Eccleſiaſtica 23. diſt.

* cap. 49.

qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium;ligans ad uineam pallium ſuum,& ad uitem,ò fili mi,aſinam;lauabit in uino ſtollam ſuam, & in ſanguine uuæ pallium ſuum.

Manipulus innuit nobis bonorum operum fructum,ad dominũq; lætis apparituris cum manipulis noſtris, vnde pſaltes*,venientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos ſuos: qui apponitur in ſiniſtro brachio per miniſtros altaris ad ſacra facienda paratos, ſignificãs ad terrena ſtrictos eos eſſe debere, ad cęleſtia uero expeditos manu dextera,quæ nullo alio detinetur impedimẽto; nam per manum dexteram cęleſtia demonſtrantur: terrena uero per ſiniſtram:quibus omnes actiones noſtrę ſignificantur, unde pſaltes*, & retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum. * 125. * 17.& 110.

Caſula ſiue planeta ex diuerſis ac uariis coloribus conſtrui conſueta,repræſentat nobis purpuream ueſtẽ, qua idem dominus Ieſus Chriſtus delubrio indutus eſt. & eſt illud ſuperhumerale ex auro & hyacintho & purpura coctoq; bis tincto, & byſſo retorta opere polymito, de quo ita Moyſes in ſecundo libro*,meminit: duas oras habens iunctas in utroque latere ſumitatum ut in unum redeãt. quæ, duplici inſignita cruce,cætera claudit ueſtimenta, innuens charitatis plenitudinem, qua iugo æternæ ſeruitutis fuimus exempti. quarum altera crux parua pectus reſpiciens, deſignat primitiuam eccleſiam, quæ Chriſti paſsionem præceſsit.altera uero maior pars,& maiori inſignita cruce nouã repræſentat eccleſiã, quæ ipſius Chriſti,in unum modo redacta,paſsionẽ ſequitur. hæc & alia id genus ornamenta, vt meminit Propheta Ezechielis*, dñs Deus ad ſacrificiorũ uſum uoluit eſſe neceſſaria vt, cũ ſacerdotes egrederentur atrium exterius ad populũ, exuerent ſe eis in quibus miniſtrauerant, quæ reponerẽt in Gazophilacio ſanctuarij, nẽpè tẽpli theſaurum & ſacriſtía, veſtirentq; ſe alijs ueſtimentis,quibus(præter ea) datum non fuerat ſanctificare populum. * cap. 2. * cap. 44.

Calix

Calix ex materia, auro, uel argento confectus paſſionem & domini ſepulturam ſignificat; quem ad dominũ
* cap. 22. patrem ita clamaſſe oſtendit Euangeliſta Lucas*, domine ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte. adhuc myſticè ſumptus, in bonam & malam ſumitur partem, de quo ita
* 74. loquitur pſaltes*, hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu domini eſt. rurſuſq; ita fatur*, calicem ſalutaris accipiã & nomen domini inuocabo; At quia ex qualitate & diuerſitate obtinendæ, ac obtentæ gratiæ, diuerſæ offerebantur præces & hoſtiæ; nam pro peccato populi Sacerdos intrabat in ſancta ſemel in anno vt pro ſe & cunctis oraret; orabat nec non in ſanctuario ſanctuarij diuerſis holocauſtis pacificis oblatis; nam aliæ pro peccatis oblationes fuere; aliæ uero pacificæ fuere dictæ; vnde
* ca. 7. & c. 3. & ſeq. ità loquitur lex leuitici*, hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum, quæ offeruntur domino; ſi pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes abſq; fermento & reliqua; ſubditq; eodem loci*, uocauit Moyſes Aaron & filios eius, ac maiores natu Iſrael, dixitq; ad Aaron tolle de armento vitulũ pro peccato, & arietem in holocauſtum, utrũq; immaculatum, & offer illos coram domino; & ad filios Iſrael loqueris, tollite hircum pro peccato, & uitulum atque agnum anniculum, & ſine macula in holocauſtum; bouem & arietẽ pro pacificis, & immolate eos coram domino, in ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes, hodie enim dominus apparebit uobis. eo exẽplo, utq; ex diuerſitate optima fieret contextio, ſummi Pontifices quadripartitum uoluere miſſæ ſacrificium tã pro pacificis, quàm pro peccato; uidelicet primam partẽ miſſæ in oblationes. Secundam in orationes. tertiam in poſtulationes. quartam uero & ultimam in gratiarum actiones. cum enim modus & ritus ille ex lege ad cerimonialia tenderet, non dubitatur quin minui, aut alterari poſſit; vtque uno & eodem tempore, vt res celerius operetur ſuos effectus, ritè decernatur pro peccatis & pacificis oblationes fieri poſſe*.

* ca. de hymnis. diſt. 5. de conſec.

Oblationum ſacrificium prima pars eſt ab Introitu &

 exor-

exordio miſſæ, ſub quo hæ continentur particulæ, Chiriæ eleyſon; Gloria in excelſis;Collecta;Epiſtola,Euangelium; & ultima eſt Symbolum, & hæc pro malis euitandis,hinc adiurationes dicuntur.

Orationum ſecũda pars eſt vſq; ad orationis Domini cæ exitum & finem,hæc ſub ſe continens, Præfatium;Cõſecrationem;manuum extenſionem.& Dominicalem orationem,& hæc pro uirtutibus, ac ſpiritualibus & temporalibus obtinendis bonis.

Poſtulationum tertia pars eſt à Dominicali oratione incluſiuè uſque ad communionem,ſub qua venit Agnus Dei,& hæc pro obtinenda cœleſti gloria & gratia.

Gratiarum ſacrificium quarta & ultima pars eſt, exinde uſq; ad totius ſacrificij exitum, & hæc in genere pro quibuſcũq; malis euitãdis,quæ nobis accidere cõtingãt.

Introitus primæ prima pars eſt à Damaſo ſummo Paſtore eo inſtituta ut ad dominum facilior nobis ſit aditus,contritione peccatis,atq; confeſsione expurgatis;vnde Propheta Iſaias*, lauamini, inquit, mundi eſtote,auferte malum cogitationum ueſtrarum, ab oculis meis, mundamini qui fertis uaſa domini. quod & apertiſsimè demonſtrat dominus affatus Moyſen ſic ex libro leuitici*, loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tpe ingrediat̃ ſanctuariũ,qđ eſt intra velũ corã propitiatorio,quo tegitur arca, vt nõ moriat̃, q̃a in nube apparebo ſup oraculũ, niſi hæc ante fecerit,vitulũ ꝓ peccato offeret,& arietẽ in holocauſtũ;tunica linea veſtietur, fęminalibus lineis uerenda celabit, accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti, hęc enim ueſtimenta ſunt ſancta, quibus cunctis,cum Lotus fuerit induetur.

* ca. 1. & c. In grauibus. 3. q. 7.

* ca. 16. Malach. cap. 1.

Chyrie eleyſon ſecũda ſecũdæ pars ſubſeq̃tur, dñi implorãs miſericordiã,à chyrios græcè,latinè dñs, & loy hębraicè,latinè Deus,& eſon qđ eſt audi;quaſi dicat Sacerdos, dñe Deus benignas aures tuas añ oĩa p̃cibus noſtris p̃beas,quas ad tui numinis gloriã, ꝓ noſtriq; redẽptione effundere parati ſumus.& ita legimus ĩ ſecũdo Pẽt.* Moyſẽ obſeruaſſe,q̃ dñs legẽ ſũpturus,ĩ hæc uerba añea domi-

* cap. 34.

num

num inuocauit, dominator domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis, ac uerax, qui cuſtodis miſericordiam in millia, qui aufers iniquitatẽ & ſcelera, atq; peccata, nullusq; apud te per ſe innocẽs eſt, qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem, feſtinuſq; Moyſes curuatus & pronus in terram, & adorans ait, ſi inueni gratiam in conſpectu tuo domine obſecro ut gradiaris nobiſcum. & ſimilem introitum ad dominum obſeruat uates in pſalte
* 70. & 102. rio*, Deus in adiutorium meũ intende, domine ad adiuuandum me feſtina. ruruſq; domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat, non auertas faciem tuam à me & reliqua.

Gloria in excelſis Deo & in terra pax, reliquum uero vſq; ad finem legimus additum fuiſſe ab Hilario ſummo
* de cõſe. diſ. 1. c. nocte ſancta ubi glo. & d. ca. de hymnis. Pontifice*, & hęc eſt pars illa, quam cœlites in natiuitate ipſa domini noſtri Ieſus Chriſti prædixere; propterea ſic antea uaticinatus fuerat pſaltes*, audiam quid loquatur dominus Deus quoniam loquetur pacem ſuper ple-
* 85. bem ſuam. inſuperq; Propheta Iſaias*, multiplicabitur
* cap. 9. eius imperium, & pacis non erit finis. poſtremò Euange-
* cap. 2. liſta Lucas*, ecce euangelizo uobis gaudium magnum.

Collecta, generale nomẽ eſt ſpirituales gratias, & terrenas cõtinens actiones; quo propterea nomine, ut refert
* cap. 16. Paulus primo ad Corinthios*, venit id quod pro uſu & in pauperum alimentis exigitur. propriè uerò id genus præcum, quod ad dominum ſacerdos effundit, ſibi vult, innuit atque, ut communem poſtulationem communibus votis & præcibus adiuuemus, ne orationibus uacui
* Arch. in ca. perlectis. nu. 8. 25. diſt. in tentationem intremus*. quidnam aliud ſibi voluere tintinnabula, quibus uti iuſſus fuerat Aaron quando ingrederetur & egrederetur de ſanctuario, ut præceperat
* cap. 8. ſecundus Moyſi liber*, quàm ex eo ſonitu excitare nos ac præmonere vt toto corde ad dominum in oratione attenti perſiſtamus?

Epiſtola ad populi eruditionem deſeruiens deſignat officium, qnod Moſaica lex diu, inde ad exitum legis uerus

tus in ſpiritu Elias. Ioãnes Baptiſta exercuerat. quò Chriſto uenturo in animis hominum uiã præpararent, de quo ita fatur Euangeliſta Marcus*, uox clamantis in deſerto parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius, fuit Ioãnes in deſerto baptizans, & adhuc ita ſequitur, veniet fortior me poſt me, cuius nõ ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius, ego baptizaui uos aqua, ille baptizabit vos ſpiritu ſancto. & his accedat Propheta Malachias*, ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam; & ſtatim ueniet ad templum ſuum dominator, quem uos quæritis, & Angelus teſtamenti quem uos vultis. & ſubdit, ecce ego mittam uobis Eliam Prophetam, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis. Ioãnes enim fuit Elias in ſpiritu & virtute; at non fuerat Elias in perſona, qui multo tempore antea in perſona Ioãnis uitam fuerat imitatus, vt in tertio Regum*. epiſtola igitur, quaſi ſupermiſsio dicitur. quia ſicuti prophetæ miſsi fuere ſuper legẽ; ita epiſtola recitatur in eccleſiis atq; nunciatur ſuper euangelium miſſæ, tam quæ pauli Apoſtoli, quàm quæ Prophetarum eſt; quaſi ſupermiſsiones & nouæ legis uicariæ, hinc fit ut, dum Epiſtola legitur, ſine iniuria ſedeamus*.

* ca. 1. ex Iſai. cap. 40.
* ca. 3. & ſeq.
* ca. 17 uſque ad 20.
* Arch in c. perlectis nu. 6. 25. diſt.

Euangelium græca dictio, latinè ſonat bonum nũciũ; poſtquam dominus Ieſus Chriſtus nomen ſuum per cunctas nationes fama cœlebraſſet & aſperrimam diaboli tyrannidem funditus euertiſſet; illud per cunctas gentes voluit prædicari per rudes & indoctos homines, & ſimplicibus pueris ſimiles, de quibus ita uaticinatur pſaltes*, ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum & ultorem. apertiuſq; hos, & quatuor agnomine euangeliſtas nobis demonſtrat in hunc modum propheta Ezechielis*, & ex medio eius ſimilitudo quatuor animalium, & hic aſpectus eorum ſimilitudo hominis in eis, & quatuor facies vni, & quatuor pennæ uni; & pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quaſi planta pedis uituli; & ſcin-

* 8.
* cap. 1.

tillæ quaſi aſpectus ęris candentis, & manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus, & facies & pennas per quatuor partes habebant; iunctæq; erant pennæ eorum alterius ad alterum, non reuertebantur cum incederent, ſed unumquodq; ante faciem ſuam gradiebatur, ſimilitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis á dextris ipſorum quatuor; facies autem bouis á ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor. ſicuti enim altè exorſus eſt Euangeliſta Marcus, quaſi leo magno impetu erugiens in deſerto, ita adſcribitur ei leo, cuius uſus eſt erugire: Matthæus exorſus eſt deſcribere de homine, dicens liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraam, cum enim de homine puro, eiuſdemq; progenie loquatur, homo deſignatur per faciem hominis. Lucas initium ſumpſit á Sacerdote Zacharia, propterea ſic ait, quoniam quidē multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum & ſeq. Ioannes per Aquilam prǽfiguratur, qui, aſſumptis pennis eius ad altiora feſtinans, uti Aquilæ mos eſt, de uerbo Dei, quo nihil altius eſt, loquitur & diſputat ita, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum & reliqua. quod alta & intelligibili uoce, ac eminentiori loco, cunctis curuis aſtantibus creaturis mandatum eſt prędicari Euangelium, quaſi dominum alloquentem audiamus; proptereaq; curui aures noſtras ei præbeamus, oſtenſi parati, ne iuſſa eius

c. apoſtolicæ de conſec. d. 1.

ſpernere uideamur*.

Symbolū, a ſyn quod eſt ſimul, & bolus quod eſt morſellus, quia quilibet Apoſtolorum, qui duodecim fuere numero, appoſuit aliquid de ſuo, illudq; poſt acceptum ſpiritum ſanctum, ad infraſcriptam formam ac perfectionem redigere, undeq; duodecim fidei articuli nuncupātur. & hi ſunt myſticè duodecim illi propoſitionis recentes & calidi panes, qui ſuper propoſitionis menſam coram domino ſingula die bini proponebantur. eſt autem quadruplex ſymbolum. Niceni concilij primum conditum occaſione Græcorū qui coæternum patri non agno-

ſcentes filium, diuerſas in trinitate aſſeruere ſubſtantias*. quod poſt euangelicam lectionem ſolemnibus & feſtis quibuſdam diebus conſuetum eſt decantari propter publicæ ueritatis diuulgationem, & pacem eo tempore cum traditum eſt, eccleſiæ redditam*. Secundum eſt Symbolum Athanaſij Alexandrini Patriarchæ aduerſus hæreticos, Arianos, & Sabellianos compoſitum ac editum, quod in prima canonica hora dominicis diebus, in eccleſia, uel intra priuatos parietes mandatum eſt recitari. Tertium eſt Symbolum à Conſtantinopolitana compoſitum ſynodo, quod hodie non eſt in uſu*. Quartum uero eſt & commune cunctæ genti & re uera primo conditũ ab Apoſtolis, de quo mox infra patebit, videlicet Credo in vnum Deum; quod ad horam primam & completorium, canonicas horas, recitari eo mandatum eſt, quia nec in principio, nec in fine defecit, nec tandem deficiet eccleſiæ fides. ſub ſilentio autẽ mandatũ eſt recitari propter duplicem fidei confeſsionem in eo contentam; nec non & propter eiuſdem eccleſiæ perſecutionem, in qua fides ipſa diuulgari non potuit in principio, neque diuulgari poterit in fine propter antichriſti ingentem perſecutionem*.

* ca. pen. & c. ſi. ubi gloſſ. in uerbo, ex deo patre. de cõſe. diſt. 5. & ca. 1. de ſum. trini. in 6. & 24 q. 3. ca. quidam. §. ariani. & 15. diſt. ca. canones.

* c. conciliũ. de celib. niſ.

* gl. in d. c canones. §. 2. uerbo, quam tota.

* c. Symbolũ. & c. nõ liceat. diſ. 4. de cõſe.

Petrus inter Apoſtolos gerens primatum, ſuum primum hunc morſellum appoſuit, Credo in unum Deum patrem omnipotentem creatorem Cœli & terræ. de unitate Dei ac omnipotentia, mirabilia teſtimonia teſtificantur, nec propterea ullæ dubitant nationes, qui ſæpius nuntio ſuo ad Pharaonem Moyſi dixerat, ego ſum Deus fortis, ego dominus & præter me non eſt alius. & ſubdit Iſaias*, uos teſtes mei, dicit dominus, & ſeruus meus, quem elegi, ut ſciatis & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipſe ſum, ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit, ego ſum ego ſum, dominus, & non eſt abſque me ſaluator, ego anuntiaui, & ſaluaui, auditum feci, & non fuit in uobis alienus, uos teſtes mei dicit dominus, et ego dominus. & huic accedat propheta Oſeas*, ego aũt dominus Deus

* cap. 43.

* cap. 13.

tuus ex terra Aegyptj, & Deum abſq; me neſcies, & ſalua tor non eſt præter me.

Andreas ſubdit in hunc modum ſuum morſellum, Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum dominũ noſtrũ, vnde ita fuerat locutus propheta Habacuc*, ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. & ſequitur propheta Oſeas*, ſicut mane pertranſiit Rex Iſrael, quia puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Aegypro uocaui filium meum.

* cap. 3.

* .11. Pſal. 2.

Iacobus maior, Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine. & ita pdixerat propheta Iſaias*, ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomẽ eius Emanuel, quod eſt Chriſtus. & ſequitur Ieremias*, dicens & factum eſt verbum domini ad me dicens, priuſquam te formarem in utero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te.

* ca. 7. & ſeq.

* cap. 1.

Ioannes Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus eſt; nam dominicali die natus eſt ſub Octauiano Imperatore; paſſus autem ſub Tiberio eiuſdem Octauiani ſucceſſore, ac Pontio Pilato, qui fuerat Romanus præſes ex domo Pontia, ut refert Selua uariæ lectionis*, in quam eandẽ paſsionis ſententiam ita uaticinatur Iſaias*, & aſcendet ſicut virgultũ corã eo, & ſicut radix de terra ſitiẽti, non eſt ſpecies ei, neq; decor, & uidimus eũ, & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eũ deſpectũ, & nouiſsimũ uirorũ, uirũ dolorũ, & ſitiẽtẽ infirmitatẽ, & qua ſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eũ, uerè lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & nos putauimus eũ quaſi leproſum & percuſſum à Deo & humiliatum, ipſe autem uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra, diſciplina pacis ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus; qui & antea eodẽ loci*, ita fatus erat, in die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabũtur; & erit ſepulcrum eius glorioſum; atque ita ſubdit Paulus Apoſtolus ad Romanos*; qui ſuſcitauit Chriſtum Ieſum à mortuis, uiuificabit & mortalia

* ſecunda parte cap. 19.

* ca. 53. & c. 90.

* c 11. gl. in c. 7. de ſum. tiin.

* cap. 8.

talia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis.

Philippus, deſcendit ad inferos tertia die reſurrexit à mortuis; & idem ſentiens propheta Oſeas*, ſic antea fatus erat, uiuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, ut uiuemus in conſpectu eius. iterumq; in hæc uerba*, de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne. cui accedat Eccleſiaſticus*, penetrabo, inquit, omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dominantes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino; in quem futurum meſsiam, quo ab inferis fuerant eximendæ iuſtorum animæ, in hunc modum uaticinatur pſaltes*, non derelinques animam meam in inferno.

* cap. 6. * cap. 13. * cap. 24. * 16.

Bartholomæus Aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis; ex qua aſcenſione, cum plenitudine Poteſtatis omne accipimus donum perfectũ; quod futurũ intendens uaticinari idem pſaltes*, in hunc loquitur modum, aſcendiſti in altum, cępiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. ſedebit enim ad dexteram patris, paratus ſtans ad opitulandum cunctis eumdem implorantibus nationibus; unde Paulus ad Hebræos*, interceſſorem & aduocatum habemus in cælis.

* 68. ad Ephe. cap. 4. * cap. 4.

Thomas, Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos; & ita ſibi uult uates in pſalterio*, ego in iuſtitia apparebo conſpectui tuo, ſatiabor cum apparuerit gloria tua: & ſubdit Iſaias*, dominũs ad iudicandum ueniet cum ſenioribus populi ſui & principibus eius.

* 17. * c. 3. & c. fin.

Matthæus, Credo in ſpiritum ſanctum, quod & omnes, quamuis Barbaricæ nationes indubitatè fatentur; qui enim caſtè, pièque in hoc ſeculo uixerint, profectò non dubitant de ſalute in alio ſeculo; propterea ſpiritum ſanctum cum omni plenitudine gratiæ aduenturum uaticinatus Ezechielis*, ſic ait, & ſpiritum meum dabo in medio ueſtri. & ante ipſum propheta Iſaias*, effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſemen tuum, & benedictionẽ meã ſuper ſtirpẽ tuã.

* cap. 36. * 44.

Symon

præcedentium delictorum in ſuſtentationem Dei ad oſtẽtationem iuſtitiæ ſuæ in hoc tempore ut ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. ſubditque quoniam cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira.

Thadæus, carnis reſurrectionem, quam prædixerat Propheta Daniel *, dicens & in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro, & multi de his qui dormient in terræ puluere eui gilabunt. huic accedat Iob *, rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Dominum Deum. Poſtremòque ſubdit Iſaias *, uidebitis, inquit, & gaudebit cor ueſtrum & oſſa ueſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & reliquæ.

*cap. 12.

*cap. 19.

*cap. ſi Marc. cap. 16.

Matthias, is, ex eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti actionibus prædictis, paſsione, atque reſurrectione, ſentiens fore ut inæſtimabile, perpetuumque conſequamur ſolatium, quod antea, ut diximus, cunctis fuerat denegatum, ex morſello ſuo ita prorumpit, Et uitam æternam, unde liber ſapientiæ *, iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos mortis tormentum, uiſi ſunt oculis inſipientum mori, illi autem ſunt in pace.

*cap. 3.

Offertorium, ſiue ſecrete ex ſecunda parte huius ſacrificij Miſſæ poſt Symbolum ſubſequitur in hæc uerba, oremus, quaſi dicat Sacerdos, uos qui ad huius tanti myſterij gratiam obtinendam eſtis parati ac pręſentes; eſtote quoque mecum interceſſores; ut cum Ieſu Chriſto & Domino Deo, cuius nunc habemus memoriam, fœlices & quieti edamus ac bibamus ſuper hanc mẽſam.

Præfatio, quam ad Deum præparatorium in hęc uerba dicimus, ſurſum corda; unde totius aſtantis populi nomine reſpondet Clerus, habemus ad dominum corda noſtra, neque in alia parte uagamur. Similem in

offerendis holocauſtis modum oſtendimus ueteres obſeruaſſe ſub ſigno crucis; orante enim Sacerdote, mandato domini, populus conſueuerat reſpondere, Amen, modoq; alte, modo altiori uoce; ut tanti ſacramenti commendaretur maieſtas, fideliumq; mentes per hæc religionis & pietatis uiſibilia ſigna, ad rerum altisſimarum, quæ in eo & in hoc deinceps non in figura latent ſacrificio, contemplationem excitarentur, iuxta Concilij Tridentini decretum de ſacrificio miſſæ*.

*& de cõſe. diſtin. 1. c quando autem.

Conſecratio, in qua uires huius ſacrificij miſſæ perſiſtunt, qua panis & uinum in uerum corpus domini tranſubſtantiatur, qui deinde frangitur in tres partes, hominum tres repræſentans ſtatus*, prima pars, quæ cæteris eſt maior, repręſentat beatos, æterna beatitudine in cœlo perfruentes. Secunda repręſentat eos qui in charitate Dei cum fidei ſigno ex hac migrauere uita, nec ſatis expiati, beatas ſedes expectãt; propterea mox reponitur in pátena repręſentans ſuperpoſitum ſepulturæ Ieſu Chriſti marmoreum lapidem. tertia pars uero innuit nos, qui ſuper terram in dies peregrinamur ſanctorum gloriæ aliter participes nondum effectos eſſe; hinc intra calicem reponitur & cum Chriſti ſanguine miſcetur, ut inde populus intelligat ſe gloriæ eiuſdem Chriſti aliter participem eſſe nõ poſſe, niſi eiuſdem quoque paſſionis fuerit particeps. ex ueteri autem inſtitutione, Sacerdotibus offerentibus coram Domino is fuit modus in uſu; nam appoſitis manibus ſuper caput uituli eoq; immolato, filij Aaron magni Sacerdotis, ſanguinem eius offerebant fundentes ante oſtium tabernaculi per altaris circuitum, detractaq; pelle ijdem, uel pro tempore magnus Sacerdos ſecabat artus in fruſta, & ſubijciebat ſuper lignorum ſtruem, ordinans caput, inteſtinas, & pedes, quæ cuncta prius expurgata per aquam mundam, ſaleq; oblato in omni etiam ſacrificij genere, tradebat, ſemper adhæc Igni parato. Sin uero oblatio de ouibus, ſeu capris facienda fuiſſet, tunc diuerſus obſeruabatur modus & ritus qui ad cæteros ſpectabat Sacerdotes, ut latius demonſtrat exordium Leuitici,

*de cõ'e. diſ. 2 c. cõformę. & c. frágitur.

ci; mandante ſummo Sacerdote.

Dominicalis oratio ea eſt, quam idem Ieſus Chriſtus, iuxta Euangeliſtam Matthæum *, ore proprio compoſuit, quam dicimus, Pater noſter; nempè pro qualibet cæleſti ac terreſtri obtinenda gratia, qua cunctis diabolicis operibus renunciare profitemur, uerum profitentes Deum, qui ſolus eſt opitulator in aduerſis *, ſicuti eumdem legimus orandi modum obſeruaſſe Moyſen in ſecundo libro *, antequam legem domini eſſet ſumpturus.

* cap. 7.

Io. And. i cle. 1. de reli. & ue ne ſancto.

* cap. 34.

Agnus Dei, non dubitatur eo agnomine Agnum nuncupari Ieſum Chriſtum ab effectu, qui ad mortem ductus, omne tormentorum genus libentiſsimè tulit, ultròque turpiſsimam pro noſtri redemptione ſubiuit mortem, unde Iſaias *, omnes nos quaſi oues errauimus, unuſquiſque in uiam ſuam declinauit, & poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum: oblatus eſt quia ipſe uoluit & non aperuit os ſuum, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperuit os ſuum, de anguſtia & de iudicio ſublatus eſt, generationem eius quis enarrabit? quia abſciſus eſt de terra uiuentium, propter ſcelus populi mei percuſsi eum, & dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. ut enim paſcalis agnus, eiuſquè mundus ac immaculatus ſanguis ab occiſione primogenitorum Iſrael abluit, ut oſtendit ſecundus Pentateuchi *, ſic huius immaculati ſanguinis ſparſi memoria, non ceſſamus eumdem implorare, qui cuſtodiat nos, foueat, uiſitet, atque defendat. Agne igitur qui ballatu tuo agnouiſti matrem miſerere nobis. Agne qui obedientia tua agnouiſti patrem, miſerere nobis. Agne tertio qui te ipſum obtuliſti pro nobis, dona nobis pacem *.

* cap. 53.

* cap. 11. & ſeq.

* c. ſexū ubi Arch. diſt. 2. de conſe.

Ite miſſa eſt, hæc eſt ultima miſſæ pars, quaſi dicat Sacerdos, cum huius tanti myſterij omnis actio modo perfecta, indignationique ſit omnis impoſitus finis, modo

ite in pace benedicti* . At quia uidebatur Eccleſiæ quædam exorbitans imperfectò ; ut, uidelicet ex his uerbis, ite miſſa eſt, ſimpliciter prolatis, recederet populus; propterea que conſiderans in omni actione noſtra ad Dominum, in principio, medio, ac fine, nihil dulcius, nihilque ſuauius, atque delectabilicis eſſe quod foueat gratiam, quàm Euangelica lectio, uoluit ante diſceſſum populi condire menſam & tantum ſacrificium, per hos Euangelicos fructus, quos nobis paratos exhibet in fine menſæ.

*ex. ulces, extra uag. com de treug. & pace & de conſ. diſ. 1. c. miſſa.

OBLATIONES RECIPERE.

Quo nomine, largè ac impropriè ueniunt primitiæ tributa, & cuncta denique immobilia bona, quæ aut ex expreſſa lege mandante, aut uoluntariè tribuuntur domino ; ex lege enim ſcripta, ut oſtendit Moyſes in tertio libro Pentateuchi *, oblationes conſueuere in ſolemnitatibus offerri, in dedicationem ve altaris, uel Eccleſiæ, quæ eo tempore fuerat conſecrata; propterea ſacri canones oblationum tres ſpecies diſtinxere ; quarum prima eſt quædam donatio inter uiros Eccleſiæ facta pro redemptione peccati; iuxtaquè peccati qualitatem & diuerſitatem, ſolet eſſe diuerſa oblatio, ut ita loquitur ſecundus eiuſdem Pentateuchi *, dicens quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli prætium pro animabus ſuis domino & non erit plaga in eis, cum fuerint recenſiti; qui habetur in numero à uiginti annis & ſupra dabit prætium, ſuſceptamquè pecuniam, quæ collata eſt à filijs Iſrael, trades in uſus tabernaculi teſtimonij, ut ſit monumentum eorum. in quam rem ita loquitur quartus Regum *, omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerit in templum domini à prætereuntibus quæ offertur pro prætio animæ, & quam ſpontè & arbitrio cordis ſui inferunt in tem-

*c. 7. & c. ſtatuimus. 16. q. 1. & c quàuis de decimis.

*c. 30. & c. 35

*c 12 & gl. in d. c. ſtatuimus

templum domini accipiant illam Sacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſarta tecta domus, ſi quid neceſſarium uiderint inſtauratione, adhuc ſubdit hiſtoria, pecuniam pro peccatis non inferebant in templum domini, quia Sacerdotum erat.

Secunda fuit oblatio, quæ ad inſtar legatorum mortis cauſa fieri conſueuit, cuius occaſione hæc offerentibus legata, ſummus Pontifex, ea qua fungitur ampliori facultate, omnium peccatorum plenariam remiſsionem tribuit teſtatori*. quæ parum differt ab ea oblatione quæ pro peccato offertur à uiuentibus; in eo autem, præter cętera, ualde diſcrepans fuerat ea oblatio, quæ nõ duxerat ad perfectum.

* Alex. conſ. 209. Num. 2. uol. 2.

Tertia eſt oblatio, quæ offerebatur in templo dum ſacra fiebant, de quâ ita dominus ad Moyſen in quarto libro*, loquere ad filios Iſrael & dices ad eos, cum ingreſsi fueritis terram habitationis ueſtræ quam ego dabo uobis & feceritis oblationem domino in holocauſtum aut uictimam pacificam uota ſoluentes, uel ſponte offerrentes munera, aut in ſolemnitatibus ueſtris adolentes odorem ſuauitatis domino, de bobus ſeu de uictimis offeret quicunque & ſequentib. adeo in uſu fuerat oblatio ut, iuxta primum Regum*, nullus auderet manu uacua accedere ad templum aut Prophetas*. quibus exemplis decretum eſt per ſacros canones; maximè ſtante conſuetudine, uel neceſsitate imminente, ut ſolemni ac feſtiuo quolibet tẽpore inter miſſarum ſolemnia cuncti parrochiales teneantur oblationes offerre ſacerdoti*; eadem nempè auctoritate moniti, qua tenentur offerre decimas & primitias; cum nemo ſuis ſtipendijs militare compellatur, undē quintus Pentateuchi*, ſic fatur, non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas; quis inquit Paulus, ſuis ſtipendijs militat unquam? quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit gregem & de lacte gregis non manducat?

* cap. 15.

* cap. 9.

* c. ſi Epiſcopus. de off. ordi. in 6.

* c. 25. & 1. Corin. c. 9. & de côſe. diſ. 1. c. ſi qs baſilicã Abba. i c. cũ iter uos. nu. 3. de uerb. ſig. & in Rub. de paro. & gl. in c. oĩs Chriſtianus. de conſe. d ſt. 1. & 28 q. 1. c. iã. nunc. Deci. pedem. 99.

BENEDICTIONEM NV-BENTIBVS DARE.

ex benedictione, omnis ſancti ſpiritus plenitudo prorſus adeo tribuitur, ut noua in dominum propago efficiamur; quam in hunc modum idem nobis pollicetur ex quinto quē dicimus Deuteronomiū*, accederq; Sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus ut miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad uerbum eorum omne negotium pendet, & quicquid mundum, uel immundum eſt iudicetur. & hæc eſt ea non ſolemnis benedictio omnibus Sacerdotibus communis, in miſſa, uel extra dari conſueta, omnibusq; indiſtinctē cōmunis; ita. n. colligit Moyſes in primo libro*, Iſaac benedixiſſe Iacob fil ū ſuppoſitū à matre, in hūc modūq; dixiſſe, det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abūdantiam frumenti uini, & olei, & ſeruiant tibi populi & adorent te tribus, eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ; qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Solemnis uero ea eſt benedictio, quam ſacri canones Epiſcopo tantū communem eſſe decreuere in hæc uerba per ipſum referenda, ſit nomen Domini benedictum*; præter quem, noſuere nulli datum in hæc uerba benedicere; exemplo benedictionis, quam mandato domini magnus Sacerdos exhibere cōſueuit populo, de quā ita liber Numeri*, locutusq; eſt dominus ad Moyſen dicens loquere Aarō & filijs ei*, ſic benedicetis filijs Iſrael, & dicetis eis; benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te, oſtendat dominus faciem ſuam ad te, & det tibi pacē, inuocabuntq; nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis; & huius benedictionis effectum recenſere intendens Eccleſiaſticus*, ſic fatur, da mercedem ſuſtinentibus te, ut Prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi orationē ſeruorū tuorū, ſecundū benedictionē Aaron da populo tuo, & dirige nos in uiā iuſtitiæ. eo nēpè benedictio ex præceden-

*cap. 21.

*cap. 27.

*gl in c. miniſtrare. 26 q. 6. Anch. in cle. Archie. de pœnis.

*cap. 6.

*cap. 36.

præcedente actione grata Deo, aut benedicenti, eſt augumentum gratiæ, quia minimè benedicto cadit in eũ, qui corde contritus & ore confeſſus non eſt; hinc dicitur interdictum hominem, benedictionis capacem non eſſe, cum eccleſiaſticum interdictum ſonet indelictum.* quam ſententiam ſecutus uates in pſalterio, in hunc modum quærit & ſoluit dicens*, quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animam ſuã, nec iurauit in dolo proximo ſuo, hic accipiet benedictionem à domino. adhuc intendens idem pſaltes*, per vnigenitum Ieſum Chriſtum reconciliari omnes nationes, beatamq; conſecuturas uitam, ac deniq; omne gratiæ augumentum præſtaturum eis, ſic uaticinatur, & benedicentur in ipſo omnes gentes, & magnificabunt eũ. poſtremoq; in hanc eamdem ſententiam ſequitur & ait*, benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob, remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum, mitigaſti omnem iram tuam, & reliqua per totum. hinc dixerat dominus Deus iuxta tertium Moyſi librum*, dabo benedictionem meam uobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum. quem & adijce in quinto libro, quem dicimus Deuteronomium*, en propono in conſpectu ueſtro benedictionem & maledictionem, benedictionem ſi obedieritis mandatis domini Dei ueſtri. hincq; ſtatim cum immortalem & innocentem hominem marem & fœminam creauit, benedixit illis, dicẽs creſcite & multiplicamini & replete terram, & ſubijcite eam, nempè intendens conſeruare in ea immortalitatis & innocentię gratia, quam in ipſa creatione præſtiterat; inſuperq; augere donum procreationis filiorum. nec nõ completis hoſtijs pro peccato, holocauſtis, & pacificis Aaron, quamuis non fuiſſet iuſſus ſacra facere, maximè niſi ſemel in anno; in die ieiunij magni, cæteraq; ad placitum feciſſet, iuſſus fuerat benedicere populum Iſrael his publicis ſacrificiis præſentem; neque potuit benedicere antequam ea expedita fuiſſent, cum non adhuc eſſent

* Anch. i cle. Archiepiſcopus. nu 3. de priuileg.
* 24.
* 71.
* 85. & 115.
* cap. 25.
* cap. 11.

ſent expurgata crimina, quorum occaſione ingrediebatur in ſancta; quaſi, vt legitur in libro Leuitici*, in præmium grati ſacrificij. propterea ita præceperat Deus iuxta Moyſi quintum librum*, cuſtodi ergo præcepta & cerimonias, atq; iudicia, quæ ego mando tibi hodie ut facias, ſi poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & dominus Deus tuus tibi pactum & miſericordiam, quam iurauit patribus tuis, & diliget te, ac multiplicabit, benedicetq; fructui uentris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atq; uindemiæ, olæo, & armentis benedictus eris inter omnes populos, non erit apud te ſterilis utriuſq; ſexus tam in hominibus, quàm in gregibus tuis. & poſtquam dæmon permiſsione Dei percuſsiſſet Iob*, in cunctis bonis eius, idem dominus benedicens illi, condonauit duplices, quas perdiderat, facultates. Illud autem intereſt inter prædictam, & hanc quam nubentium benedictionem diximus; nam prædictæ benedictiones reiterabiles ſunt; hæc uerò minimè; cuius rei fuit ratio quia cum hæc benedictio fiat occaſione duorum corporum, & animorum coniunctorum in ſpiritu & carne, ſequitur ut deinceps cenſeatur impedita repetitio; nanq; & cum benedictio coniugibus communis ſit, ac quædam indiuidua actio atq; inſolidum exorta; ita fit ut alter coniugatorum, præmortuo altero, ei qui benedictus non eſt accedens, adeo benedictionis participem eum efficiat, ut ratione & uice acceſsionis nihil addi oporteat; quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis; nec non & magis dignum, quod eſt perſona non benedicta, trahit ad ſe minus dignum, quod fuerat non benedictum; unde ita dixerat Paulus ad Romanos*, ſi autem primitiæ ſanctæ, & maſſa; & radix ſancta & rami; ſi autem aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es; ſubditq; in eam rem primo Corinthiorum*, & ait, ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per uirum fidelem. hincq; cautum eſt*, ut iudex

* cap. 9.
* ca. 7. Iſai. c. 44.
* cap. 6.
* c. 11. Abb. in c. cũ eccleſiæ. de ſymo. l. q̃d cõclaue ff. de damn. infec. & l. cũ in diuerſis. ff. de religioſis.
* cap. 7.
* gl. in c. contingit. de arbi.

dex laicus, cui eccleſiaſticus ſuperadditus fuerit, uice huius acceſsionis rectè iudicare poſsit in eccleſiaſtica cauſa. nihilominus hodie eſt in uſu ut, quotieſcunque aliquis duxerit ſecundam uxorem, quæ adhuc tradita ui ro non fuerit, tunc reiteretur benedictio; ut ipſa nondum benedicta fiat capax, ac doceatur quæ & quanta ſit benedictio, & huius matrimonij ſignificatus; ſi tamen ſummũs pontifex hanc, & quancunque aliam ſciat ac patiatur conſuetudinem*.

* c. uir autẽ, ubi gl. de ſecund. nup.

SEPVLTVRAM ET EIVS OFFACERE.

Et hoc eſt octauum & ultimum Sacerdotis curati munus, & requiſitum, ad intra præſtitutum locum & conſecratos parietes cadauera ſepulturæ tradendum, ne ab immundis ſpiritibus contingat ea vexari. & ea ratione intra ciuitatem, atque in loco ubi frequens eſt populus, cautum eſt ſepeliri mortuos, ut eorumdem conſanguinei & proximi, in eum locum ſe conferentes, intuenteſq; tumulum, illorum recordentur; quorum animæ ſi in purgatorij pœnis uexentur, precibus eximantur. poſtremoq; iſta ratione in diuerſis eccleſijs ſub diuerſis ſanctorum nominibus ſepeliuntur corpora, quia eiſdem ſanctis, quibus dedicata eſt ipſa eccleſia, ſpetialiter commendantur*. & ſepulturam ex ueteri lege deductam comprobat Moyſes in primo libro*, quo loci mortua Sara in terra Chanaam hodie ciuitate Arbeæ, Abraam eius maritus ſic allocutus fuerat filios Heth, aduena ego ſum & peregrinus apud uos date mihi ius ſepulcri uobiſcum ut ſepeliam mortuũ meũ; qui uendiderunt ei duplicem ſepulturã; quę ſic duplex dicta eſt, quia, cũ eſſet in modũ cathedrę, uir in áltera, in altera uero uxor, quaſi ſedens ſepeliebat; ſuperior quædam pars quæ truncum capiebat à natalibus ſupra, dicebatur una ſpe-

* ca tempus, ubi glo. in c. grauia. 13 q. 2
* cap. 25.

ſpelunca; inferior uero pars quę pedes capiebat, crura, & fœmora, appellabatur altera ſpelunca, ut refert Ioãnes de
* q.5.nu. 88. Selua in tractatu ſuo beneficiorum*, & in hanc rem re-
* c.47.& c.fi. fert Moyſes in primo Pentateuchi*, Iacob filio ſuo Ioſeph ſic teſtatum reliquiſſe, ſi inueni gratiam in conſpectu tuo, ponam manum ſub fæmore tuo, & facias mihi miſericordiam & ueritatem ut non ſepelias me in Aegypto, ſed dormiam cum patribus meis, ut auferas me de terra hac, condaſq; me in ſepulcro maiorum meorum. At quia legitur à domino dictum, iuxta Euangeliſtã Mat
* cap.7. thæum*, nolite dare ſanctum canibus. & in eandem rę
* cap.12. in libro Eccleſiaſtici*, bene fac humili, & non dederis impio, prohibe panes illi dare; ſubditq; Propheta Ezechie-
* cap.44. lis*, & ait omnis alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne non ingredietur ſanctuarium meum; nec eccleſia iudicat de occultis, cum ſolus Deus ſit cordium ſcrutator, non dubitauit eſſe denegandam ſepulturam his, qui ex uehementi præſumptione in damnationis ſtatu deceſſerint; quales dijudicat, qui atra bili re mota, mortem ſibi uoluntariè conſciuerint. nec non qui ex aliquo eminenti loco ſeipſum præcipitem duxerit, potuerit autem ueroſimiliter ſe periturum certò ſcire; qui
* c.14. & ff. & C. de bonis eo. qui mortẽ ſibi conſci. & 23. enim, ait Eccleſiaſticus*, ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? quo uoluntariæ mortis reos certò credit diuus Auguſtinus eos, qui Medicorum præceptis pertinaciter obtemperare abnegant, ut ita refert Ioannes de Selua eo-
* prima pars q. 2. nu. 14. Eccleſiaſt. c. 38. & c. 18. dem tractatu quo ſupra*. nec propterea quicquam peccauit patientiſsimus Iob*, qui mulieri deſperationem ſuggerenti propter fortunarum ac natorum grauem iacturam, rectè ita reſpondit, quaſi una de ſtultis mulieri-
* cap.20. bus locuta es, ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus? cum inſuper, qui in ipſo adulterij crimine repertus fuerit occiſus, dignũ non eſſe ſepultura fatentur omnes, quaſi in ipſo dãnationis ſtatu, in quo repertus eſt, cũ a domino mandatũ ſit non adulterandũ,
* c. quid ergo. 23. q. 5. indubitatè obierit*; quibus adijciendũ non dubitamus publicum uſurarium, niſi tamen in ipſo mortis articulo, uel

uel antea vſuras & ſimili modo male ablata reſtituenda mandauerit; nec non & publicos latrones, quos conſtiterit nullo tempore ad pœnitentiã fuiſſe ductos, niſi poſtquam ducti fuerint ad patibulum, quo tempore non habent vnde male ablata reſtituant*; quos finali impœnitentia in ſpiritum ſanctum peccaſſe clari & aperti iuris eſt, ſaltem uiolenta præſumptione; eſt enim finalis impœnitentia quædam eſſentia, quæ nullo tempore diſſoluitur, niſi per ſubiecti corruptionem, de qua ita pſaltes*, dixit enim in corde ſuo non mouebor à generatione in generationem ſine malo, cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine & dolo, ſub lingua eius labor & dolor; & hæc multo magis, quia etiam denegatur ſepultura ex finali impœnitentia, quæ poſsit deſinere, & non deſinere eſſe (præter ſubiecti corruptionem) præſumptione; uel & præſumptione peccati in ſpiritum ſanctum, ut exẽplum traditur in Origene, qui poſt mortem anathematizatus eſt ab eccleſia uti hæreticus. & hęc eſt differentia peccati in ſpiritum ſanctum, inter peccata, quæ contingere ſolent in patrem, aut in filium; peccatum enim in patrem cenſetur peccatum per impotentiam, quia patri tribuitur potentia; peccatum uerò in filium cenſetur peccatum per ignorantiam, quia filio attribuitur ſapientia, quæ non ſolet regulariter cadere in filios, in quibus facilè cadit ignorantia; ſicuti defectus potentiæ conſueuit cadere propter ſenectutem in patres*. Ebrij in ipſo ebrietatis crimine mortui; Tabernarij; in Torneamentis proſtrati; & omnes deniq;, quos uiolenta præſumptione in damnationis ſtatu deceſsiſſe appareat, ex conſtitutione eccleſiæ, ſepultura minimè digni dijudicantur*. ex ueteri autem lege in eam rem diuerſus fuerat uſus; nam ſatis eis fuerat aut agrum emiſſe ſibi, & familiæ ſuæ, aut ſibi tantum & uxori; uel in communi ciuitas, aut communitas nulla habita ratione religioſi loci id fecerat; quia poſtquam illatum fuerat in locum cadauer, ſatis fuerat religioſus, ut ita ſentit Paulus iureconſultus libro tertio quęſtionum, de religioſis. propterea in hoc non di-

N ſcrepat

*c. quia in oĩbus, ubi gl. de uſur. regula peccatum. de reg. iur. in 6.

* p.

* gl. in c. ſi ſacerdos. diſt. 1. de pœ. & in c. ſciendũ. diſ. 2. de pœni. & in c. ueniens de tranſac.

* 23 q 8 cap. quicunque. & c. 1. de torneã. Ioã. de Sel. d. tract q. 5 nu. 90. & ſeq.

ſcrepat uetus lex quod ad ſepeliendum mortuos in ſtatu damnationis, uel per manum iuſtitiæ decapitatos; quibus prædictus locus deſcriptus poſteris, ac familiæ aſsignatus, indiſtinctè fuerat denegatus; nam ſicuti ab eccleſiaſtica ſepultura in ſtatu damnationis proſtratos reijcimus, denegantes eis quem, ſaluis, locum præſtitueramus, ſepellientes ipſos in locum profanum, ita faciunt illi ex lege; cui & hoc adijciunt, quia ut pcipit liber Deuteronomij*, non ſinunt cadauera permanere in ligno ſuſpenſa ultra diem, ſed eadem die ſepeliunt; quaſi, ut inquit ibidem lex, uideretur contaminari terra. poſtremò in eo adhuc diſcrepat uetus lex; quia ad ſolos curatos Sacerdotes iſtud ſepeliendi cadauer munus ſpectat; quaſi magis grati & accepti Deo, uideantur domino repræſentare animam eius, quem uiuum & militantem in terris cuſtodiere; unde dixerat dominus ad Moyſen in tertio libro*, leproſum adducetis ad ſacerdotem qui conſiderabit eum, & eius iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. Inſuperq; ueteres ipſi ex lege, ut oſtendit ſecundus Regum*, mutatis ueſtibus, lugubribus indutis, ſicuti Dauid obſeruauerat in obitu filij ſui ex Bethſabeę, turba multa, & nobilioribus populi concomitantibus, ad clauſtra ipſa & proprium aut communem locum, ubi nullus fuiſſet ſepultus, aſportabant prædicta cadauera, Sacerdotibus ſemper abſentibus; q, ut refert Moyſes in tertio libro*, fuerant iuſsi non tangere ea, uel accedere, ne contaminarentur: niſi ad patrem & matrem, filium & filiam. contaminatio autem ſiue acceſſus per cohabitationem in eodem tecto contigerat ubi præſens fuerat cadauer, quaſi ex ipſo recenti ſpiritu qui exiuerat, ac corrupta carne, contaminati atque immundi fieri uiderentur. at in omnem caſum accedendi ad hominem mortuum, etiam ſi pater aut mater fuiſſet, exemptus fuerat ſummus Sacerdos, qui ad eos accedere nunquam potuit, quem omni tempore oportuerat diuino cultui eſſe intentum & uacare: proptereaque ab omni

con-

* c. 21. & Ioſue. cap. 8.

* c. 13. Eze. h. ca 33. ad Hebræ. cap. 13.

* c. 12. Genſ. cap. 6.

* cap. 21.

contagione immunem; quæ, nempè cerimonialia & in figura, deſignabant pios ac religioſos homines, non debuiſſe habere commertium cum peccato contaminatis; non enim tangens cadauera, uel apud ea cohabitās, poteſt aliquid mali commiſiſſe dici, cum inter miſericordiarū opera ſepultura connumeretur. qua de re uates in pſalterio*, poſt graue homicidij per Iſraelitas perpetratum facinus, intendens cum eo ipſo facinore ſimilem commiſſam impietatem recolere, ſic ait, poſuerunt cadauera ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ; effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Quod ad modum exequiarum funeralium, is fuerat ex lege mos obſeruatus; nam mortuo Patriarcha Iacob filius & cæteri fratres & filij fleuerunt quadraginta diebus antequam attuliſſent cadauer ad prædictam ſepulturam in Hebron, ubi Adamus primus homo fuerat ſepultus; deinde planctum magnum ſeptem diebus fecerunt; quos dicimus ſeptimas. ſicuti enim, vt refert Moyſes in ſecundo libro*, dominus mandauit populo Iſrael, vt in memoriam exitus de Aegypto azimorum ſolemnitatem ſeptem diebus ſolemniter obſeruarent; ita tanto tempore credunt eſſe lugendum. aliam & philoſophicam rationem adducunt, dicentes animam è corpore egreſſam, q̄ ſemper lugens & inuita exit, proptereaq́; exoptat illi ſemper uniri, circumuolare ſepulturam per ſeptem dies continuos; hinc immediatè deſtruunt locum, ac ſeptem diebus abſtinent ab uxoribus, quaſi eo tempore præſens anima uideatur, gemitus & luctus audiens; ad huc obſeruant luctus per triginta dierum ſpatium, vt traditur exemplum in Obitu Moyſi, iuxta librum Deuteronomij*, & in eo diſcrepant ab inſtitutis Aegyptiorum; qui, poſtquam cadauer fuerat aromatibus cōditum, fleuere quadraginta diebus, deindeq́; ſeptuaginta; propterea hunc legimus inſtitutum & uſum in Obitu Iacob obſeruatum in Aegypto, quo loci diem

* 78.

* cap. 12.

* cap fin.

ſuum peragiſſe comprobatum eſt. poſtremò hebræi ipſi fatentur defunctorum filios patrem lugere per totum ſubſequentem annum, eumdem eo anno elapſo, ab omni reatu ſtatim immunem fieri, putantes. Nos autem, quamuis in aliqua parte imitemur eos; ex diuerſis tamẽ rationibus diuerſos uſus obſeruamus. nam quandoque tertium commemoramur diem, triduanam domini ſepulturam repræſentantes, quaſi ex his triduanis præcibus, uideamur de inde certam animæ defuncti expectare ſalutem; exemplo eiuſdem ſalutis, quam ex reſurrectione ſua incomparabilem nobis præſtitit idem dominus Ieſus Chriſtus. alij mandant ſeptima die ſolemnem cœ-
cap. 19. lebrari miſſam, moti autoritate quatri Moyſi libri *, qua cautum legitur, ut qui cadauer tetigerit, per ſeptem dies dijudicetur immundus, quaſi, cum ipſi ſuperſtites contaminati ſint, pariter tanto cenſeatur ſeptem dierum tempore contaminatum cadauer, unde dominum exorent, per quem ab ea contaminatione mundetur. alij curant trigeſimum commemorari ab eccleſia diem; quem in obitu Aaron & Moyſi obſeruatum legimus; adhuc ea ratione quia ter decem, hunc tricennariũ conſtituunt numerum, fingentes trinitatem per ter decem, quod eſt decalogum Moyſi; ut, quod in obſeruatione decalogi omiſerint, & contra trinitatẽ peccatum fuerit (quæ Dei magna eſt miſericordia) eis condonetur. tertio hæc eo commemorari dicitur, quia cum curſus Lunæ dierum triginta ſpatio expediatur, quo exitus dignoſci conſueuit, ita determinarunt triginta dierum ſpatio exequias expediri. nonnulli centeſimum commemorantur diem ut à leua in dexterã, à militia in triumphũ, à terra in cœlũ, à miſericordia in gloriam, à morte ad æternã uitã fidelium defunctorum animæ poſtremò perducantur; æternam enim beatitudinem eis exoptant, quæ per centennarium deſcribitur, ultra quẽ non eſt alius præfinitus numerus, quaſi pro eis dominum in infinitum precati eſſe uideantur. Anniuerſarium commemoramur triplici de cauſa. primo ut de calamitatis annis, ad

æternitatis annos,ac æternam uitam,quæ ſine fine eſt, & quaſi in ſe reuoluitur, defunctorum animę perueniant. Secunda adſcribitur cauſa, quia ſicuti ſanctorũ anniuerſarium cælebramus ad eorum perpetuam memoriam & gloriam, noſtriq; ſingulare ſolatium; ita hoc defunctorũ anniuerſariũ ad ipſorum ſolatiũ ac præſidiũ; noſtriq; deuotionem ac ſolatium commemoramur. tertia adducitur cauſa, quia tutiores nobis ipſis uidemur,dum proſumus eis, quos neſcimus an bene ſit ipſis, & ita refert Selua in dicto tractato beneficiorum*. hincq; tam ex ueteri quàm noua edita lege, traditum eſt quatuor eſſe hominum genera. Valde malos. Mediocriter Malos, & Mediocriter Bonos. Et valde Bonos. Valde malos hos appellamus, de quibus in hæc uerba loquitur uates Dauid in primordio pſalterij, Ideo nõ reſurgent impij in iudicio; neque peccatores in concilio iuſtorum. nam cum impij homines ac ſceleſtes, ſcelerum furijs agitentur, profectò non poterunt in iudicio perſiſtere, ſed cadent, condemnatiq; & ſecluſi à cœtu & concilio piorum in perpetuas tenebras relegabuntur, cum ſummus ille omniũ dictorum factorumquè iudex ab ijs rationem expoſcet. uel hos impios dicimus, qui falſas religiones colunt, ut Turcæ, & Iudæi; & omnem contemnentes naturam; diuinam deniq; uim funditus tollentes. Peccatores uero in eumdé caſum dicimus eos, qui ueram quidem profitentur religionem, ſed flagitiosè ac turpiter uiuunt, cuiuſmodi ſunt quàmplurimi, qui ſe Chriſtianos numerari uolunt, cum tamen Chriſti ſimiles in uiuendo eſſe nolint, uera credentes, non tamen uiuentes ut credunt. & in hoc ab impijs diſcrepant, qui ſe Chriſtianos minimè uolunt appellari falſa falsò credẽtes; quos propterea male de Deo ſentientes, impios appellamus; qui in iudicio non uocabuntur ſaltemue non conſiſtent, quia faciem domini contempſere; etiam in aliqua minima legis parte eumdem dominum offendentes, quod ad æterna prœmia; propterea ita meminit Moyſes in quinto libro*, dicens maledictus qui nõ permanſerit in ſermonibus legis huius

*q. 5 nu. 90 uſq; ad nu. 96

*cap. 27.

huius nec eos opere perficit, & dicet oĩs populus amẽ; un
a c.3.& 4.Eſd. o.14. de Euangeliſta Ioannes*, non enim miſit Deus filium ſuũ
in mundum ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mũdus
per ipſum, qui credit in eum non iudicatur, qui autem nõ
credit iam iudicatus eſt; quaſi dominus dicat, non iudi-
catur de peccatis antea commiſsis qui credit in Deum,
quoniam credendo, illorum conſequitur remiſsionem,
fitque gratiæ domini particeps; qui uero non credit, iam
iudicatus eſt, hoc eſt ius pęnale ſibi dixit, iam à ſalute ex-
cluſus exiſtens; unde idem Euangeliſta ſubdit, quia non
credidit in nomine unigeniti filij Dei. at peccatores ſiſtẽ
ad Tribunal Dei totius uitæ redditurí rationem; etiam ſi
una cum impijs à ſanctorum omnium cętu ac communib
ne procul eis abſiſtendum ſit; quos omnes ex criminis
qualitate & grauitate, ſummus rerum conditor uarijs tor
mentorum generibus uindicabit; pro quibus nulla indu
bitatè adiumenta ſunt. Aduentẽtes duplex iudicium eſſe;
alterum particulare, alterum uero generale. particulare
a cap. 23. illud eſt de quo mentionem facit Euangeliſta Lucas*,
ſumpta occaſione de latrone, qui dum in cruce pẽderet;
cõuerſus ad dominum dixit; memento mei domine cũ ue
neris in regnum tuum, qui ſic illi reſpondit, amen dicó
tibi hodie mecum eris in paradiſo, propterea minimè
dubiũ eſt quin in ſtatu gratię obeũtes, in manu Dei ſint;
a cap. 3. & hoc eſt quod inquit liber ſapientiæ*, iuſtorum animæ
in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis,
uiſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pa-
ce. Alterum eſt iudicium quod generale dicimus, de quo
a d.c.fin. meminit Propheta Iſaias*, futurum ad omnium & quo-
rumcunque peccatorum maiorem, quàm antea patieban
tur, afflictionem, econuersòq; ad maiorem electorum
cõſolationem, cum anima corpori uniri ſemper exoptet
ad capeſcendam eam delectationem, quam quilibet hu-
manæ carnis ſocius capere conſueuit; hincq; maiori per-
fruetur delectatione, cum non adhuc prolata generalis
omni carni ſententia, proferetur demũ amicis & bene-
[illegible] uolis

uolis, quorum habebitur cognitio, in unum redactis & ſub uno duce ad cęleſtem gloriam militantibus, relicta ponderoſa carne, quam neceſſe fuerat omnes aſſumere abſque ulla deformitate nudos*. * Arch. i c. nemo. diſ. 1. de conſe.

Mediocriter bonos dicimus eos, quibus adeo proſunt ſuffragia, ut à purgatorij pœnis exempti, immediatè ad cœleſtia conuolent regna; quos, & diuerſis conſideratis rationibus, mediocriter bonos appellamus. quia primo à perfecta charitate & bonitate deficiunt; dum patiuntur mala in eo loco, quem purgatoriũ appellamus; eſt enim ibi tormentum maius, quod in hoc ſeculo expectari poſſit; nec maius in hoc præſenti ſeculo paſſum aut ſufferendum malum, poteſt æquiparari minori malo quod in ipſo purgatorio expectamus*. Secundo mediocriter bonos dicimus, quia ſub certa ac indubitata ſalutis æternæ ſpe degunt, perſolutis omnibus contractis in hoc ſeculo debitis, aut per condignã eodẽ loci ſeptennem in quodlibet crimen pœnitentiã; aut per charorũ ęlemoſynam; aut cognatorũ ieiunium; aut ſanctorũ præces; Sacerdotumve oblationes, necnon præces*, quia nihil coinquinatũ poterit ingredi in regnum cœlorũ. propterea ita loquitur Iſaias*, & erit ibi ſemita & uia ſancta uocabitur, non intrabit per eã pollutus, & hæc erit uobis directa uia, ita ut ſtulti non errent per eã. Sed in eã improbandi purgatorij ſententiam ita fatur peruerſus hęreticus ex libro Eccleſiaſtes*, ſi ceciderit lignum ad Auſtrũ, aut Aquilonẽ, in quocunque loco ceciderit ibi erit; quaſi dicat inter Auſtrũ & Aquilonẽ nullũ datur mediũ; propterea, ſicuti moriens ſub ueniali crimine, illi ſuperaddito mortali, in Aquilonẽ cadit, uidelicet in reproborũ ſenſũ, ubi nulla inde exeundi ſpes relicta eſt; ſimiliter credunt morientem ſub ueniali peccato ſtatim aſcendere ad Auſtrũ, hoc eſt in electorũ locũ. cui proculdubio facilis eſt aduerſus hos reſponſio; nam cum, ut meminit Iob*, Limbus, quem ueteres ipſi infernum & pœnarum locum dixere, ſanctis patribus, & quibuſcunque corde & carne ſimul circumciſis fuerit paratus, ſi tamen prius expurgati eſſent in lo

* gloſ. in c. ad hoc. § hæc de malis. uerbo, § baptiſmo. 3 2. diſ. & in c. tẽpus. & i c. pro obeũtibus. ubi Arch 13. q. 2. * c. animæ. 13 q. 2. * c. 35. * c. 11. & Iſai. c. 14. * c. 10. & Gentis. c. 37.

illum

co

copurgatorij, ſi opus fuiſſet paradiſi autem uia & aditus eſſet cunctis: reclusus ante Ieſu Chriſti aduentum, de qua ita loquitur pſaltes*, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem; nempè intendens inducere alloquentem Ieſum Chriſtum; per quem omnes prædictæ carnes inde fuerant eximendæ; idemq; pſaltes*, ita ſubdit niſi
* 27. crediдiſſem me uiſurum bona domini in terra uiuētium; quæ non poteſt non intelligi niſi de medio globo inter auſtrum & aquilonem aduerſus eos qui leui crimine uexantur; hinc poſtremò rurſus ita ſubdit & fatur aduerſus
* 52. futuros ſceleſtes*, propterea Deus deſtruet te in æternū tollet te de tabernaculo, & radicem tuam de terra uiuentium; è conuerſo autem damnatorum unicus & eo tēpore relictus eſſet locus, ea de cauſa expreſsiorem non habemus in ueteri lege mentionem de purgatorio, ex-
* cap. 12. cepto libro ſecundo Machabeorum*; necnon & quod ad effectum ipſum uſq; ad Meſsiæ diu expectati ſaluatoris aduentum, quo fideliū animæ inde exemptæ fuere, tunc fuerat incognitum: ea igitur ratione, quia modo aperta uia ad cœleſtem patriam, nihil coinquinatum, paradiſum ingreditur, non dubitamus neceſſarium eſſe ante omnia per medium globum ea crimina minuta expurgare. Nam aut aliquis ſub mortali crimine moritur, quo caſu nullo pœnitus pœnitus diſcrepante, omnes gentes conueniunt hunc perpetuo carceri ſtatim mancipari, ubi nullus ordo, aut ſpes inde exeundi relicta eſt. Aut moritur ſub ueniali, tunc & eo caſu neceſſario fatendum eſt hunc minime ad inferos ſiue ad damnatorum locum deſcendere; minuſque ad cœlos aut æternam beatitudinem conuolare, donec cuncta pœnitus expurgata fuiſſe conſtiterit. quidnam aliud ſibi uult hęc oratio, peccatum ueniale, quàm ipſo uocis ſono, quandam ſignificare minutam maculam, uenia dignam? quod ſi ſecus foret, ſequeretur ut, ueniali macula coinquinatus, quem legimus in ueteri lege iuſtum fuiſſe expurgari prius, ingrederetur ad cœlos; aut ad perpetuos relegaretur carceres, quem,

nulli

nullibi legimus, & ut ſæpius comprobatum eſt, ex eo minuto crimine quæ innumera ſunt, ad mortem fuiſſe dãnatum; Deus enim iuſtus iudex & uindicans, nullum malum impunitum, nec ullum bonum irremuneratum dimittit, unde ſic loquitur Iob*, ſi peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe nõ pateris? & ſi impius fuero, væ mihi eſt, & ſi iuſtus non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria. & ſequitur Ezechielis*, omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabũtur, in præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur, & cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam uiuificabit, idcirco unumquenque iuxta uias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait Dominus Deus. & idem Dominus intendens omnia expurganda eſſe uenialia etiam crimina, ne dum ſcienter, ſed etiam per ignorantiam commiſſa; qualia erant cerimoniæ, quę omiſſe induxere ueniale, ſic affatur Moyſen in tertio libro*, anima ſi præuaricans cærimonias per errorem in his quæ domino ſunt ſanctificata peccauerit, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatũ de gregibus; & ſequitur anima ſi peccauerit per ignorantiã, feceritq; unum ex his quæ domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam, offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti iuxta menſuram, extimationemq; peccati, qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit, & dimittetur ei. Adhuc purgatorium recipimus ex ſententia Pauli primo Corinthiorum*, in hæc uerba, & unuſquiſque opus quale ſit ignis probabit, mercedem accipiet, ſi cuius arſerit detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem; ignis procul dubio pro rigoroſo in altero ſeculo examine ſumitur; quemadmodum enim ignis ſupremum obtinet in examinando locum, ita iudicium domini cunctas operis conditiones ſcrutatur ac diſcutit. cui & accedat Matthæus*, eſto, inquit, conſentiens aduerſario tuo dum es in uia cum eo ne tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te

*c. 10. & de pę ni. diſ. 5 c. 1. ubi gl. uerbo, reus, & de pę ni. diſ. 1. c. põt.

*cap. 18.

*c. 5. & c. 11. gl in c. ſale. de cõſe. diſt. 3.

*cap. 3.

*cap. 5.

miniſtro, & in carcerē mittaris, amen dico tibi nō exies inde, donec minimum quadrantem reddes. unde ſumentes argumentum à contrario ſenſu, illud ſequitur dicendū, vt aliquo tēpore ſub hac cōditione exitus inde detur, reſtituto minimo quadrante per eū modū, quē nuper retulimus; neque is carcer poteſt non eſſe purgatorium & medius globus, quia ſi eſſet infernus & æternalis damnatorum locus, non dubitamus dari exitum; unde ita di-
a d. c. fin. xerat propheta Iſaias*, & egredientur, & uidebunt cadauera uirorum qui præuaricati ſunt in me, uermis eorum non morietur, & ignis eorū non extinguetur. poſtremoq; eamdē hanc purgatorij pœnā recōſet dominus iuxta Euā
a cap. 12 geliſtam Matthæum*, dicens quicunque dixerit uerbum contra ſpiritum ſanctū no remittetur ei in hoc ſeculo neque in futuro, niſi enim aliqua in futurum daretur remiſsio, fruſtra addidiſſet; non remittetur ei neque in futuro ſeculo. Quibus adijciamus id quod refert hiſtoria
a cap. 3. ſecundi Regum*, ubi mortuo militiæ principe Abner, Dauid Rex ad Ioab & ad uniuerſam multitudinem dixit, ſcindite ueſtimenta ueſtra, & accingimini ſaccis, & plangete ante exequias Abner. & cæteris uolentibus præbere cibum, ſubdit in hunc modum, hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panē uel aliud quicquā. quæ res & abſtinentia nihil aliud ſibi myſticè uoluit, quàm pro redemptione animæ eius, ſeipſum totū ſacrificaſſe & humilitatis actū exercuiſſe, & cōmunis hęc recipitur ſententia ex mortuorū miraculis (ſpeciali Dei diſpoſitione) apparentibus nobis uiuis: in tranſfiguratione enim domini noſtri Ieſu Chriſti, apparuit ei ac diſcipulis Moyſes, quē certū eſt multo tēpore ante fuiſſe prædefunctū, vt legitur in fine Pētateuchi. inſuperq; in pri-
a c. 28. Arch. ſ mo Regum*, Prophetā Samuelem, iā diu prędefunctū, Sau
c. ſaccedum. 13 li uiuo futura prædixiſſe, uidelicet eum moriturum, &
q. 2. caſurum in manus inimicorum ſuorum; ſi enim medius non adfuiſſet globus, profectò hi nobis nunquam apparuiſſent; & in eam ſententiā exiſtentis purgatorij, inquit diuus Auguſtinus in libro de Cura pro Mortuis gerenda,

cum

cum Mediolani eſſemus; audiuimus, cum debitum à quoddam defuncti patris repeteretur, cautione prolata, quod filio neſciente à filio fuerat perſolutum, contriſtari hominẽ grauiſsimè cœpiſſe atq; mirari, q pater moriens non dixerat quid deberet cum feciſſet teſtamẽtum; cui nimis anxio pater eius in ſomnis apparuit, & ubi eſſet repoſitum, & quòd illa cautio euacuata fuerat indicauit, quo inuento iuuenis atque monſtrato, paternum recepit Chyrographum, quod pater non receperat.

Valde bonos autem appellamus eos, qui aut ſatis igne expurgati fuerint; aut in perfecta charitate ſtatim morientes receſſerint; de quibus ſæpius dictum eſt, Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt; nec vtiles propitiationes ſunt, quia cum illorum animas omni plenitudine gratiæ imbutas ad cœleſtem perueniſſe gloriam non dubitemus; pro ipſis dominum exorantes, iniuriarum actione tenemur; cum ſanctitati & gratiæ, quam adepti ſunt, nihil addi poſſe videatur, neque ſit eis paſsionum aut actionum noſtrarum cura; niſi tamen ſpetiali quadam indulgentia permittatur à Domino, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum.

FINIS.

ERRATA.

Pag. 58. *lines* 12. *lege ex pro eſt.*
pag. 63. *li.* 12. *l. altercationes, pro alterationes.*
pag. 43. *li.* 3. *l. ad, pro &.*
pag. 45. *li.* 24. *l. à pro in.*
pag. 40. *li.* 33. *l ſex pro octo.*
pag. 77. *li.* 13. *l. & pro ut.*
pag. 73. *li.* 32. *l. confugiet pro confugit.*
pag. 75. *li.* 25. *l. quemlibet pro quamlibet.*
pag. 76. *li.* 33. *l. os pro ex.*
pag. 77. *li.* 32. *l. induere pro inducere.*
pag. 83. *li.* 10. *l. exaudiet pro exaudit.*
pag. 87. *li.* 6. *l. conuerteretur pro conuerterentur.*
pag. 89. *li.* 1. *l. conſueuit pro conſueuerit.*
pag. 90. *li.* 22. *l. fœminæ pro familiæ.*
pag. 97. *li.* 26. *l. ductus pro ducta.*
pag. 101. *li.* 7. *l. necnon pro nunc.*
pag. 101. *li.* 35. *l. exarſerat pro exanierat.*
pag. 102. *li.* 5. *l. reuerteretur pro reuerterentur.*
pag. 111. *li.* 34. *l. quia pro qui.*
pag. 121. *li.* 34. *l. debita pro debitæ.*
pag. 135. *li.* 34. *l. comprobarunt pro cõprobauimus*
pag. 118 *li.* 30. *l. elatus pro eatus.*
pag. 70. *li.* 24. *l. adquirimus pro ad quiſimus.*
pag. 225. *li.* 18. *l. exuuijs pro excurijs.*

REPERTORIVM.

AArō fuit magnus ſacerdos, collega Moyſi in multis negotijs. 33
Abbas quando præferatur cæteris ordinibus. 55. & 57
Abſolutionem peccatorum conſequimur tribus modis. 223
Acceptio perſonarum quando habenda ſit in electione. 184
Accidentia in hoc mundo habent diuerſos ſignificatus. 210
Accidia quid ſit. 125
Actio Dei eſt noſtra inſtitutio. 17
Adam permanſit ſeptem horis in Paradiſo. 2
Adami inobedientia pertulit tria incommoda. 3
Adam ſi uiueret, non poſſet nobiſcum copulari. 3
Aduenæ & forenſes non contriſtandi. 146
Aduentus Meſsiæ multis medijs comprobatur. 200. uſq; ad 206
Adulatio quot committatur modis. 194
Adulterium fuerat ante legem punibile. 156
Alba quid ſignificet. 259
Altare à quo primo fuerit inſtitutum. 258
Altare ubique erigi nequit. 258
Altare unum non eſt detegendum, ut aliud tegatur. 170
Amico ſubueniri quando non liceat. 180. 181
Angeli lapſi erant antequam Adam fuiſſet creatus. pag 1
Angeli miniſtrant nobis demiſſu à Domino. 43. 47
Anima exoptat uniri corpori. 286
Anniuerſariorum uariæ fuere cauſæ. 284. 285
Appellatio non impedit electionem ad beneficia. 185
Apoſtoli omnes compoſuere ſymbolum ex ueteri & noua l. deductū. 267. uſque ad 271
Aqua in baptiſmo quare requiratur. 236
Aquarum multitudo in terra Aegypti quid ſignificauerit. 209
Arca federis quomodo fuerit facta & cuius ordinis. 255
Archidiaconus qui, & unde dicatur. 57
Archiepiſcopi unde dicti fuerint. 53
Aſpectus domini ſumitur in bonam partem. 217
Aſtrologi quando reprobentur, & eorum iudicia. 98. 99
Autoritas ſummi pontificis & Petri. 27

Baptiſmi

B

BAptiſmi forma quomodo concipiatur. 237
Baptiſmus à quibus conferri poſsit. 237.& 238.
Baptiſmus quid ſit, & quotuplex. 234.235
Bellum quot modis iniuſtum cenſeatur. 154.155
Beneficia dupliciter conſiderantur. 182.183
Beneficia non debent conferri in ignarum. 181
Benedictio nubentibus quare, & quando reiteretur. 278. 279
Benedictio quid ſit, & quotuplex. 276. 277
Blaſphemi qui ſint. 103. 104
Boni ualde, & ualde Mali, & mediocriter boni & mali qui ſint. 285. uſque ad finem.

C

CAdauera quanto tempore lugebantur. 283
Calix quid ſignificet, & quot ſumatur modis. 261
Canonici repræſentant uniuerſam eccleſiam, & quibus præferantur. 57
Capellæ in Eccleſia ſunt conſtitutæ ad ſimilitudinem tabernaculi. 256.257
Carnem ſuam nemo odit. 170
Carnis eſus non fuerat indictus ante diluuium. 141
Caſtitas animi præfertur corporis caſtitati. 192
Caſula quid nobis ſignificet. 261
Caſus delegari poſſunt propter negotiorum magnitudinem. 220. & 221
Caſus papales taciti, uel expreſſi qui ſint. 220.& 222
Caſus reſeruati delegantur. 221
Cauſam dare quid ſit. 173
Cerimonialia quæ ſint. 11
Cerimoniæ quid ſignificant. 253
Chriſtiani unde dicti ſint. 18
Chriſtus dictus eſt Agnus, & quare. 273

Chri-

Chriſtus natus eſt die dominica, & ſub quo Imperatore paſſus ſit. 268
Cingulum quid repræſentet nobis. 260
Ciuitates fugitiuorum quæ fuerint leuitis aſsignatæ. 40
Clauis ſiue poteſtas eſt duplex. 32
Clericatus ſiue Sacerdotis ordo nulli competebat, niſi Leuiticæ progene. 249
Clerici iuſtè poſsident mobilia, & immobilia. 175
Clerici quare prohibeantur habere uxores. 160.161
Clerici quomodo pro benefatoribus orabant, & orant. 80
Clerici quomodo redditus diſtribuant. 181
Collatio ordinum quomodo olim, & a quibus conferebatur. 249
Collecta quid ſignificat. 164
Comedere lignum ſcientiæ boni & mali, eſt uelle æquiparari Deo. 2
Concubina in locum uxoris permiſſa fuit. 159
Concubinæ plures habuere Iſraelites, & quid ab uxore differant. 156
Confeſsio auricularis eſt de iure diuino. 76. & *eius partes quæ ſint.* 68. & 76. 78. 79
Confeſſorem idoneum non eligentes quando excuſentur. 74
Confeſſoris partes quæ ſint, ac confeſsionis. 84. 85
Confirmatio quid ſit, & eius miniſter, materia, forma, ac effectus. 238. 239. & 240.
Conſilium præſtans quando magis & minus puniatur. 171. & 173
Conſuetudo quid ſit, & quæ recipiatur, uel non. 60. *uſque ad.* 62
Contritionis effectus magnus eſt. 226
Contritionis effectus quantus ſit. 197
Cor hominis dignoſcitur ab effectu. 88
Correctio paterna quid ſit. 211
Crucis ſignum unde traxerit originem. 68.69
Culpa quare infixa ſit in poſteros Adami. 4.& 5
Culpa quomodo remittatur, & quæ ſit. 224
Cura nulli competit, niſi ſpetialiter præſtita fuerit facultas. 220

Cura

Cura quid ſit, & unde deriuetur. 59. & 60
Curati officium quale ſit. 57. uſque ad. 59

D

Damni dans cauſam, cenſetur dediſſe damnum. 171
Dauid quare non fuit abiectus, ſed Saul Rex. 88
Dæmones præſciebant aduentum Meſſiæ, ignorabant autem diem præciſam. 95
Decima quid ſit, & quotuplex ſit. 127
Decimæ quæ offerri conſueuere ex lege. 127. uſque ad. 131
Defendere debemus facto homines & amicos. 192
Degradatio quid ſit, & unde fuerit deducta. 229
Delegatio conceditur propter magnitudinem negociorum. 231
Delictum altero grauius eſt diuerſis conſideratis. 86
Deſiderium quid ſit. 171
Deum tentare nemo debet. 97. 98
Deus nihil imperfectionis nouit, nec mentitur. 28. 44
Deus non accipit perſonam potentis. 84
Deus quare ordine progreſſus eſt in creatione mundi, & quare fingit ſe hominem. 215. 216
Deus quid ſit, & ei debentur prima officia. 90
Deus reſeruauit ſibi multos caſus in ſignum ſuppremi Imperij. 221
Deus ſemper naturaliter operatur. & quare. 215. 216
Deus ubiq; eſt pluribus modis. 109
Dictio donec quid importet. 201
Dictio omnino quid importet, & dictio omnis. 91
Dictio, ut, & dictio, ſi, operatur modum. 91
Dies eſt duplex, aut naturalis, aut artificialis. 124
Dignior cenſetur qui magis experiens eſt data aliquali paritate doctrinæ. 183
Dignitates, & gradus quare fuere diuiſi. 55
Diuinatoria ſors quæ ſit. 96
Duobus eminentibus malis, minus eligendum eſt. 188. 189

Eccle-

E

Ecclesia quid ſit. 16
Ecclesia non claudit græmium pœnitentibus. 87
Ecclesia poteſt habere theſauros. 170
Ecclesiæ ædificantur adinſtar templi ex uet. lege. 255. uſque. ad. 257
Ecclesiæ multæ quare hodie ubi que fuere conſtructæ. 258
Electio in eccleſiaſticum beneficium quomodo fiat. 180.181
Electionem dignioris impediens, tenetur ei ad refect. damni. 184
Epiſcopatus fuere diuiſi, & quomodo. 54
Epiſcopi fuere quadripartiti. 52
Epiſcopi unde dicantur, & quanta eorum autoritas. 52.53
Epiſcoporum caſus reſeruati qui ſint. 220.& 222
Epiſtola quid ſignificet. 264.265
Euangelium quare in fine miſſarum dicatur. 273
Euangelium quid ſit, & unde Euangeliſtæ deducti fuerint. 265
Eucharistia quid ſit, & eius miniſter, materia, ac effectus. 240. uſque ad. 244
Excommunicatio quotuplex ſit. 227
Excommunicatio unde traxerit originem. 227
Excommunicatio alia eſt à iure, alia ab homine. & uarius eſt effectus. 229
Excommunicationis maioris ordo & effectus qui ſit. 228
Extremæ unctionis quotuplex ſit ſpecies, & quæ ſit materia, miniſter forma, atque effectus. 245.& 246

F

Falſitas quando inducat mortale crimen. 195
Falſum quid ſit, & quid differat à mentiri, & mendacio. 191. & 192.
Feriæ quid ſint, & unde dicantur. 126
Feſti dies qui ſint, & quo tempore incipiant. 124
Fides mentita meretur pœnam. 143

Filij attrahunt patris crimina, & quomodo procedat. 137. *uſque ad.* 141
Forma ordinum, ac materia quæ olim ex uet. lege fuerat. 249
Fornicatio quos malos producat effectus. 163
Fornicationum alia duplex, alia ſimplex eſt. 86
Fratres nobis qui cenſeantur. 144
Fugitiuorum ciuitates quæ fuerint, & quot. 154
Furti pœnæ reſtitutio quæ fuerit. 166. 167. & 168
Furtum quid ſit, & quando promittatur. 164

G

Gehenna quid ſit. & quotuplex. 142
Genius quid ſit, & quid operetur. 6
Gratia gratis data, & gratũ faciens quæ ſit. 106
Gula quid ſit, & quot eius ſpecies ſint. 163. 164

H

Hebræi non credunt expectatum Meſsiam remiſſurum peccata. 270
Hebræi non debent de templo ita facile reijci. 136
Hebræi quanto tempore, & quot uicibus fuerint captiui. 197. *uſque ad.* 199
Hebræi non ſunt diſperdendi, quãmuis aſsiduus cum eis uſus interdicatur. 145. & 149
Hæretici euitandi ſunt & quare. 102
Homicidæ fortuito caſu habuere ciuitatum refugia. 40
Homicidium caſu eſt excuſabile. 73
Homicidium in iuſtum grauius eſt quàm in iniuſtum. 86
Homicidium iuſti hominis grauius eſt quàm iniuſti & quare. 185
Homicidium perpetratum in chriſtianum quando grauius ſit, quàm in Iudæum. 86. 87
Homicidium quotuplex ſit. & quando permiſſum ſit. 148. 150. 151
Homo eſt conditus ad imaginem & ſimilitudinem Dei, & quomodo.

modo. 5
Homo eſt pronus ad malum. 84
Homo hominem dyudicat. 74
Homo quomodo ducatur à Deo. 207. & 208
Horæ canonicæ quot ſint, & unde duxerint originem. 80. *uſque ad.* 84
Hoſtes noſtri qui ſint, & quorum auferantur bona. 149.150
Hoſtia quare in tres frangitur partes. 272
Humerale ſiue Amictus quid ſignificet. 259
Hypocritæ qui ſint. 194

I

Idolatria unde dicatur, & à quibus ſit orta. 90
Ieiunia cano. ſecundum hebræos quæ ſint. 118. & 119
Ieiunia quid operentur. 120
Ieiunij dies qui ſint de præcepto, & quando incipiat dies. 122. 123
Ieiunij quatuor tempora unde deducta ſint. 123
Ieiunium quid ſit, & unde dicatur, & quotuplex. 121
Ieſus Chriſtus fuit uerus Meſsias. 221
Ignis mandato domini apponitur ſuper altari. 259
Ignorantia aut eſt ex culpa, aut ex negligentia. 72
Ignorantia aut inuincibilis, aut uincibilis eſt. 71. 73
Ignorantia eſt ualde periculoſa. 144
Inceſtus maior eſt adulterio. 86
Inditia multa præcedunt iram domini. 208. 209
Ingreſſus in templũ quot uicibus erat, & in ciuitatem Ieroſolymam. 128. 129
Inimicus diuerſimodè conſideratur 149
Inimicus quomodo ſit diligendus. 148. *uſque ad.* 155
Interdictum quid ſit, & quotuplex ſit. 231. 232
Introitus quid ſit, & unde duxerit originem. 263. 264
Inuidia quid ſit, & quæ bona ſit. 107. 108
Ioannes Baptiſta fuit in ſpiritu Elias, ac præcurſor domini. 265
Ira quid ſit, & quæ non punibilis. 142
Irregularitas quid ſit, & quot contingat modis. 230

Iubilæus quid ſit, & eius effectus & uarietas, & unde deducatur. 224.225
Iudæi quare ſic dicti ſint. 102
Iudex idoneus nullus in cauſa propria eſt. 74
Iudex qualis eſt, tales ſunt ſubditi. 186
Iudicis partes in iudicando quæ ſint. 185
Iudicium eſt duplex. 286
Iuramentum potius uiolandum, quàm exercere uindictam. 111
Iuramentum quaudo uoto præferatur. 113
Iurare uana quando dicamur. & quod ſit honeſtum & obligatorium. 109. 111
Iuſtitia exercenda omni remota ſpe lucri. 155
Iuſtitia quid ſit. 185

L.

LAici non poterant ingredi clauſtra. 183
Legatus de latere quas conſequatur facultates. 229
Leges traditæ Moyſi ab Angelo, fuere in arca fœderis ab eo reconditæ. 89
Legis traditio eſt populi beneficium. 217
Leuites quando incæperant in templo miniſtrare. 183
Leuitas recipiendi in miniſtrantium numerum qui fuerit. 183.184
Leuites, ſiue ſacerdotes licitè poſsident imobilia, & temporalem iuriſdictionem. 40
Leuites unde originem traxerint. 183
Locus auget peccatum. 85
Locus in quo reponitur uerum Ieſu Chriſti corpus ad quam ſimilitudinem fuerit inſtitutus. 256.257
Locus ualde diſcrepat à loco quod ad gratum ſacrif. domino offerendum. 257
Ludus quotuplex, & qui licitus ſit. 188.189. & 190

M.

MAleficiorum multa ſunt genera. 93
Mali ualde, & mediocriter mali qui ſint. 285. uſque ad finem.

Mandatum ſuſpenditur ex præſentia domini. 31
Manipulus quid ſignificet. 261
Matrimonium quare fuit ex lege interdictum cum certis perſonis. 161
Matrimonium quid ſit, & quotuplex eius ſignificatus ſit. 250. *uſque ad.* 252
Mendaciorum quot ſint genera. 192.193
Mendacium, & mentiri quid ſit. 191
Menſis Hebræorum quando incipiat. 120
Merces iure naturæ debetur. 180
Meretrix quid differat à concubina. 158
Meritum congrui, digni, & condigni eſt. 105
Meſsiæ aduentus quot medijs comprobetur. 200.*uſque ad.* 206
Metropolitani unde dicti fuerint. 53
Miſſa debet audiri in propria parrochia. 255
Miſſa unde dicatur, & a quo primum inſtituta fuerit. 254
Miſſæ partes quæ & quot ſint. 262. & 263
Miſſæ ſacrificium quadripartitum eſt. 262
Miſſæ tres quare cœlebrentur die Natiuit. Domini. 7.8.& 9
Mortui quare in eccleſia ſepeliantur. 279
Moyſes deſcendit ex ſtirpe leui. 249
Moyſes & Ioſue defunctis, pontifex geſsit omnia. 44
Moyſes fuit collega Aaron in multis negotijs. 33
Moyſes non peccauit fractione tabularum. 143
Moyſes quare non peccauit fractione duarum tabularum legis. 251
Munditia expreſsè indicta eſt ſacerdotibus. 263
Mundus quo tempore creatus eſt. 119
Munera interdicta ſunt iudicantibus. 179

N

NAtura non patitur ut neſciens quis coeat. 72
Naturalia, ſiue moralia quæ ſint. 11
Nuptiæ quo tempore interdictæ ſint, & quare. 134.135

O

OBedientia denegatur Principi præcipienti iniuſta. 153.154
Oblatio ex re furtiua non permittitur. 168
Oblatio debet offerri ab homine mundo. 263
Oblatio iuſtioris eſt magis grata domino. 184
Oblationes pro peccatis, & pro pacificis quæ fuerint ex lege. 262
Oblationes quid ſint, & quid eo nomine ueniat, & quotuplices ſint. 274. & 275
Oblationes ſacerdoti faciende quando ſint neceſſarie. 275
Oblationes ſacerdotum ex uet. lege quæ fuerint, & earum ritus. 267
Obſtetricibus quæ ſeruarunt mares hebræorum quid boni acciderit. 193
Occaſionem dare quid ſit. 173
Octauæ feſtorum ſelectæ fuere ex ueteri lege. 257
Opera miſericordiæ ſpiritualia & temporalia quæ ſint. 143 uſq; ad 148
Opera regulariter neceſſaria ſunt. 236
Operarius eſt dignus mercede ſua. 77
Oraculum quid fuerit. 255.256
Orandi modus qui ſit, & quot fuerint orandi tempora. 83. & 84
Orare debemus in omni gratiæ ſtatu noſtro. 107
Ordines eccleſiaſtici quot ſint. 46. uſque ad. 51
Ordinum eccleſiæ nouem numero quæ ſit materia Idoneus miniſter, & forma, nec non & effectus. 247. 248
Ordo clericalis quomodo olim conferebatur leuitis. 249
Ordo conſideratur multis modis. 48
Ordo ſacer quid ſit, materia, miniſter, & effectus. 247.248
Ordo triplex eſt in eccleſia. 247

P

PActum nudum quantum à ſtipulatione differat. 143
Panes duodecim propoſitionis quid miſticè ſignificarunt. 266
Panes propoſitionis ex qua re conficiebantur. 131

parentum nomine qui ueniant. 136
patres non debent prouocare filios ad iracundiam. 137
patriarchæ quid ſint, & unde duxerint originem. 52
patronus quale iusbabeat in iure pat. 185
peccata mortalia ſunt ſeptem. 105
peccata uenialia quot expurgentur modis. 196
peccatores qui dicantur. 285. 286
Peccatorum abſolutionem quot modis conſequamur. 223
Peccatum in filium, patrem, & ſpiritum S. quid ſit. 281
Peccatum grauius eſt habere rem cum turpi, quàm cum pulcra. 87
Peccatum per ignorantiam quomodo purgetur. 72
Peccatum quid ſit, & quot perficiatur modis. 70
Pecuniam licèt homini priuato in capſa detinere. 171
Pœna, & culpa longè differunt. 224
Pœnitentia eſt triplex. 197
Pœnitentiæ materia, miniſter, forma, & effectus qui ſit. 243. uſque ad. 245
Pœnitentia quomodo, & quot purgetur modis. 196
Pœnitentia quos producat effectus. 195
Pœnitentia ſacramentalis quid ſit, & quotuplex eius ſit effectus. 219
Philoſophi non habuere perfectam Dei cognitionem. 213
Plebanus quis ſit, & quotuplex. 56
Pontifex ingrediebatur ſemel in anno in templum 129
Pontifex max. eſt Angelus Ieſu Chriſti. 43
Pontifex max. tempore belli ungebatur, & fuerat Dux. 42
Pontifex præfertur in dignitate & adminiſtratione cunctis. 35
Pontifex quare non potuit habere niſi uxorem & uirginem. 161
Pontifices debent Romæ dominari. 44. & 45
Pontificis maximi ex utraque lege diuina autoritas. 27. uſque ad pag. 45
Pontificis obitu banniti reuertebantur in ciuitatem. 40
Præcari alteri quando licitè poſſumus. 180. & 181
Præcepta canonica quæ, & quæ hebræorum fuerint. 119
Prædicationis munus iuris diuini eſt. 66. 67
Prælatus qui ſit, & qui ueniant nomine Prælatorum. 56

Præ-

Præpoſitus qui ſit, & unde dicatur. 55
Præſcriptio quid ſit, & quæ recipiatur. 63. 65
Præſentatus à patrono quomodo inſtituatur. 185
Primicerius qui ſit. 58
Princeps qualis eſt, tales ſunt ſubditi. 186
Principes grauius puniuntur ex ſcelere, quàm priuati homines. 84. 85
Prior qui ſit, & quotuplex. 55
Prodigia ceſſarunt hebræis ante aduentum ſaluatoris. 200
Promiſſa quæ nobis ſint. 11
Propitiatorium quid ſit. 255. 256
Proximus quis dicatur. 144. *uſque ad* 146
Publicè uindicanda ſunt, publicè commiſſa. 197
Purgatorium expurgat uenialia. 288. & 289
Purgatorium ualde neceſſarium eſt. & quomodo probetur. 288. *uſque ad finem.*

Q

Quadrageſima unde duxerit originem, & quare inſtituta fuerit. 120

R

Recreationes permittuntur. 190
Rector qualis eſt, tales ſunt ſubditi. 186
Reges fuere conſtituti ob importunitatem po. 36. 37
Regibus interdicta fuit uxorum multitudo, & quare. 159
Reſidere poſſumus per ſubſtitutum ex cauſa. 133
Reſtitutio cum fructibus quando facienda ſit. 168
Reſtitutio inuentæ rei quando, & cui ſit facienda. 164. 165
Rogationes quare fiant in principio menſis. 123
Roma eſt prænunciata ſedes Pontificis perpetua 44. 45

Sabba-

S

S Abbatum quare tranſlatum ſit in ſequentem diem. 117

Sacerdos magnus eſt excellentior omnibus Regibus, atque prophetis. 35

Sacerdos creari poteſt à ſummo Pont. ſolo uerbo, fiat, præſentata materia. 247

Sacerdos magnus quorſum ſemel in anno ingrederetur in templum. 262

Sacerdotes qui ſint. 51

Sacerdotes qui nam poterant accederet ad cadauera. 92. 282

Sacerdotis magni caput & manus ungebantur. 249. 250

Sacerdotium nulli competebat, niſi ex leui progenie orti fuiſſent. 249

Sacerdotum inferiorum non ungebantur, ſed conſecrabantur & ſanctificabantur tantummodo manus. 250

Sacramenta quæ reiterabilia, & quæ non ſint. 253

Sacramenta quare fuerint inſtituta. 253. 254

Sacramentalia quæ fuerint & ſint. 11

Sacramenta unde dicantur. 234

Sacramentum Ieſu Chriſti reconditur in loco particulari & tabernaculo ad ſimilitudinem Arcæ fœderis. 256. 257

Sacrificia quo tempore conſueuere offerri. 125

Sanctorum imagines erigi rectè poſſunt. 91. uſque ad 94

Sanctuarium fuerat extra arcam. 93

Sanctorum præces magis proſunt, quàm hominis iuſti in hoc ſeculo. 116

Sanctuarium ſanctuarij fuit circulus arcæ & ipſa arca. 256

Sanguinis eſus quare fuerit interdictus. 141

Saul quare abiectus eſt, non autem Rex Dauid. 88

Scandalum quid ſit, & quotuplex. 186. 187

Scortum quid differet à concubina. 158

Septimarum, ſiue exequiarum ritus ex lege qui fuerit. 283

Sepultura unde duxerit originem. 279. 280. 281

Sepultura quibus denegetur. 280. 281

Sepulturæ electio, & modus ſepeliendi cadauera qui fuerit. 287. *uſque ad fi.*
Sepulturæ munus connumeratur inter opera miſericordiæ. 283
Serpem fuerat deiectus de paradiſo ob ſuperbiam. 2
Simplicitas quid ſit. 71
Somnia non ſemper improbantur. 93
Sortium triplex eſt genus. 96
Spiritus ſanctus diuerſimode capitur, & quot eius ſint fructus & dona. 19. *uſque ad.* 25
Spiritus ſanctus dupliciter ſumitur. 26
Status noſter triplex fuit, & quanto tempore creatus ſit mundus. 6. *uſque ad.* 10
Stolla, ſiue orarium quid ſignificet. 260
Striges quæ ſint, & corporaliter aſferuntur. 94. 95
Superbi qui ſint, & quotuplices conſiderentur. 104
Superbiæ quot ſint ſpecies. 105
Superſtitio quid ſit, & quomodo reprobatur. 99. 100
Suſpenſio quid, & quotuplex ſit. 233
Symbolum quid ſit, & unde deductus fuerit. & quotuplex. 266. 267
Symbolum quare ad primam horam & completorium, & ſub ſilentio recitetur. 267
Symoniæ quid ſit, & unde duxerit originem & quot modis fiat. 176. *uſque ad.* 180

T

Tabernaculum quid fuerit, & quid in eo fuiſſet reconditum. 256. 257
Templa ubique terrarum, quare hodie conſtructa fuerint. 257. 258
Templum mandato domini conſtructum eſt à Salomone. 256. 257
Tenebræ quid ſignificent. 209
Tentatio apprehendit bonos uiros. 210
Tentatio non fit niſi quantum ſufferri poteſt. 210